bis istis suxerunt, ex quo & alij errores multi profluũt, Etenim nisi probe cauerimus ac circũspecti fuerimus, fieri potest, ut impingamus, uel in idololatriæ crimen, uel in crassæ cæcitatis caligine inuoluamur, terq; quaterq; miserabiles ac miseri, tanto magis deplorandi, quanto minus nostrã agnoscimus miseriã, & languidiore conscientia tanquam misericordiam omnem assequuti, iudicis aduenientis faciem non reueremur.

Eucharistiam adorãtes non idololatrant.

ROF. Nulli dubiũ esse põt, si nihil in eucharistia pter panẽ sit, qn tota ecclia iã per .xv. annorũ cẽtenarios, idololatra fuerit, ac proinde q̃tq̃t añ nos hoc sacrm adorauerunt, oẽs ad unũ eẽ dãnatos. Nã creaturã panis adorauerũt creatoris loco. At istud q stare pt, cũ pollicitatõe Chri, q se futurũ nobiscũ asseruit oibus diebus usq; ad cõsummationẽ seculi, quiq; missurũ spiritũ ueritatis se recepit, qui suggereret nobis oia, quæcũq; pridẽ ipse tradidisset. Qũo uerũ est, q spũs iste nobis omnẽ ueritatem aperuisset, si nos errore tam pernicioso, & tãto tẽpore, passus fuisset hallucinari? Aut qui põt integrũ esse, q Christus hoc toto tpe nobiscũ fuisset, si miserandã istam cæcitatẽ, à cordibus nostris nõ effugasset? Quãobrẽ si nihil aliud prorsus esset, hoc solũ Oecolampadi te potuit erudire, uerũ esse Christũ in hoc sacro, in quo p tot annorũ curricula, nemine patrum prohibente, Christiani semper Christũ adorarunt.

Matth. 28

Iohan. 14

D OECO. Illũ sane errorẽ in multis cordibus profundas adhuc agentẽ radices, pridẽ pro suggestu ipse cũ fratribus cauendũ apte monui, nunc aũt q̃ iuste hoc factũ sit, & q̃ procul à temeritate fuerimus, ampliori declaratione monstrabo.

ROF. Satius fuisset uenenũ istud in tuo pectore cohibuisse, q̃ ipm ad tot aniarũ discrimẽ, imò stragẽ euidẽtissimã publicitus euomuisse. Porrò q pollicearis te mõstraturũ, id abs te iuste factũ, & absq; temeritate q̃uis, ego nihil dubito, qn eos oẽs, q in hoc tibi credunt, sua frustraberis expectatiõe, quin & aperte tandẽ intelligent se potius abs te fuisse delusos.

E OEC. Respõsurus interim etiã aduersarijs q̃ta fieri pt mãsuetudine, quos oro, per Christũ, si qd exciderit amarius uerbũ, ne in se amare dictũ suspicentur, sed psuadeant sibi, nos lõge atrociorib' irritatos, ac cogitẽt rei indignitatẽ, etiã ab inuito & lenissimo talia extorquere, nõnunq̃ etiã uitiosis stomachis πικρὰν, magis salutarẽ.

Vnde & subditur à domino, si terrena dixi uobis, & non creditis, q̄uō si cœlestia dixero, credetis? Et præceptor optimus, tarditatē discipuli ferens æquiter, nihilominus illū desiderio non frustratus est, subiungens, quænam sit regeneratio, & quis regeneratiōis modus: nempe per fidē in Christum crucifixum, tāetsi tunc aliquanto obscurius, prout temporis postulabat ratio.

ROF. Nihil abnuo qn tāta fides cuiꝗ adesse poterit in Chr̄m crucifixū, ut citra baptismū, salutē assequat, sicut & infra copiosius dicturi sumus. Cæteꝝ qm̄ admodū difficile est, ut quis tm̄ se habere fidē sciat: idcirco sacr̄m baptismatis instituit Chr̄us, ut illo suscepto, nihil ambigeremus nos esse renatos. Sed & quātauis fide qs ꝓditus fuerit, oportet eū nihilominus ꝓpter uerbum Chr̄i, sacro baptismatis ablui. Neq; em̄ frustra ipse cōminatus est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest introire in regnum dei. Quod autē renascentiā illam, & modum quo eam consequamur, illic tradiderit, non tam propter Nicòdemū, qui plane tum asinus ad lyram fuerat, sed propter nos id fecit. Nicodemus uero tanquā crassus & incredulus arguit, in quo si mihi nō credas: Cyrillū audi qui cap. 4]. lib. secundi in Io. ita scribit: Quemadmodū proiecti lapides duriore obicere ꝑcussi resiliunt, sic mens imbecillior sublimioribus q̄ ferre possit rebus cōfusa refugit, qđ Nicodemus Iudęorum princeps passus, & terrenis inhærēs, diuinam & spiritualem regenerationem nō suscepit. Quamobrem & audit à Christo. Nō creditis & testimonium non accipitis: nimirum qui persistebāt in suo Quomodo.

Baptism' necessarius.

Iohan. 3. & Matt. 28

Iohan. 3.

Nicodemus ob incredulitatē arguit.

Iohā. 3.

OEC. Similiter & Iudæis in Capernaum dicentibꝰ: Q̄uō hic poterit carnē suā ad manducandū dare? Abunde satisfactū erat, si θεοδίδακτι esse uoluissent. Clamant quidē, durus est hic sermo, sed non manent donec frangat corticis duricies, & nucleus appareat. Indigni profecto tantæ cœnæ lauticijs. B

ROF. Silr & de Iudæis apud Capernaum ita Cyrillꝰ tradit. 4. li. 13. cap. Quum oportet eos qui diuinam uirtutē saluatoris ac potestatē signoꝝ miraculo ꝑceperunt, sermonē eius libenter suscipere; contra omnino faciunt, & quomodo potest hic nobis carnem suā dare, de deo nō sine magna impietate cōclamāt, nec in mētē, uenit, nihil impossibile esse apud deū. Nam quum animales essent ut at

Cyrillus: Iudæi arguūtur incredulitatis.

Ioh. 6.

Luc. 1.

Paulus

j.Cor.2. Paulus, spiritualia intelligere non poterant, sed fatuitas quædam, tam magnum sibi uidetur mysterium. Sed nos magnum quæso à peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem mysterijs adhibentes, nunq̃ in tam sublimibus rebus, illud quomodo, aut cogitemus aut proferamus. Et paulopost: Nonne uides quid sæpenumero Mechanici faciunt? Incredibilia uident nobis nonnunq̃

Cyrillus. enarrare. Sed tamen, quia similia ipsos fecisse uidemus, posse pagi ab ipsis facile credimus. Quomodo igit summis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omniũ opificem deum ita cõtemnunt, ut Q̃uo in suis operibus dicere audeant? Et rursum aduersos ipsos Iudæos quid dicat non est prætermittẽdũ. Si uero tu o Iudæe. Quomodo, etiam nunc clamas, hanc tuam imperitiam ego quoq; secutus, libẽ

Exod.j.&.4. ter quomodo ex Aegypto exiuisti rogabo. Quomodo in serpen

&.7.&Exo.4 tem Mosaica fuit uirga conuersa? Quomodo lepra manus affecta

Exo7 uno momẽto temporis in pristinum statum restituta iterum fuit?

Exo.j4 Quomodo in naturã sanguinis aquę transierũt? Quomodo patres

Exo.j5.. per media maria, ut per aridam effugerunt? Quomodo p lignum

Exo.17. amaritudo aquarum in dulcedinem recidit? Quomodo à lapide

Iosue.2. fontes aquarum fluebant? Quomodo stetit Iordanis? Quomodo

Iosue.6. solo clamore inexpugnabilis Hiericho cecidit? Innũerabilia sunt in quibus, si Quomodo quæris, uniuersam euertere tibi scripturã necesse erit. Hucusq; Cyrillus. Quibus uerbis aperte uetat in chr̃i sacramentis hæsitationem ullam fieri. Sed potissimũ condemnat eos, qui scrutari moliunt eucharistiæ mysteriũ. Nam de hoc p totum hũc librũ loquit, ut manifeste lectori patebit.

C OECO. Atq; adeo merentur ab his arceri omnes qui mysteriorum ignari sunt uolentes.

Oecolampadius pertinaciter negat corpus Chr̃i in altari

ROF. Quem tu gnarũ huius tanti mysterij facis, quod mortalibus om̃ibus incõprehensibile est? Si eos, qui credũt illic adesse uerum Christi corpus, gnaros appellas, bene quidẽ erit. Sic non dubito, quin multi sint ad sacr̃m recipiendi. Sin ignaros constituas omnes, qui uiribus ingenij sui nequeunt illic præsentiam corporis Chr̃i cõcipere, tu cũ primis arcẽdus es, qui tã ptinaciter illud negas & maledictũ illud tuũ, q̃uo, cæteris quærendũ suades. Sed & uolẽtes (hoc est) sponte sua sunt ignari, qcunq; nec ecclesiæ catholicæ, neq; uerbis Chr̃i, tã aptissimis, fidem adhibere uolunt.

Oecolã

OECO. Probare enim se & in illo debet homo, ac sic de pane illo edere, sciens panem illum esse non cōem, sed dominicum. D

ROF. Hæc sana uerba, modo recte intelligant. Nam qui panem illum, ceu panem cōem accipere præsumit, iudicium sibiipsi edit, non diiudicans corpus dn̄i. Et ob id certe panis dn̄icus appellatur, ꝙ in se dominici corporis præsentiam continet. Sed aduerte, quā subdole loquatur. Probare se inquit, & in illo debet. In quo nam illo precor? Quid non exprimis, quid illud sit in quo ꝓbare se debet esurus? Et qua ratione, quæso, quispiam alius præter ipsum consecrantem, sciet panem illum non esse cōmunem. Sed & consecrans ipse quū nihil omino uideat circa panem, quo pacto sciet non esse cōem panem, nisi sola fide, fides quidem istud affirmat, qn̄quidē Chr̄s cui oīa possibilia sunt, plane testat hoc eē corp⁹ suū

i. Cor. ii

Panis dn̄icus dr̄ eucharistia

Lucæ. i. Mat. 26.

OECO. Et quomodo dominicum. Barbaries plus q̄ Scythica uel Diomedea est, in panis inuolucro ceu in ænigmate ipsam hospitis carnem quærere. E

ROF. Ecce qui semel hæsitare cœpit, nescit missum facere suum Qūo? Qūo (inquit) dominicū. Nō uult agnoscere Christi carnem in eucharistia esse. Et profecto, si more cōmuni cæteraꝝ escarum, hanc sacram carnem dentibus laniare quis cuperet, esset barbaries plusq̄ Scythica, uel Diomedea. Sed ediuerso, quum amantissimus hospes ad has epulas te blanditer inuitet, qbus & citra q̄uis eaꝝ offensam, pariter & cū tuo maximo cōmodo uesci q̄as, nū qd deplorate cuiusdā insanię foret, eas tā amāter oblatas recusare?

Caro Christi ē eucharistia non atteritur dentibus

OECO. Rusticitas est & stupor non obseruare, nec cognoscere, in quo hospes beneuolentiam suam doceat, & pro spirituali carnalem requirere cœnam. F

ROF. Hic Oecolampadi toto (quod aiunt) aberras cęlo. Nos haud quaq̄ ita carnalem ex hoc sacramento cœnam requirimus, ut putemus hunc cibum in nostram carnem uerti, tametsi uerā carnem à nobis in hoc sacramento sumi confiteamur. Vera ꝓcul dubio caro est, quā edimus, quanq̄ ea nihil offense patitur à dentibus nostris, neq; minuit quicq̄ ad instar alterius carnis cuiuslibet. Cæteræ carnes, quum edunt, uitam quam prius habuerunt amittunt, & carnem nostram digerunt. At hæc caro, præter hoc quod pristinæ uitæ nihil omnino perdat, nr̄as uiuificat animas, & nos incor

Caro Christi non uertit in carnem sumētis.

Sumptio eucharistiæ ē spiritualis cœna

porat ipsi Christo. Quamobrem cum spiritaliter nos hæc cęna reficiat, mentesq́ꝫ nostras multo magis q̃ corpora pascat, spiritalem rectius appellaueris q̃ carnalem.

G OEC O. Conferendi nimirum sunt Capernaum municipes, Achi Getheoꝝ regi Achis furibundum ꝓnunciauit Dauidem uafre se humiliantem, & mutantem os, ac saliuã in barbitiũ despumãtẽ, Capnaitę arreptitiũ ac desipiẽtẽ cẽsent Chr̃m ꝓmittentẽ carnem suam ad manducandum, Achis prudẽtiam Dauidis non cognoscens illum dimittit: Capernaitæ non intelligẽtes cœlestẽ sapientiam, à Christo retrocedunt. Dauid dimissus à fratribus & omni domo patris agnoscitur. Retrocedentibus Capernaitis honeste cõfitentur Apostoli per Petrũ: Dñe ad quẽ ibimus, uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cõfitemur, q a tu es Chr̃s fili⁹ dei uiui.

Dolus Oecolampadij. ROF. Demiror, cur his allegorijs, q̃ ut satis nosti nihil ꝓbãt, moraris lectorẽ, nisi ꝙ eũ arte fucisq́ꝫ circũuenire studeas. Necꝫ eñ aliter cõmode sñiam Augustinianã, quæ magnopere contra te facit, in mediũ afferre potuisses, ut statim hoc principio, faciẽ adulterinã ei supinduceres. Cæteꝝ, hæc impostura nihil tibi proderit. Quid hic aliud ex hac allegoria colligere poteris, q̃ ꝙ Capernaitæ non

Iohã. 6. potentes capere, quẽ in modũ carnẽ Chr̃i citra detrimentũ corporis eius ederent, retrocesserunt ab eo, quum tamen Apostoli, certo credentes Christum quum esset dei filius, omnia potuisse, nihil de

H promissione ipsius dubitarent.

OECO. Achis & capernaitæ, quia à Christo retrocedentes, mysteria ignorant & saliuam cadentem in barbam, hoc est. humilia uerba Christi stultitiam credunt. Retrocedunt autem & ad perfectam christi notitiam non perueniunt, non solum qui à sermone Christi abhorrent, sed & iam qui carnalem sibi mensam pollicent

Iohan. 6 quasi in pane contenta sit caro Christi.

ROF. Existimabant certe Christum prorsus carnaliter fuisse locutum, & suam carnem haud aliter, quàm pro modo cæterarum escaꝝ eis edendam oblaturum, quod tamẽ abfuit ab instituto chr̃i q̃ longissime. Sed quid istud queso conferre quicq̃ ualebit huic disputationi tuæ? Nec tantillum ꝓfecto, Cæteꝝ, ꝙ dicis eos ita carnalem sibi mensam fuisse pollicitos, ut in pane putarent Christi carnem contineri, Istud precor unde didiceris? Non abunde scio, q̃ è

sexto capite Iohannis respondebis. An non igit tua confessiōe caput ipsum ad eucharistiam spectat. Quid enī aliud est eucharistia, q̄ caro Christi sub specie panis contenta. Et hic optime lector aduerte uersipellem hunc, qui iam ad sextum caput Iohannis doceat hoc sacramentum spectare, quod postea prorsus negat. Oecolam. sua asserta ificiat

1 OECO. Petri autem & domestici Christi sunt, qui arcana sacramenta, & à seculis abscondita clarius cognoscunt procul ab insaniæ probro alieni. Quibus autem tanta reuelauit pater, qui nescirent quæ sub panis & uini figura proponantur, illis & ut nos iungamur, oramus. Iohan. 6.

ROF. Incredulus mysterio spiritalis escę discedētibus, Petrus & cæteri qui cum eo fideles erant, à Chri sequela neutiq̄ recesserunt. Nihil enim hæsitabant, an Christus quocunq; modo uoluerit, carnem suam eis ad edendum p̄bere potuisset. Quocirca neq; ullam hac de re quæstionē ab illis Chro, ꝓpositam legemus, sed fidem simpliciter adhibuerunt Chro., quem nihil dubitabant oīa posse. Cæterū q sacrm ipsum adhuc nouerint, sicut tu fateris, ego neutiq̄ assentior. Nā diu pꝰ hoc, eucharistia fuit īstituta. Nūc tm̄ p̄pauit eorū aīos, ut Chrysostomus affirmat, ut quū sacrm ipm esset īstituturꝰ, ipsi mlto faciliꝰ crederēt uerā Chri carnē, uere sub specie panis esse. Propter q̄d, & in eodē capite dixit: Panis quē ego dabo, caro mea ē, quā dabo ꝓ mūdi uita. Ecce daturū se pollicet panē & carnē & utrūq; p̄stitit. Nā in cruce carnē dedit, ꝓ mūdi uita. Dedit & ipsa nocte priusquā crucifigeret sacrm istud sub specie panis, q uerā ipsius carnē cōtinebat. Quāobrē & bis dixit, dabo: Semel pro carne uelata specie panis: & denuo pro carne sub sua ꝓpria specie. Panis (inqt) quē dabo, caro mea est, quā dabo ꝓ mundi uita. Mat. 26 Iohan. 6 Matth. 26. & Lucæ. 22 Bis Christꝰ dixit dabo. Iohan. 6.

¶ Pollicetur se nodum in Augustino dissecaturum, quod minime pręstat. Caput octauum.

OECOL. A


Ic statim in ipso adhuc limine, nodum quendam Augustini explicare nos decet.

ROFFEN. Lib. j. ca. 7. G Oecolampadius dolo uincere studet

Hoc est quod prædixi lector. Allegoriam istam, qua nihil lucri fecit, ob id solum introduxit, ut citra suspitionem imposturæ commodius Augustinum oppugnaret, & fucum quendam superinduceret assertioni suæ. Verum istud oppugnationis genus, insidiosum est & callidum atq; ei ꝓprium, qui dolo magis quàm ueritate uincere conatur.

B OECO. Aduersarij enim aduertentes, siquidem animaduertunt, unde allegoriam istam mutuati sumus, eiusdem doctoris authoritate nos deprimere, & inde suũ dogma stabilire nitenť, eo qđ eodẽ loco idem dicat, ferebať Chrus in manibus suis, quando ipm corpus suum cõmendans, ait: Hoc est corpus meum. Ferebat eñi illud corpus in manibus suis. Videtis (aiunt) quomodo se prodant fallaces Capernaitæ? Quare hoc Augustini dictum transiliunt? Quid manifestius, q̃ quod dicit Chrm habuisse corpus suũ in manu? Et est profecto in altatio quod erat in cœna.

Mltiplex Oecolampa. peccatum. Primum. Exo. 20 Secundum Tertium Quartum

ROF. Et iure sane hoc ipsum tibi obijcient, qñquidem per eruditionem tuam ignorare nequeas, quid tam apertis uerbis sibi uoluerit Augustinus. Quare quum ipsum alibi ꝓ tua hæresi fulcienda citas, & contra ueritatẽ, peccas in illud præceptũ. Ne falsum testimoniũ dixeris. Peccas & in conscientiã tuam, qui tibi conscius es, eũ aliter sensisse. Peccas & in sanctũ illum patrẽ, quem ex orthodoxo facis hæreticum, & eo grauius peccas, ꝙ eius regulam sub diuæ Birgittæ regula, sis aliqñ ꝓfessus. Peccas demũ in omes Christianos, quos in tm̃ errorẽ, atq; id quidẽ Augustini authoritate, trahere moliris, contra q̃ ille unq̃ sensit, ut mox fiet apertissimum.

C OECO. Fratres, absq; dolo & fideliter omia proferemus, & plenius Augustini uerba trutinabimus.

Iohan. j Oecolampadius merꝰ impostor est.

ROF. Si sic egeris Oecolãpadi, quemadmodũ te factuꝝ recipis, intelliget lector, te uere Israelitam esse, in quo dolus nõ est. Sin multa, quæ ad Augustini mentẽ plenius elucidandã, atq; ita elucidandã, ut nemo cõtradicat, reticuisse te monstrauerimus, quis non iure te merum uocabit impostorem. Neq; istud hoc uno loco fecisse, sed pluribus apertissime docebimus, ex his quæ sequuntur. Et quid cuiquàm turpius contingere potest, quàm tanta perfidia clarissimos authores mutilare?

D OECO. Condonamus aũt beato patri, primo intẽpestiuioris allegoriæ ludum. Nam iuxta Hebraicã ueritatẽ, nõ est in Samuele ferebať in manibus suis, sed collabebať inter manus eoꝝ, ut Hieronymꝰ interpretatꝰ ẽ, neq; hoc apud Græcos sonat παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ: est eñi, labebať in manus eius, uel iuxta idiomatis tropũ, labebať in manus eius, uel inter manus eius, regis. s. uel ministri. Nã αὐτοῦ græcis nõ ubiq; reciprocum est, Hebreus sane in plĩ dicit: בְּיָד

in ma

in manum eorum. Sed demus hoc linguæ imperitiæ.

ROF. Nos nūc haud quaq̃ disputamus, an uera fuisset interpretatio libri regū quā tunc secutus est Augustinus. Nouimus enim omēs Augustinum, nec unum scripturę librum interpretatū fuisse, ut huic is lapsus imputetur. Culpa si qua fuerit, neutiq̃ in Augustinum, sed in scripturæ illius interpretē quisquis erat, potius reijcienda est. Sed nec dū conuenit inter ipsos interpretes, & maxime q ex Hebraica lingua interp̃tati sunt, quænam fuerit interp̃tatio uerior. Nam quod alijs ante Hieronymi tp̃a sic transferendū uidebatur, Hieronymo displicuit. Et rursum quod Hieronymo placuit, iam à uobis, qui de linguæ ipsius peritia gloriamini, sæpius ridet & explodit. Nec deerunt forte post uos & alij, qui uestra pari facilitate subsannabunt. Possum cōplures in sacris biblijs ꝓducere locos, in quorꝝ interpretatiōe nec duo ex uobis consentient. Cæterꝝ in præsentiarꝝ neq; de errore interpretis, neq; de lapsu Augustini, quem tu imperitiæ taxas, & per Ironiā beatū appellas, cōtrouersia est, sed quid ipso loco, quē è quinquagenis eius citasti, senserit Augustinus, inquirimus, & an absq; dolo & fideliter omia ꝓtuleris, ut iam pollicitus es, & an eius uerba plenius trutinaueris.

Augustin⁹ nō est aliquem librum interp̃tatus

Interpretum dissentio

Sermone primo ante tricesimum tertiū psalmum.

E

OECOL. Porrò uiderint aduersarij acutius qd dicat Augustinus. Non simpl'r (inqt) ferebat corpus: sed p̃misit, cōmendans corpus: nimirꝝ in sacro. Et subdit: ipsa est humilitas dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i. Quo breui dicto fœlicē aperit allegoriā, collabentis Dauid. Collabi em̄ inter manus, uel ferre se in manibus, est infirmitatē testari, quæ usq; in hodiernū diem quā uera fuerit, symbolo panis docet.

ROF. Qm̄ Oecolampadi, nō tibi placet fideliter, & citra dolum Augustini uerba recensere, ipse non grauabor uicem supplere tuam, ut nemo non intelligat dolos & sycophantias tuas, quibus in hoc uno authore citando uteris, quo sibi cautius lectores ꝓspiciant, ob alia quæ posthac dicturus es. Sic igit Augustinus priori cōcione ex duabus illis, quas. 33. Psalmo p̃misit, tradidit. Et ferebat in manib⁹ suis, hoc ṽo frēs qūo posset fieri i hoīe qs itelligat. Quis ei portat i manib⁹ suis? Manib⁹ aliorꝝ portari p̃t hō, manib⁹ suis nemo portat. Quomō intelligat in ipso Dauid scd̄m lr̄am nō inuenimus In Christo autē inuenimus: ferebat em̄ Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait: Hoc est corpus meum: fe-

Malo dolo nō recte ṽba August.ni recenset Oecolampadius.

Verba Augustini.

Mat. 26

us: ferebat enim illud corpus in manibus suis. Hactenus Augustinus: Qua frõte iam dixeris Oecolampadi, te absq; dolo & fideliter oĩa ꝓtulisse? An nõ ex p̃dictis, multa subticuisse te manifestũ ẽ Nec sane potuit Augustinus hanc rem ꝓ nr̃a parte uerbis apertioribus prodidisse, q̃d & iam palã faciemus. Ecce recenset hic primũ qd iuxta interp̃tationẽ, quã ipse fuerat secutus, de Dauide scriptũ erat: nẽpe ꝙ ferebat in manibus suis. Subinde mõstrat id nequaq̃ intelligi posse de quouis homine, qui nihil esset pręter hominem. Et propterea subiungit: hoc uero frẽs qũo fieri posset in hoĩe, qs intelligat? Nec certe cuiq̃ intelligibile est, qua rõne seip̃m quis in suis manibus baiulare queat, Quobrem, & adiecit: Quis em̃ portatur in manibus suis? Manibus alioꝝ portari põt homo: manibus uero suis nemo portat. De mero hoĩe iam loquit: cui nimiꝝ impossibile ẽ, ut totũ suũ corpus in manibus suis portandũ p̃ns faciat. Solus hoc præstare potuit is, q deus est & hõ. Docet igit hæc uerba neutiq̃ posse de Dauid intelligi, dicens: Qũo intelligat de ipso Dauid scd̃m lr̃am non inuenimus. Ecce palã affirmat se nõ posse inuenire, quẽ in modum ea uerba de Dauid iuxta lr̃am ucrificent. At si rogemus Augustinũ, si uere cõpetant in aliũ quẽpiã? Respõdit dicẽs in Chr̃m ea uerba quadrare. Nam subdit: In Chr̃o autẽ inuenimus, supple quẽ in modũ ipse seip̃m portabat in manibus suis. Ferebat em̃ Chr̃us in manibus suis. Sed tp̃s indicat quando id factum fuerat. Quando (inqt) cõmendans corpus suum, ait: Hoc ẽ corpus meum: ferebat em̃ illud corpus in manibus suis. Nimiꝝ quãdo suum corpus discipulis suis edendũ cõmendauit, & dixit: hoc est corpus meum, tũc se portabat in manibus suis. Atq; ideo palã asseruit Augustinus. Ferebat em̃ illud corpus in manibus suis. Veniã dabis lector, si uerbosior in hac re tibi uidear. Nã facit hoĩs hui⁹ ĩpudentia, ut iuxta adagiũ, præmansum in os ingeram, & Augustini uerba nimis frustulatim aperiã. Audisti lector Augustinũ apte negare, potuisse Dauidẽ in suis manibus seip̃m ferre, atq; hoc ip̃m q̃d negauit de Dauide affirmasse de Chr̃o. Ferebat (inqt) Chr̃s in manibus suis, qñ corpus suũ ferebat in eucharistia. Quare & necessario colligit, Augustinũ sensisse corpus illud fuisse Chr̃m. Nam si figura Chr̃i sola fuisset, quẽadmodũ Oecolampadius opinat, quid uetat Dauidem ita seip̃m in suis gestasse manibus, Potuit em̃ aut

æream

Augustini sententia est ꝓ ueritate corporis Christi in eucharistia

Christus seipsum portat in manibus

Mat. 26.

In eucharistia est uerum corpus Christi secundum Augustinum

æream aut auream figuram suis ipsius circumtulisse manibus. Sed fatetur Augustinus Christum à seipso suisipsius manibus gestatum. Ferebatur(inquit)Christus in manibus suis. Idq; negat intelligi posse, quemadmodum aut Dauid, aut alius quiuis hominum de seipso faceret: nempe quod gestaret seipsum in manibus proprijs. Cæterum, qui conueniãt istis, Oecolampadij uerba, iam audiamus. Viderint(inquit)aduersarij acutius, quid dicat Augustinus. Non simpliciter(inquit)ferebat corpus. Aberras Oecolampadi. Simpliciter hoc ipsum affirmauit haud dubie, semel quidem quum dixit: ferebatur enim Christus manibus suis. Nec illo contentus, iterum adiecit, ferebat illud corpus in manibus suis. Quid potuit absolutius dici? Sed præmisit, ait Oecolampadius, commẽdans corpus nimirum in sacramento, & subdit: Ipsa est humilitas domini nostri IESV CHRISTI. Quid igitur(Hæc certe nihil, phibent absolutissimam enuntiationem rei, quod nemo non perspicit, nisi qui pertinax fuerit. Nam ubi pridem & simpliciter enunciauerit dicens: Ferebatur enim CHRISTVS in manibus suis, affert eius rei probationem. Quando (inquit) commendans corpus suũ supple discipulis edẽdũ ait: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Quod uero subdit: Ipsa est humilitas domini nostri IESV, nihil minuit ex assertione priori: Quod & superius in eodem sermone Augustini indicauit, Nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Sed inquis, hoc breui dicto fœlicem aperit allegoriam collabentis Dauid. At quid hoc ad Augustinum, qui uerbo collabebatur non utitur, sed ferebatur(ait) in manibus suis. Mat. 26.

OECOL. Et hoc etiam est, quod in sequenti sermone dicit: Quia cum commendaret ipsum corpus suum & sanguinem suum accepit in manus suas quod norunt fideles, & ipse se portabat quodammodo quum diceret, hoc est corpus meum. F

ROF. Sequens sermo non est aliud q̃ breuis & summaria præcedentis repetitio, quam propter eos qui pridie abfuerant, Augustinus collegit, ut in sermonis ipsius initio testatur.

OECOL. Hic interrogari meos, qui urgere nos cupiunt his uerbis, qd sibi uelit cum dicit: Quod norunt fideles? putarint ne fidelibus sacramenta ignota? G

Roffen

Ethnici non credunt Christu3 in eucharistia.

ROF. Constat ex his Augustini uerbis, quibus & non semel utit, ppter infideles, qui tunc Christianis permixti fuerant, aliud quiddam sub hoc sacro creditũ eẽ fidelibus, q̃ appareat Ethnicis. Nam hi nihil illic esse iudicant, p̃ter cõem panẽ, at Chr̃iani docti sunt, ut ibi credãt esse ue℞ corpus dñi. Tunc em̃ Ethnici, neq3 par-uo numero, cũ Chr̃ianis quotidie cõuersabant, atq3 id passim in ci-uitatibus Africæ. Q̃, obrẽ ppter illos, ne uidelicet sanctũ daret ca-nibus, his uerbis Augustin⁹ frequenter utit. Sũt em̃ ut supius rñdi sacr̃a nõ prorsus incognita fidelibus. Nã fide credũt, quicquid sibi de sacramẽtis à pastoribus suis tradit. Et hæc notitia multo certior est, q̃ quę sensu uel rõne cõcipit. Nitit em̃ fides principijs infallibi-libus: nimi℞ ipsis dei uerbis, qui nec falli ipse, nec aliũ quenq̃ falle-re p̃t. Certiora sunt, quæ nobis tradidit Chr̃us, q̃ quæ oculis cerni-mus aut haurimus auribus. Nã sensus plęrũq3 iudicio suo decipit. Et rõ sæpenumero suis argumẽtatõibus rapit in errorẽ. Sed uerbũ dei, cui fides innitit, sp est certissimũ. Atq3 ideo dixit Augustinus, qđ & alibi frequẽtius usurpat. Qđ norũt fideles. Et qd aliud potuit his uerbis intelligere, quanq̃ norint fideles in hoc sacr̃o uere conti-neri corpus dñi. Nã sæpius hoc uerbo utit, q̃ priori, qđ & aliq̃t lo-cis nũc oñdã, li.2. cõtra lr̃as Petuliani, sic ait: Alud ẽ pascha q̊d ad-huc Iudæi de oue celebrant: aliud aũt q̊d nos in corpe & sanguine dñi celebramus. Ecce hic palã appellat corpus & sanguinem dñi. Etiã libro primo ad Cresconiũ grãmaticũ, sic ait: Quid de ipso cor-pore & sanguine dñi unico sacrificio, p salute nr̃a, q̃uis ipse dñs di-cat: Nisi qs mãducauerit carnẽ meã, & biberit sanguinẽ meũ, non habebit in se uitã. Nonne idẽ Apl̃s docet etiã hoc pniciosum ma-le utẽtibus fieri? Ait em̃: Quicũq3 mãducauerit panẽ, & biberit ca-licẽ dñi indigne, reus erit corpis & sanguinis dñi: libro quoq3 prio, de peccato℞ meritis & remissiõe. Quid aliud (inqt) etiam q sacr̃m mẽsæ dñicæ uitã uocãt, nisi q̊d dictũ est: Ego sum panis uitæ, q de coelo descẽdi. Et panis quẽ ego dedero, caro mea est, p seculi uita Et si nõ manducaueritis carnẽ filij hois, & sanguinẽ biberitis, nõ ha-bebitis uitam in uobis. Hæc Augustinus: Eiusmodi certe loca pos-sum innumera producere, in quibus apte seipsum exponit, qd p ea uerba, quũ dicit. Q̃, norũt fideles intelligat. Nihil aliud sane, q̃ ue-ram carnẽ & sanguinẽ dñi. Nã hęc fideles cuncti uere credunt in eucha-

Mat.7. Lib.j. ca.6. E

Notio fidei omnium certissima.

Augustin⁹ asserit in Eucharistia esse corpus Chr̃i

Matth.6.

j. Co℞. jj.

Matth.6.

Eucharistia contineri. Sed & hoc ipsum, hi qui tunc fideles erant, per totam Africam docebant. Neq; eñ clam est cuiq̃, qd Cyprianus, qui concilijs multis per Africam habitis præfuit, de hoc sacramento senserit. In quo si dissensisset à cæteris episcopis, aut alius quispiã ab eo, uel is accusatus fuisset hæreseos, uel alios, dubio procul accusasset ipse. Qñ igr ipse palã sensit, & scripsit corp⁹ Chri uere sub speciebus panis in sacro cõtineri, quis ambigere pt, quid cęteri fideles per Africam crediderint. Et quis non nouit ab Augustino taxatum fuisse Cypriani errorem de baptismo. Quod si pariter idem errasset in eucharistiæ sacramento, certe nõ tacuisset hoc ipsum Augustinus.

Africani credunt corpus Christi in eucharistia

Cyprianus tenet corpus Christi in eucharistia

In libro de sacramentis.



OECO. Quid uolunt sibi uerba illa. Quodammodo & commendat? Audacter proloquendum erat, si declarabat ibi esse corpus suum, dum dicit: Quodammodo.

ROF. Aut uehementer hallucinaris Oecolampadi, aut ex ingenti malicia ueritatẽ impugnas tam apertissimã. Quis eñ fideliũ ignorat, Chrm alio modo tũ ab Aplis suis fuisse uisum, & alio sub speciebus panis contentũ. Nã si dentes suos apli sic infixissent ipsi carni uisæ, quẽadmodũ infixerãt sacro, nemo dubitat qn carnem ipsam uisam lacerassent. Nam lædi potuit, & lacerari dentibus, quẽadmodũ & eadẽ in cruce clauis, in eam adactis lædebat. Cæterum sub sacro caro Chri, sic operante spũ diuinitus recõdita fuit, ut nullo pacto lædi potuerat. Quamobrem, & alio quodã mõ Chrus in mensa sedit, alio se gestabat in manibus, discipulisq; se prębuit edẽdũ. Verũtñ utrobiq; ṽa fuit, ipa fuit, & utrobiq; pñs erat ipse Chrs quẽadmodum oñdimus Augustinũ superiore sermone simpliciter & absolute pnũciasse, quum dixit: Ferebat Chrus in manibus suis.

Corpus Christi alio modo est in eucharistia quã uidebatur oculis corporeis.

Mat. 26

Caro Christi in sacramento impassibil'

OECO. Sicut & ex alijs locis manifestũ erit, intelligit corpus suũ adesse, ut in sacro, id qd nõ arguit localẽ corpis in pane pśentiã ut ibi dicamus esse corpus reale, ubi est in sacramento.

ROF. Multa polliceris quæ scio pstabis nunq̃, id qd lector quis facile conijciet, ex his quæ iam excussimus. Pollicitus es te nodum quendã Augustini iam explicaturum. Sed ibi nodũ uideri uoluisti, ubi nullus fuerat, nisi cõtenderis in cyrpo nodũ esse, qd ptinaciæ summũ indiciũ ẽ. Neq; eñ expssius ab Augustino dici facile potuit, q̃ ab eo sit dictũ. Testat equidẽ apertissime se non posse in

Matth. 26 David inuenire, quo portari potuit in manibus suis. At in Chro sa
In duobus fefellit Oecolampadius lectores. tef inuenisse, q ipse seipm gestasset in manibus suis: nimiru qn corpus suu discipulis edendu praebuit, & dixit: hoc e corpus meum. Tuc asserit ueru fuisse, q Chrs seipm in suis manibus portabat, co
Supra ca. 8. C q tuc suu corp' pprijs gestauerit manib': frustrati sunt igr lectores expectatoe sua, qui tuae pollicitationi cofisi sunt. Sed & aliud qdam pollicitus es, qd no satis integre praestitisti: nempe, q absq; dolo & fideliter oia pferres, & Augustini uerba in praefato sermo
Sermone primo ante psal. tricesimotertio Augustin' ne plenius trutinares. Quod certe paru fideliter praestitisti Nam p ter ea, quae superius abs te praetermissa memorauimus, multo plura sunt in eode sermone, quae p nobis militant, abs te tn silentio callide praeterita, Sed ea iam recensere nequaq pigebit. Sic em paulo ante tradidit Augustinus. Erat aut ut nostis, sacrificiu Iudaeoru antea scdm ordine Aaron in uictimis pecoru, & hoc in mysterio.
Victime Christum significantes non erant sacrificiu corporis Christi. Nondu erat sacrificiu corporis & sanguinis dni, qd fideles norunt, & qui euangeliu legerunt, qd sacrificiu nunc diffusum e toto orbe terraru. An non istud satis e, ut tu falsarius comonstreris? An non uictimae pecoru Chrm figurabant? Et tamen eas neutiq appellat sacrificium corporis & sanguinis dni. At hoc sacrificiu nouum dicit, notum esse tam fidelibus q his qui legerint euagelium, q sit sa
Mat. 26. crificium corpis & sanguinis dni. Et ubi pcor, ex euagelio, nisi ubi
Lucae. 22 Chrus dixit: Hoc est corpus meum, & hic e calix sanguinis mei?
Sacrificiu duplex. Sed adhuc audi quae sequutur. Proponite ergo uobis ante oculos
Psal. 106 duo sacrificia, & illud secundu ordine Aaron, & hoc secundu ordinem Melchisedech. Scriptum e enim: Iurauit dns & non poenitebit eum, tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. De quo dicitur: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech? De dno nro Iesu Chro: Quis erat Melchisedech? Rex Salem. Salem ciuitas fuit antea, illa quae postea sicut docti pdiderunt, Hierusalem dicta e. Ergo anteq ibi regnarent Iudaei, ibi erat ille sacerdos Melchisedech, qui scribit in Genesi: Sa
Gene. 14. cerdos dei excelsi. Ipse occurrit Abrahae, quado liberauit Loth de manu persequentium, & pstrauit eos à quibus ille tenebat, & liberauit frem. Post liberatione fratris, occurrit ei Melchisedech. Et tantus erat Melchisedech, à quo benediceret Abraha. Protulit panem & uinu & benedixit Abraha & dedit ei decimas Abraham.

Videte

Videte quid protulit ei, quem benedixit. Et dictum est ei postea: Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Dauid hoc in spiritu dixit: longe post Abraham. Temporibus autem Abrahæ fuit Melchisedech. De quo alio dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: nisi de illo cuius nostis sacrificium? Sublatum ē enim sacrificium Aaron, & cœpit esse sacrificiū secundū ordinem Melchisedech. Ergo mutauit, nescio quis; uultū suū. Quis ē iste? Nescio quis nō sit, & scio quis. Notus enim ē dominus nr̄ Iesus Chr̄us. In corpore & sanguine suo uoluit esse salutē suam. Hactenus Augustinus. Et istud etiā ex industria prætermisisti, quū tn̄ pollicearis te fideliter, & sine dolo cuncta ꝓlaturū. An istud tibi nihil uisum ē? profecto si nihil prorsus aliud q̄ panis & uinū esset in sacrificio Chr̄i, iam ipse Melchisedech æque corpus & sanguinē Chr̄i sacrificasset, atq; Chr̄us ipse. Quare quū panis & uinū, quæ Melchisedech sacrificauit, nō dicebant corpus & sanguis dn̄i, manifestū ē aliud quiddā in hoc sacrificio contineri, quanq̄ panis & uini species hic maneant, & sensu spectent. Nā diuinitus haud dubie quiddam hic reconditum ē, cuius gratia iam sacrificium corporis & sanguinis ipsius Chr̄i dicātur. Sed aduerte quid his præterea subiunxerit Augustinus, quæ tu quoq; nō citra fraudē prætermisisti. Vnde aūt commendauit corpus & sanguinem suum? De humilitate sua. Nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberet. Respice altitudinē ipsius: In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Ecce cibus sempitern⁹ sed manducāt angeli, manducant supernæ uirtutes, mādueāt cœlestes spūs, & manducant & saginant, & integrū manet, q̄d eos saciat & lętificat. Quis aūt hō posset ad illū cibū? unde cor tam idoneū illi cibo? Oportebat ergo ut mensa illa lactesceret & ad paruulos ꝑueniret. Vnde aūt fit cibus lac? unde cibus in lac conuertit, nisi per carnem traijciatur? Nam mater hoc facit. Quo manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia minus idoneus ē infans, q pane uescat: ipm panē mater incarnat, & per humilitatē mām̄illæ, & lactis succū de ipso pascit infantē. Hactenus Augustinus ibidē. Per immortalē deū te quæso, quibus uerbis Augustinus hanc rem explicare nobis potuit manifestius? Cibus ille solidus angelorum, hoc ē uerbum patris factum, & sub Eucharistiæ sacrificio caro, quatenus homo

Melchisedech non sacrificauit corpus & sanguinē Christi.

Augustinus. Iohan. j.

I. Cor. 3. Heb. 5.

Psalm. 77.

Augustinus nus hõ possit in ipso sacrificio cibũ eũdẽ edere, q̃ pascunt̃ & angeli. Sapiæ.9 Sequit̃ adhuc & aliud abs te prætermissum. Quõ ergo (inquit) de ipso pane, pauit ne sapiã dei? Quia uerbũ caro factũ ẽ, & habitauit Iohan.i in nobis. Videte ergo humilitatẽ: quia panẽ angelorũ mãducauit Psalm̃.77 hõ, ut scriptũ est: Panẽ cœli dedit eis, panem angelorũ mãducauit Philip.2 hõ, id ẽ, uerbũ illud, quo pascunt̃ angeli sempiternũ, q̃d est æquale patri, manducauit hõ: quia cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ deo. Saginant̃ ergo illo angeli. Sed semetipm̃ exinaniuit, ut manducaret panẽ angelorũ hõ, formã serui accipiens in similitudinẽ hoĩm factus, & habitu inuentus ut hõ, humiliauit se factus obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Vt iam de cruce cõmendaret̃ nobis caro & sanguis dñi, nouũ sacrificiũ, quia mutauit uultũ suũ coram Abimelech, id ẽ, corã regno patris. Hactenus Augustinus in sermone priori ė duobus, quos loco præfationũ anteposuit Psalmo tricesimotertio: Ex quibus dictis, si tñ in unum aceruũ oĩa colligeres, oĩ sole clarius p̃spicies ueram carnem & sanguinem Chr̃i in hoc nouo sacrificio contineri, q̃d à suis tp̃ibus p̃ orbẽ terrarũ fuisse diffusum, idẽ Augustinus aptissime cõ Psalm̃.77. fitet̃: nimirũ ut iam fideles eodẽ in terris uescant̃ cibo, q̃ q̃ in formã redacto cõmodiorẽ, quo pascunt̃ & in cœlis angelicæ p̃tãtes.

K OECO. Neq; ẽ q̃d contendat̃, norunt quidẽ fideles sacrã, sed ignorant modũ quo in sacramentis sint, quæ illic esse creduntur.

ROF. Multa dicis Oecolampadi, sed nullam affers p̃bationẽ eorũ quę dicis: p̃inde ac si tua dicta maioris authoritatis nobis habẽda sint, q̃ ipsius Chr̃i. Ais non esse q̃d contendat̃, modũ ignorare fideles, quo sunt in sacramẽtis ea, quæ credunt sub eis cõtineri, qñ confitemur eos esse sacrã. Verũ istud neutiq̃ probas. Atqui proba Lib.i.ca.6.E re istud oportuit. Nam supra oñdimus ex Augustino, de trinitate Modus quo Christus ẽ in sacramẽto incognitus est fidelibus. lib.3.cap.4 diuinũ sp̃m̃ in hoc sacr̃o inuisibiliter operari, ut fiat tm̃ sacr̃m. Et hanc opinor operationẽ nulli mortalium intellectui, citra fidem, cognitam esse dices, sed tm̃ creditã. Quanq̃ igit̃ fideles non ignorent sub hoc sacr̃o chr̃m esse uelatum, modus tñ quo fiat Chr̃s hic præsens, neutiq̃ eis cognitus est, nisi generalis dũtaxat, utpote per uerbum Christi quod omnia potest.

¶ Pollicetur quanquã inaniter ex eodẽ Augustino, se ostensurum, nullum esse miraculũ in eucha. Cap.IX.

Verum


Erum clarissimo testimonio eiusdem Augustini docebimus, non esse in hoc sacramento, quod uel miraculū sit, uel hominis captum excedat.

OECOL. A

Montes aureos Oecolampadi nobis polliceris. At nihil horꝫ scio præstiturus es. Si queas ondere non hoc dixisse Augustinū, qđ iam retulimus, hoc est, nō operari dei spm̄ in pane diuinitus, ut fiat tm̄ sacr̄m, aut si dixeris nō esse uerꝫ hoc ipsum q̊d illic asseruit, tum aliqd fecisse te dicã, alioqui nihil ex hac pollicitatiōe te facturꝫ expecto. Quod si uerꝫ sit, qđ Augustinus ibi tradit, ut & nō dubito uerissimū esse, profecto falsissimū sit oportet qđ tu iam affirmas, non esse uidelicet in hoc sacr̄o, quod uel miraculū sit, uel hominis captū excedat. Nã exploratissimū est, hoīs captū excedere, qcqd in hoc sacr̄o dei spiritus inuisibiliter operatur.

ROFFEN. Falsum ꝓmittit Oecolãpa. Et sibi impossibile. ca. 6. E & 8. K. Ex Augustio liquet in eucharistia esse miraculū.

OECO. Nam de illis quæ significant, & quæ admiramur ac cognoscere uel non cognoscere ualemus, aperte tradit in libris de trinitate, ponens nouem genera miraculorum & signorum, quę diuinitatis aliquid sensibus annuncient.

B

ROF. Verum quidē est, ꝙ Augustinus hoc loco nouē ex ueteri testamento modos colligit, qbus aliqd diuinitus annunciatur. Sed tm̄ abest ut in his cōprehendi uoluit omnia miraculorꝫ genera, ut etiam tres postremos nihil in se contineri miracula fateatur. Sūt utiqꝫ p̄ter hæc, & alia plurima, quæ nequeūt ad aliq̊d horꝫ referri, ut sunt oīa quæ ꝑ Chr̄m, & ꝑ Apl̄os miracula fiebãt. Sed neqꝫ modos oēs annunciationū exprimūt, sed tm̄ eos qui facti sunt in ueteri testamēto. Nã colūba quæ fuerat indiciū spūs sancti, etiã uox illa pr̄na, quæ audiebať Chr̄o baptizato, & rursum eodē transfigurato. Nubes itidē lucida, quæ tum Apl̄os obumbrabat. Accedunt his & dispertitæ linguæ tanq̄ ignis, qn̄ sup̱ Apl̄os descendit spūs sanctus. Nihil horꝫ ē, q̊d uel ꝑ angelū, uel ꝑ ꝓphetã fuerat patratū. Quo fit ut nequeūt referri ad sex illa priora miraculorꝫ gñā Neqꝫ dici poterit, q̊d ad aliq̊d triū sequentiū spectent, p̄sertim quū idē Augustinus testeť. Hæc tria ꝑ hoīes esse facta queādmodū in eodē loco sequiť, Augustino sic dicente: Sed quia hæc hoībus nota sunt, ut ꝑ hoīes fiūt, honorē tanq̄ religiosa pñt hr̄e stuporē tanq̄ mira nō pñt. Hæc Augustinus illic: Verꝫ aliter de colūba, de uoce patris, de linguis igneis, de splendore uestium Chr̄i sentiendum ē.

Nouem modi diuinæ annunciationis. Augustin⁹ nō omnem modum miraculorum cōplexus est

Mat. 3 Mat. 17 & Mar. 9 Actorꝫ. 2.

Matth. 3. Mar. 17. & Mar. 9

C OECO. Primū, si persona dei in angelo demonstret. Secundū, si in specie, quæ non est angelus, sed quæ per angelum disponitur, & iam erat corpus, & ad hoc demonstrandū in aliquam mutationē assumitur. Tertium, si in specie, quæ per angelum disponitur, & ad hoc exoritur. Quartum, si in homine Propheta qui uerba dei loquitur, ut si premittat, hęc dicit dominus. Quintum, si idem fiat nullo tali dicto præmisso, ut dum Psaltes dicit: Intellectum tibi dabo. Sextum, si in factis hoc gerat Propheta, ut dum Propheta uestimentum diuisit in duodecim partes. Septimum, si in re, quæ non ē Propheta, etiam in terrenis rebus existente, ut dum Iacob erigit lapidē. Octauum, in re quæ fit eadem specie uel aliquantulum mansura, ut serpens æneus, qui in speciem ueri serpentis, uel literæ ad significandum factæ (opinor in nomine tetragrammate.) Nonum, si in re quæ fit quidem eadem specie, sed peracto ministerio transitura. Sic panis ad hoc factus, in accipiendo sacramento, consumit. Papæ, quanta in his postremis docet.

Detorquet Augustin⁹ nō sane itellectū.

ROF. Quid iam reperisti pręcor, ꝙ sic exclames? profecto nihil amplius, q̄ nigellū illud qđ in summitate fabæ adhæret. Docet nimirum in his Augustinus ea quę tu maligno ingenio pessime deprauas. Sanè tradidit ille, si tu sane capias. Sed quis nunq̄ author, præsertim dum in obscuris quæstionibus dissoluendis uersatur, ita scripsit, ut non possit à peruersis perperam detorqueri. Id qđ tu iam facis Oecolampadi, lōge quidē aliter, q̄ unq̄ senserit Augustin⁹. Neq; em̄ credibile ē, ut in unica quæstione dissoluenda, sic oblitus sui fuisset Augustinus, ut tam repugnantia dixisset. Dixit em̄ paulo superius, in eodem libro sanctificari panem & uinum ut fiat tam Augustum sacrm, per inuisibilem diuini spūs opationē. Quare si iam dixerit, nihil ibi supra nr̄m captum esse, ut tu moliris, planè sibi cōtradicit. Sed ut res apertior fiat, iterum eius uerba summatim recensebimus. Docuit enim eiusdem libri capite quarto: Christū à Paulo trifariam annunciatum fuisse, nempe uerbis, literis, atq; sacramento corporis & sanguinis domini. Nec tamen Pauli uerba, siue literas eius, corpus & sanguinem Christi esse, sed illud tantum quod ex fructibus terræ acceptum, & pręce mystica consecratū, rite sumimus ad salutem spiritualem. Et continenter docet, quem in modū ex hoc ipso, quod sic ex terræ fructibus collectū ē, corporis & san

De trinitate Lib. 5. ca. 4.

Augustin⁹ de trinitate libr. 5. cap. 4.

& sanguinis Chr̄i fiat sacramentum. Istud (inquit) ita ex terrę fru-ctibus collectum, quum per manus hominum ad illam uisibilem speciem perducitur, hoc ē, panis & uini, non protinus sanctificat̃, ut sit tam magnum sacramentum, nisi inuisibiliter operãte spũ dei, Hæc Augustinus. Ecce collectum ē (inquit) ex terræ frugibus, nimirū ex frumenti granis, & ex botris uuarū, qđ inuisibilẽ quandam speciem panis & uini, manibus hoĩm format̃, & altaribus imponit̃. Cæterū, hoc ipm, ut fiat tm̃ sacr̃m, nõ sanctificat̃ nisi p inuisibilem diuini spũs operationẽ. Nunc ergo quum panis exemplum afferat Augustinus, tanq̃ eius rei, quæ solis hoĩm facta sit manibus, necesse ē, ut de alio pane intelligat, q̃ qui ꝓ sacr̃o corpis cõsecratus fuerat, alioqui nõ cõstabit sibi, qđ de tanto uiro, tanta memoria, tãtoq; ingenij acumine prædito, & intra unius quæstionis excussionem, haud citra temeritatẽ, à quouis credi põt. Dicamus igit̃ quod de pane ꝓpositõis, quẽ Hebræus panem facierū appellat illud intellexerit. Nam & panis ipse sub mysterio Chr̄m significat. Et ut Leuiti. ca. 24. tradit̃, positus erat sup mensam aureã in monumentũ oblatiõis dñi, & à sacerdotibus singulis hebdomadis cõsumebat̃. Quare p oĩa quadrat hic panis, ipsius Augustini uerbis. Sed & uerisimillimũ ē, id ita se habere. Nam cur aliq petijsset hoc exemplũ è scripturis noui testamẽti, magis q̃ priora oĩa. Quicqd de angelis, & de ꝓphetis ante citatũ ē, ad uetus instrumentũ ptinet. Sed & lapis Iacob, & serpens æneus inde similiter trahunt̃. Q̃obrẽ & quũ per panẽ ꝓpositõis abunde satisfactũ sit & ipsius Augustini uerbis & instituto, neq; panis huius exemplũ aliunde sumat̃, q̃ ex ueteri testamento, sicut & cætera ibi recensita, longe magis putandũ est eum de hoc pane, q̃ de eucharistia sensisse, ne manifestũ in eius dictis repugnantiam cõfiteamur. Quę certe nõ poterit aliter uitari.

Augustin⁹ loquitur de pane propositionis Christum significante.
Gene. 19
Geñ. 28. & 31.
Num. 21.
Leui. 24

OECO. Discere enim poteris, nullũ ibi eē miraculũ, id quod D póstea testat̃ fieri in apparationibus quas angeli operantur.

ROF. Hæc dilucide ꝓ nr̃a sñia faciũt. Nã si de eucharistia locutus fuisset Augustinus, nec ipse negasset ibi miraculum esse, nec alius quiuis recte credens hoc negare põt, quemadmodũ inferius abunde me monstraturū confido. Interim istud satisfuerit ex eiusdem Augustini mente recensuisse, panem haudquaq̃ cõsecrari, ut tantũ fiat sacramentũ, nisi p inuisibilẽ operationem diuini spiritus.

Hæc tan

Cõsecratio fit diuina operatione.

Hic tu mihi respõdeas quæso, num tibi uidet angeli cuiuspiã operatio mirabilior, q̃ sit ipsius oĩpotentis spũs dei? Si dixeris mirabiliorem, qs nõ insanire te credat? Sin istius magis admirandũ pnunciaueris, qua fronte dicis hic nullum adesse miraculũ? Quin igit in eucharistia (modo receperis Augustinũ) inuisibilẽ diuini spũs operationẽ inficiari nõ potes: ac proinde uirtutẽ in ea mirandam cõfiteberis, perspicuum est Augustinum priori loco de eucharistia non sensisse, sed de pane ueteris legis, qui tam sanctus habebatur, ut nemini licuerit eum edere, nisi solis sacerdotibus.

E OECO. Discere licet non assumi in hoc sacramento res cum aliqua mutatione, ut dum uirga in serpentẽ uertitur.

Panẽ ppõnis edere nõ licebat laicis

ROF. Hoc etiã arguit Augustinũ de pane ppositõis fuisse locutum: qñquidẽ in hunc panẽ oĩa quæ dixit, cõpetant. Nam in ipso pane nihil immutatũ fuit, sed erat manibus hoĩm solis, ita cõfectus. Et tñ adeo sanctus habebat, ut ex eo nemini liceret edere nisi solis sacerdotibus, quẽadmodũ Chrs ca. 12. Matthæi testat. Adde q & Chrm figurabat, & erat ceu monumentũ quoddam eucharistiæ. Nam Leui. 24. panes ppositõis, dicunt panes in monumentum oblatõis dñi, iubenturq; sacerdotes, ut hũc panẽ singulis hebdomadis edant, in loco sancto, quia sanctũ sanctorꝝ est, uel ut Cyrillus legit. Quia sancta sanctorꝝ sunt. Sup qua re, si libebit, ipsius sñiam in mediũ afferamus. Sic eĩ sup eodẽ capite scribens de panibus ppositõis, ait: Si referant. Hęc (inqt) ad mysterij magnitudinẽ inuenies cõmemorationẽ istã habere ingentis propositõis effectũ. Si redeas eĩ ad illũ panẽ qui de cœlo descendit, & dat huic mũdo uitã, illũ inuenies panã propositõis, quẽ proposuit deus, ppiciatorẽ p fidẽ in sanguine eius. Et si respicias illã cõmemorationẽ, de qua dicit dñs, hoc facite in mei cõmemorationẽ: inuenies q ista est cõmemoratio sola, quæ ppitiũ facit hoĩbus deũ. Si ergo intentius ecclesiastica mysteria recorderis in his quæ lex scribit: futuræ ueritatis inuenies imaginẽ præformatã. Hæc Cyrillus ibi: Panis itaq; ppositõis sanctus fuit, & annunciabat Chrm æque atq; lapis Iacob, aut serpens æneus, & nihil in illo fuit immutatũ, sicut nec in istis. At in eucharistia, factã esse mutationẽ, & censuit Augustinus, & astipulant, authores cæteri, de quibus postea latius dicturi sumus.

Panis ppositõnis figurabat Christum.

Cyrillus

Ioh. 6.
Rom. 3.

Luce. 22

Leui. 24
Gene. 28
Num. 21.
Vide i pfat. 3 li. 3. corrobo. & alibi

F OECO. Maxime aũt obserua, rẽ assumi ipo mysterio trãsitura

Rossen

ROF. Et istud item congruit pani propositõis. At quo dilucidius intelligamus oĩa q̃ de pane dixit Augustinus in hũc ppositõis panẽ adamussim cõquadrare, subscribemus ea quæ de tribus postremis exẽplis, illic tradidit. Postq̃ enĩ de angelis, & prophetis uaria ptulisset exempla, quẽ in modũ ipsi deũ annunciassent, subdit: Aliqñ etiã res quæ non erat, quod ppheta, & erat iam in terrenis rebus, ad hmõi significationẽ assumpta ẽ. Sicut somno uiso, Iacob euigilans fecit de lapide quẽ dormiẽs habebat ad caput. Aliquando ad hoc fit eadẽ spẽs, uel aliquantulũ mansura. Sicut potuit serpẽs ille æneus exaltatus, in heremo: Sicut possunt & literæ, uel peracto ministerio trãsitura. Sicut panis ad hoc factus in accipiendo sacro consumitꝛ. Vides hic lector exempla tria, ut de literis taceam, de quibus iam par᷑ attinet. Primũ est, ipsius lapidis Iacob, qui nihil aliud q̃ lapis fuerat, nihil immutatus à forma lapidis, nec interius, nec exterius. Scd̃m, serpentis ænei, qui sic p Moysen ex ęre conflatus erat, ut nec p diuinã, nec p angelicã operationẽ aut interius aut exterius immutabatꝛ. Tertiũ ipsius panis, cuius speciẽ dicit peracto ministerio transiturã. Et qđ panis ipse ad tale ministerium factus in accipiendo sacro consumitꝛ, hoc ẽ, quũ ipm panis mysteriũ à sacerdotibus edebatꝛ, ipso usu consumebatꝛ. Iam pspicis lector quando cætera exempla oĩa manifestũ ẽ à ueteri testamento petita fuisse, num cõsentaneum fuerit, ut inde quoq; postremũ quod panis est, simili peteretur modo, & maxime ne secum pugnet Augustinus, ut iam sæpe diximus. Gene. 28. Num. 21. Leui. 24

OECOL. Quæ omnia tanquam ipsissimas abominationes execratur & anathematizat ὀγυωμολόγος cum Romana ecclesia, quam utinam illustret dominus, ut sit quod eẽ prædicata est. G

ROF. Nihil ho᷑ quæ iam dixit Augustinus, iuxta sanũ co᷑ intellectũ, aut ecclesia Romana reijcit, aut autor libri quem uocãt sententia᷑, sed tuã Oecolampadi puersissimã eo᷑ interpretationẽ execrantꝛ, & anathematizant oẽs, quotquot orthodoxi sunt. Et sanè si spes aliqua foret tuæ resipiscentiæ, cũ lachrymis precareris, ut te dominus illustraret, & saniorem donaret aliqñ mentẽ. Sed impius quum in profundum malorum uenerit contemnit. Nec Petrus Lombardus, nec eccl'ia execratur Augustini sententiã Prouerbio. 18

¶ Frustra confirmare nititur hoc ipsum, ex alijs Augustini verbis. Caput decimum.

OECOL. A



INsuper eodem capite clarius [illegible]m agit, iustitiam posteriorum seculorum, quantum in ip[illegible] erat, præcauēs. Dicit enim ea quæ per angelos fiunt admiranda & intelligenda, quæ uero p hoīes intelligenda tantummodo.

Lib.3.de trinitate cap.4.ui hic supra ca. 8.K.

ROF. Quantū ex his uerbis apparet tibi, nequaq̄ quidē inscius uideris. Mihi cōpertissimū est, ꝙ si nō esses prorsus excæcatus, nunq̄ ista diceres: Legisti opinor quæ ꝓtulit Augustinus, hoc ipo tertio libro, de sacr̄o corporis & sanguinis dn̄i, ꝙ panis & uinū nō sanctificant, ut fiant tam eximiū sacr̄m, nisi per inuisibilē operationem spūs dei. Quid ergo putas augustius, aut magis incōprehensibile, altiori admiratōe dignū, id ne qđ angelica uirtute fit, an id qđ incomparabili potētia diuini spūs effectū sortitur? Istud opinor dices, nisi mentis emotæ fueris. Quamobrē si de pane loquat Augustinus, qui nihil habet in se, nisi qđ intelligi queat, & nihil qđ q̄squā admiretur, nihil ad eucharistiam attinet iste locus.

Augustin⁹ nō loquit̄ de eucharistia

B OECO. Dixerat autem supra quæ per homines fiant. De quibus iterum subijcit. Quia hæc homini nota sunt, quia p hominē fiunt, honorem tanq̄ religiosa possunt habere, stuporem tanq̄ mira non possunt. Itaq; illa quæ p angelos fiunt, quo difficiliora & ignotiora, eo mirabiliora sunt nobis, illis autem tanquam suæ actiones notæ atq; faciles.

Ca.9.C.&.E Gene.28. Num.21. & Leui.24

ROF. Sane quemadmodū recenses ad ea tria exempla, quæ supra memorauimus: nempe lapidis Iacob. Serpentis ænei, & panis, cōtinenter subijcit. Sed quia hæc hoībus nota sunt, quia p homines fiunt, honorē tanq̄ religiosa, possunt habere, stuporē, tanq̄ mira non possunt. Aduerte quid dicat: Ecce testatur primū, quod per homines facta sint hæc tria. Et certe manifestū est, ipsa hoīm opera esse. Nam Iacob lapidem erexit in titulū, & ipsa erectio fuit opus eius. Moyses etiam serpentē æneū, à se factū, in palo suspendit, & hoc erat opus hominis. Postremo panis in mensa positus ad monimentū oblatōis dn̄i, & ad Chr̄m significandum, manibus humanis cōfectus fuit, & opus hominum. Cæterꝝ quum eucharistia per uirtutem inuisibilem spiritus dei fiat, nō potest sub illius panis nomenclatura comprehendi. Quòd uero sequitur, honorem tanquam religiosa possunt habere, stuporem tanquam mira non possunt, illis item tribus congruit: non autem eucharistiæ. Veneranda ni

Gene.28 Num.21. Leui.24

da nimirum illa tria fi[illegible]unt, & ceu res quædam sacræ honore debito prosequenda, tametsi non adoranda tanquàm deus, uerum eucharistiam Augustinus adorandam esse docet, quemadmodum infra sumus ostensuri. Præter hæc illa nihil habent intra se stupendum. At quis obstupescat ad diuini spiritus præsentiam, cuius inuisibili potentia, panis in tam eximium trãsit sacramentum. Quòd postremo loco de angelis, etiam amplectimur: nempe, quod eorũ opera, quo difficiliora sunt, & ignotiora, eo mirabiliora sunt nobis. Scimus autem diuini spiritus operationem illis omĩbus incomparabiliter excellentem & longe anteponendam. — Eucharistia ẽ adoranda.

OECO. Et iterum ut & de sacrato pane eum loqui non possis ire inficias. Illas (inquit) etiam nubes & ignes quomodo fecerint, uel assumpserint ad significandum quod annunciabant, etiam si dominus uel spiritus sanctus, illis corporalibus formis ostendebatur. quis nouit hominum, sicut infantes non norunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione consumitur, unde uel quomodo conflatur, unde in usum religionis assumatur. Et si nunquã distant, experimẽto uel suo uel aliorum, & nunquam illam rerum speciem uideant, nisi inter celebrationem sacramentorum, cum offertur & datur. Dicatur'que illis authorite grauissima, cuius corpus & sanguis sit, nihil aliud credant nisi omnino in illa specie Deum oculis apparuisse mortalium, & de latere tali percusso, liquorem illum omnino fluxisse. Mihi autem omnino utile est, ut meminerim uirium mearum, fratres'que meos admoneam, ut & ipsi meminerint uirium suarum, ne ultra, quàm tutum est humana progrediatur infirmitas. — C

ROF. Certissimũ est hic Augustinum de sacra eucharistia fuisse locutum. Sed ꝙ proxime superius de eadẽ sit locutus, scio probabis nunꝗ. fortasse dices: Cur ergo nunc sermonẽ de ea introducit? Et tu mihi responde, cur nunc ignes & nubes memorat, de quibus ne uerbũ quidem antea fecerit? Qꝫ si de illis nunc primum loqui cœperit, cur est necesse, ut in proximis ante uerbis, de pane consecrato, de quo iam loquit, mentionẽ fecerit? Sed & istud expẽde Si nemo hominũ nouerit, qua ratõe nubes illas & ignes angeli fecerint, aut assumpserint, ad aliquid annunciandũ, necesse ẽ, ut multo magis ignoremus modũ, quo sacer ipẽ spũs per inuisibilem suã — Augustin' incipit hic de eucharistia loq.

Rom.j. potentiam hoc sacramẽtũ operetur ad annunciandũ in eo Christi corpus. Cæterũ in eo qđ sequit profecto demirarer hanc tuã cæcitatẽ, ni mihi cõpertissimũ esset, eam à deo tibi inflictã ob ultionem pfidiæ tuæ. Nihil enĩ dilucidius esse poterit, q̃ ꝙ ex his uerbis Augustinus aperte sensit Chr̃m in hoc sacro uere sub specie panis cõtineri. Quũ enĩ ita scribit Augustinus. Si dicat pueris ad eum modum educatis, authoritate grauissima, cuius corpus & sanguis hoc sacr̃m sit. Quid tibi uidet Oecolampadi, an uelit eos hoc falso doceri, an uere iuxta orthodoxam fidẽ? pfecto nisi ptinacissimus fueris inficias ire non poteris, quin iuxta fidẽ orthodoxã eos uoluerit erudiri? Q̃ si sic eruditi fuissent, crederent haud dubie Chr̃m in eo sacramẽto cõtineri. Nam alioqui, si pperã imbuerentur, quid uetat, q̃ minus diabolũ credant sub ea specie delitescere. Rudis enĩ ætas illa ceu mollis quædam cæra facile suscipiet, à grauissimæ authoritatis præceptore utriuslibet opinionis credulitatẽ. Qm̃ igitur iam docti pueri Chr̃m illic esse, & hoc sacr̃m uere corpus eius esse, nec scirent eam speciẽ ex terræ fructibus esse collectã, nec alibi uiderint eam, nisi in altari, an non pspicue consequit, ut si doctori fidem habuerint, crederent haud dubie Chr̃m, dum hic in terris conuersaret, in tali corpore apparuisse, & de latere tali pcusso liquorẽ illũ om̃ino fluxisse? Sed & si præterea doceant eam spẽm ex frumenti granis fuisse collectã, an non tibi uidet Augustinus tum putauisse pueros illos facile concepturos, nõ eam spẽm esse corpus dñi, neq; uini spẽm ipsius esse sanguinẽ? Ista p nobis Oecolampadi euidentissime faciunt, ut nec unũ uerbulũ hic reperio, qđ tuæ snĩæ propius accedat. Porrò quę sequũtur Augustini uerba, nihilominus inique torques, q̃ superiora: nimirũ, ut uideatur Augustinus uelle nos ad indagationẽ tam abditarũ rerũ cohortari, quũ ipse cõtra dehortet apertissime, quẽadmodũ lectori satis cõstabit si tam ea, quę iam recenses, q̃ alia quæ sequũtur, abs te tuo more prætermissa, legere non grauabit. Quid enĩ aliud hęc uerba sibi uelint. Mihi aũt oĩno utile est, ut meminerim uiriũ mearũ, fratresq; meos admoneam, ut & ipsi meminerint suarũ, ne ultra q̃ tutũ est humana pgrediat infirmitas. Hoccine te precor est, ad mysteriorũ pscrutationẽ cohortari, an phiberi magis? Sed quæ sequũtur in Augustino iam audiamus, Quẽadmodũ (inqt) hæc faciũt angeli, uel potius deus, quẽadmodum

Augustinus expressit Christum sub specie panis contineri.

Iohan.19.

Cur Augustini uerba torqueat.

modum hæc faciat per angelos ſuos, & quantũ fieri uelit etiã per angelos malos, ſiue ſinendo, ſiue iubendo, ſiue cogẽdo occulta ſede altiſſimi imperij ſui, nec oculoꝝ acie penetrari, neq; fidutia rõnis enucleare, nec ꝓuectu mentis cõprehendere ualeo, ut tam certus hinc loquar ad oĩa quæ requiri de his rebus pñt, q̃ ſi eſſem angelus, aut ꝓpheta, aut apl's. Expende qd dicat. Si nõ ualeat Auguſtinus oculoꝝ acie penetrare, nec fidutia ratõis enucleare, nec ꝓuectu mentis cõprehendere, quẽadmodũ hæc opera faciant angeli, uel p angelos deus, multo minus cõprehendere poterit quæ diuinus ſpũs p ipm ſiue angelus in hoc ſacro inuiſibiliter opetur. Cæterum quo dilucidius intelligas eum hãc temeritatẽ uetuiſſe, ſcripturas in mediũ ꝓducit, qbus infirmas hoĩm uires ad hæc tam abſtruſa cõprehendẽda nõ poſſe ſufficere doceat. Cogitatões eñ (inqt) mortaliũ timidæ, & incertæ ꝓuidentiæ noſtræ. Corpus eñ quod corrumpit aggrauat aĩam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ. Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & q̃ in ꝓſpectu ſunt inuenimus cũ labore. Quæ in cœlis ſunt aũt, qs inueſtigabit. Hactenus ille. An nõ his planè deterret ab indagandis, tã

Non potuit Auguſtin⁹ cõprehendere quę Deus in Euchariſtia operatur.

Sapiẽtiæ. 9.

D OECO. Hæc apud Auguſtinũ, qui nõ uult (altis myſterijs) nos pueriliter ſapere, ſed intelligere, ut ſciamus qd hæc ſignificẽt, q̃ abſq; miraclo fiũt, nõ uult nos ultra q̃ decet ĩfirmos. At nũc inſani, ſupbi, ac ĩdociles dicimur, ſi hoc more de ſacris diſſeramus.

ROF. Quid Auguſtinus uoluerit, abunde ſatis expoſuimus. Nec obſtrepet tibi quiſpiã, ſi ſcrutatus fueris qd lapis Iacob ſignificet, aut ſerpens æneus, aut panis in aurea menſa locatus, & manibus ſacerdotũ ad hoc factus, ut in miniſterio ſingulis hebdomadis cõſumat. Nemo (inq̃) haꝝ reꝝ inueſtigationẽ tibi ꝓhibebit. Cæterum ſi quẽ in modũ angelus aliqs, aut nubes, aut ignes aſſumpſerit, ad aliqd annunciandũ, diſquiſieris, hoc aſſerit ſuperare ingenij tui uires, at lõge magis Oecolãpadi, ſi ꝓueſtigare moliaris, quo pacto ſpũs diuin⁹, è ſpecie panis ſacrm corpis & ſanguĩs dñi ĩuiſibilr opetur, iam ſupra facultatẽ intellectus tui p̃ſumere coargueris.

Gene. 28. Num. 21. Leui. 24.

Prohibemur ſcrutari abdita diuinæ operationis

E OECO. Quanto ſatius fuerit, parere Auguſtino, & conſentire ei qui nullum agnoſcit miraculum, nullamq; imitationem talẽ, ſed fatetur panem aſſumi in ſignum tantum, hocq; noſtram ratiocinationem non ſubterfugere.

ROF. Si parueris Augustino, nunq̃ hæc assereres de eucharistia, quam opere diuini spũs tm̃ sacramentũ fieri & sanctificari plane supius docuit. Neq; uno dũtaxat loco testat hoc ipm, sed & aliis
Supra ca.8.K & capit.10.A
plerisq;, quẽadmodũ antea retulim⁹, & postea crebro sum⁹ oñsuri.

¶ Falso detorquet Salomonis uerba pro licita scrutatione mysteriorum. Cap. XI.

OECOL. A



N non iustius & Salomonis sapientissimi uerba audiemus dicẽtis: Qñ sederis ut comedas cũ principe diligẽter attẽde, quæ apposita añ faciẽ tuã, & statue cultrũ in gutture tuo, si tamen habes in potestate aĩam tuam.

ROF. Quando scripturas eiusmodi citas, quæ tã frigidæ, imò nihil pro tua scientia faciũt, indiciũ est nõ mediocre, te magna scripturaꝵ inopia laborare. An putas hic iubere Salomonẽ, ut curiosius exquiras, qua ratõe cibi q̃ apponunt confecti sunt? Nihil certe minus. Neq; eñ attendere, exquirere est. Sed & qđ sequit, cur (te precor) adiecit Et statue cultrũ in gutture tuo. Quis unq̃ esurus aliquid escaꝵ, cultrũ in gutture suo statuit? Magis igit uetat hic Salomon, ne uescaris ex mensa diuitis, & ut re contineas à cibis ipsius. Et propterea subdidit ipe Salomon: Ne desyderes de cibis eius, in q̃ est panis mẽdaciĩ. Nã ut plurimũ diuites iniq̃ suas opes congesserunt. Quamobrẽ & Chrysostomus omnẽ diuitẽ, aut iniquum autumat, aut hæredẽ iniqui. Nec dissimili admodũ sensu locũ hunc quidã ex uestra schola traduxit, Philippus ipe Melãchthon. Quũ accũbes (inqt) ut comedas cũ principe, obserua quæ apponant, & intenta cultrũ gutturi tuo ut uitã tueare. Ne cupias cibũ eius. Est eñ fallax cibus: Ecce nõ iubet ut indages, sed ut oĩno fugias tan q̃ cibũ fallacẽ. Sic inter uos cõuenitis de scripturaꝵ interp̃tatõibus ut qđ molitur unus, demolitur alter. Hoc quid aliud est, q̃ ultio dei super uos, qui tanto molimine contra ecclesiam orthodoxam, turrim Babylonicam erigere, sed frustra conamini.

Prouerbi.23.

Diuitum mẽsa est uitanda.

Lutherani cõtrarie interp̃tantur scripturas.

B OECOL. Sapiens iubet, diligenter attendam quæ proposita sunt, impostor stipitem me uult, & uim uerbi non scrutantem: unde uel impudens redderer allatis eduliis non contentus, uel inciuilis & superbus, allata fastidiens.

Mysteria [illegible] captũ hoĩs nõ sunt scrutãda

ROFF. Non iubet tibi sapiens, ut tanti mysterii sis indagator, imò uetat magis, quũ postea .25. capite dicat: Scrutator maiestatis oppri-

opprimetur à gloria. Similiter & ecclesiastici tertio scriptũ est: Altiora te nõ quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quæ pcipit tibi deus, illa cogita semper & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Audis quid hi sapientes iusserint. Nec istos (opinor) uocabis impostores. Et profecto non solum inciuile, uerumetiam impudens fuerit, quum ad honesti cuiuspiam uiri mensam inuitatus sis, ut de confectione ciborum eius curiosius exquiras. At in mensa Christi quum tibi ipse dixerit escam propositam esse corpus suum, mera uesania est, non eius uerbis adhibere fidem. Matth. 26

¶ Pollicetur copiosiores coniecturas contra miracula Eucharistię, quę nihil ei conferunt. Cap. XII.



CAeterum copiosioribus cõiecturis pbabimus, nullũ hic miraculũ fieri, & proinde nihil ultra captum nostrum. OECO. A

Satius fuisset Oecolampadi nullas attulisse, q̃ quæ sunt hactenus per te productæ, quũ nihil omnino pro tua parte comprobent. Sed quid attinet in re tanta tamq́; seria coniecturas afferre. Neq; eñ uelim nos adeo leues existimes, ut ullis unq̃ coniecturis, à fide, quã à patribus tot & tam eximijs, atq; ita sibi cõsentiẽtibus, accepimus, dimoueri nos posse credas. Solidiora nisi pduxeris argumẽta, & scripturas euidẽtissimas ne quicq̃ agis. ROFFEN. Ecci. 19.

OECOL. Admiramur enim omnia, & sola, quæ ultra nostras uires rarius fiunt: Receptum itaq; est apud solidos Theologos, nõ esse celebranda miracula, quæ canonicarum scripturarum authoritate non commendantur. B

ROFF. Apud quos, te quæso, theologos hoc receptum est? Apud Wittenbergenses forte dices, quasi iam nemo theologus habeatur, nisi qui & hæreticus fuerit. Sed hæc theologia diabolica magis est, q̃ cœlestis. Iam orbi toti perspicuum est, uos hæreticos esse, non theologos. Cæterum & hi fatentur in pane uerum Christi corpus esse quod certe pręter miraculum fieri nequaq̃ poterit. Et sanè magno miraculo Christus in hoc sacramento præsens efficitur. Neq; nos istud asserimus absq; scripturarum authoritate. Quod & mox abunde comprobaturi sumus.

Lutherani fatentur in pane uerum Christi corpus esse Infra. 3. lib. pfatio. & deinceps.

OECO. At si ut habet τοῦ γνωμολόγου opinio. Corpus Christi, hoc modo ut illi aiunt, in altari est, plus miraculorum in uno pane haberemus, quàm in ullis dei operibus.

Roffen

ROF. Quis te malignus ita spûs exagitat, ut diuinis miraculis modũ & numerũ præscribere moliaris? Quid tot blasphemijs obmurmuras aduersus benignissimã dei largitatẽ. An nõ ei licebit ꝑ supciliosam censurã tuam, & quicqd uelit & qũo uelit, de suis statuere sacramentis Quid (quæso) uetat, plus in hoc uno sacrõ miraculorũ patrari, q̃ in alio q̃uis diuinorũ operũ, qñquidẽ & in hoc cæterorũ oĩm suorũ mirabiliũ Chr̃us æternũ constituit monimentũ. Nam in Psal. 110. traditũ est: Memoriã fecit mirabiliũ suorũ, escã dedit timẽtibus se. Aut aliã escã nobis indica, in qua monimentũ suorũ mirabiliũ recondidit Chr̃us, aut hanc nobiscũ eam esse cõfiteare. Neq; es (opinor) tam impius, ut neges hanc escã à Chr̃o suis traditã, in sui memoriam. Est ergo memoriale quoddã hęc esca, & sanè perq̃ eximiũ atq; ueneratõe summa ꝓsequendũ, quandoquidem, & eam Christus iam ad amarissimæ suæ necis perpessionem profecturus, Apostolis commendauit.

Mat. 20.

Eucharistia ẽ memoria omnium mirabilium

Mat. 26
Lucæ. 22
D

OECO. Fierentq; illa non semel, ut mundi creatio, uel mortuorum resurrectio, non quotidie, ut in deserto Mannę pluuia, non certo tempore, ut in piscina probatica salutifer aquæ motus. Sed quotidie, sæpius, & innumeris in locis.

Non inconuenit plura miracula fieri in eucharistia

Hoc ca. 12. C

Miracula circa Manna.

Exo. 16

ROF. Quid precor aut repugnãtię, aut absurditatis inde suboritᷣ, ꝙ nõ semel aut singulis diebus, sed pluribus horis cuiusq; diei pariter & locis innumeris, tot miracula patrentᷣ in hoc sacrõ? Si memoriale mirabiliũ Chr̃i sit (ut diximus) cur nõ merito lõge plura debeãt in eo miracula esse, q̃ in cæteris, quæ figura dũtaxat erãt hui⁹ sacramẽti. Et ut de una tm̃ loquar, q̃t miracula quæso circa manna olim facta sunt? E qbus hoc cũ primis admirandũ fuit, quãtumuis ex ea quis collegisset, nihilo tñ plus habuit, q̃ iuxta p̃scriptã sibi mẽsurã. Alterũ, q minus collegisset nihilo minori mẽsura q̃ is qs plus collegisset domũ reportauit. Tertiũ. In aliũ quẽuis diẽ seruata, q̃ in sabbatũ cõputruit. Quartũ, quũ possit tã facile putrifieri, tñ in archa ꝑ multos annos incorrupta seruabatᷣ. Quintũ, ad solẽ posita liquefiebat, ad ignẽ tñ fortiter induruit. Sextũ, quũ singulis alijs diebus è nubibus caderet, tñ in sabbato nihil ex ea comparebat. Septimũ, pridie sabbati colligentes duplicatũ Gomor hr̃e cõperti sunt. Octauũ, is q plus aut q minus eo die collegerat nihilo plus aut minus ultra reportauit. Nonũ, mensura Gomor oĩbus tã robustis q̃ debilibus

debilibus cuiuscūq; sexus aut conditōis fuissent, abunde satisfecit. Decimū, pijs ꝓ uoto iuxta cuiusq; desyderium sapiebat. Vndecimū, quanq̃ pijs esset gratissimi saporis, impijs tñ erat fastidio. Duodecimū, ꝑ annos quadraginta pasti sunt eo cibo filij Israel in solitudine. Adde, ꝙ in singl'is mānæ granis, quæ tñ citra numeꝝ singl'is noctibus è cœlo deciderāt nōnulla doctoꝝ fiebāt miracula. Quū igr̄ in ipso māna tot miracula ꝑcesserāt & ipm (qđ & non semel testat Augustinus) huius eximij sacramēti, nimiꝝ eucharistiæ figura fuit, nō uideo cur tibi, nisi qđ iuste iam excæcatus sis, tantopere duꝝ uideat, qđ tot miraculoꝝ in hoc sacramento celebrentur. Manna fuit eucharistiæ figura.



OECO. Atq; præter signoꝝ ac miraculoꝝ singulariū rōnem quoꝝ natura ē manifeste ac efficaciter infirmoꝝ aīos in fide recreare. Hæc aūt latētia sunt, & scđm uos inuisibilia, sensusq; fallentia. E

ROF. Visibiliū certe miraculoꝝ ea est natura, si tñ Augustino credimus, ut infirmoꝝ animos ad fidē trahat. Inuisibiliū aūt, ut accedentes illuminet. Sic eñ libro de uera innocentia, ca. 134. scribit: Visibile miraculū ad illuminationē uocat. Inuisibile aūt, eum q uocatus uenit, illuminat. Eiusmodi miracula fiūt in sacramētis, baptismate præsertim, & eucharistia. Nā si uisibilia fuerint, ubi iā esset fidei nr̄æ meritū. Si Chr̄m in sacr̄o, corporeis oculis cernere mus, qs non ꝓtinus crederet? At iam nō esset fides, quę reꝝ est nō apparentiū. Sancte igit & scite diuus Hugo Linconiensis, quū ad eiusmōi miraculū cōspiciēdū à suis olim iuitaret, rñdit. Habeāt sibi īfideles infidelitatis suæ signa. Nos q uere Chr̄iani sumus, absq; talibus signis credamus, ad cumulatius fidei nr̄æ meritū. Multitudo miraculoꝝ neminē morari debet, qui constanter credit illic adesse Christum. Nam corporalis eius præsentia sub panis & uini speciebus, fieri nequaquam potest absq; pluribus miraculis. Et huius unius gratia, cætera consequenter omnia proueniunt. Miracula hęc ad fidem incitant, illa erudiunt

OECO. Et sic fidem non ꝓmouent, sed infirmant, conscientias absq; fructu reddunt attonitas, ac torquent magis q̃ ullum aliud. Deniq; ꝙ mysticis uerbis pie doctum est, demoliuntur & à dominicæ mortis memoria in sui rapiunt admirationem. F

ROF. Hæc oia ueritatis expertia sunt. Nā supius ex Augustino dilucidū fuit uisibile miraculū nō illuminare, sed uocare ad illuminationē. Tū postea uocatos inuisibile miraculū illuminare. Illu Supra capite 8.K. & capit. 9.B.

Illuminamur miraculis inuisibilibus

minamur eñ in baptismate, & eucharistia miraculis in recessu factis, quæ nõ cernimus, hoc est, miraculis iuuisibilibus. Q̃uobrẽ & ꝓmouent ista miracula, nõ infirmãt, sed & illustrant conscias nr̃as ingenti splendore fidei. Propter q̃d, baptisma non semel Augustinus uocat sacr̃m illuminatõis. Et idem lib. 3. de consensu euangelistaꝝ, affirmat discipulos intra castelũ Emaus, pcepto eucharistiæ sacr̃o, ꝓtinus illuminatos fuisse. Nec demoliunt̃ hæc miracula q̃d mysticis uerbis pie doctũ est, imò sine his nec cõstare poterit quod asserit Chr̃us, quũ dixit: hoc est corpus meũ. Nam quo pacto fieri possit, ut ibi p̃sens sit Chr̃us, absq; multis eiusmodi miraculis inuisibilibus. Postremo quis nõ multo magis rapietur ad Chr̃i passi memoriam, si crediderit ueꝝ corpus Chr̃i sub specie panis, & ueꝝ eius sanguinem, sub specie uini præsenter adesse, quàm si nihil præter panem & uinum illic esse putaret

Baptismus sacramẽtum est illuminatiõis

Lucæ. 24

Mat. 26

Fides Christi præsentis incitat ad amplioꝛem deuotionem

G OECO. Non amant latibula, summæ charitatis indicia.

Christus non uidetur in eucharistia corporeis oculis

ROF. Ideo publicitus hoc sacr̃m cunctis exhibet̃, non ut corporeis oculis Christũ ip̃m uisibiliter cernant, sed ut fide credentes ip̃m uere p̃sentẽ, ad amorẽ eius, tanti muneris immẽsitate rapiant̃. Quis eñ ad amorẽ non accendat̃, qui certo, credit Chr̃m ineffabili sua charitate seip̃m nobis edendũ in sacr̃o præbuisse. Quod quo difficilius creditu fuerit, eo plus præmij, iuxta suæ fidei mensuram haud dubie referet unusquisq;. Vt eñ ab initio diximus, cuncta quæ nobis à deo credenda ꝓponunt̃, à sensibus remotissima sunt, & intellectui, non aliter, nisi p solam fidẽ comperta. Supergrediũtur enim intellectus nostri capacitatem, quæcunq; diuinus spiritus inuisibiliter in his sacramentis operatur.

Lib. I. ca. 3. E & alibi.

¶ Refellere quędam callide molitur, quę sibi obsistunt, sed incassum. Caput duodecimũ.

OECOL. A



PSaltes dicit: Memoriam mirabiliũ suoꝝ fecit, escam dedit timentibus se. Quod si & memoria mirabilis erit, memoriæ alia facienda memoria, quæ & ipsa miraculum fortassis, & sic nullus finis erit miraculorum.

Miraculum in eucharistia est cæterorum perniciosus

ROF. Demiror te, uiꝝ alioq grauẽ talibus ineptijs in re tam seria ludere uelle. Neq; eñ oportet ob ea miracula, quæ fiũt in hoc sacr̃o, ꝓgredi in infinitũ quũ in hoc sistendũ esse cõfiteant̃ oẽs, tanq̃ cæteroꝝ omniũ, quæ præcesserunt, miraculoꝝ memoriali.

Oecolã

OECO. Porrò haud scio, an ullus ex priscis doctoribus mira- B
culũ hoc ꝓ miraculo celebrarit, certe nullus ꝓ tanto, q̃ntũ facitis.

ROF. Ostendimus priscos om̃es, qui de hac re quicq̃ scripse- Lib.j.ca.2.A.
rint, in hoc pedib⁹ manibusq; cõuenire, ꝙ in hoc sacro uerꝫ sit cor Miracula fiũt
pus Christi, quod quum absq; tot miraculis, quæ schola cõmunis in sacramens
asserit, fieri neutiq̃ potest, consentaneum est ut si priscorꝫ consen- to altaris
sum admiserimus, miracula pariter ipsa, quæ comitantur omnino recipiamus. Nam qui recipit quod antecedit, respuere non potest quicquid necessario consequitur.

OECO. Quare Augustinus in cathalogo mirabilium sacræ C
scripturæ, manifestarium illud miraculum obticuit? Paris negligentiæ accusari posset etiam Nazianzenus Gregorius, qui miracula euangelistarum numeris complexus est.

ROF. Vtrũq; tutabimur, uel hoc uno uerbulo, ꝙ neuter eo Vide Mat.27
rum inuisibilia miracula recensenda, indicauit. Quãobrẽ & tacue- &.28.Mar.15
runt exitum Chr̃i è monumento, nondũ remoto lapide, quod ta- &.16.Lu.24.
men insigne miraculum erat. Sed quoniam inuisibile fuerat, omni & Iohan. 20.
no, prætererunt. Præterierũt etiã & introitum Chr̃i ad discipulos Iohan. 20
ianuis clausis, qd genus miraculi pariter inuisibile fuit, quũ nemo Chr̃m, aut in muro, aut in lapide monumenti cõspicari potuisset. Et tamen hæc ingentia miracula fuerunt, sed inuisibilia.

OEC. Fortassis Damascenus, & posteriores qdam tale quiddã D
magnificant. Sed non morabitur prudentem lectorem, qui multis argumentis parum solidum se declarat.

ROF. Leuem & inconstantem, Oecolampadi, teipsum indi- Illud detrahit
cas, qui carbone notas, quem ante, creta duxeras insigniendũ. Cæ quem panis
terũ, qualis fuerit Damascenus, ueritas à nemĩe sperni debet. Ne- commenda-
que posteriores huic soli subscribunt, imò priscos omnes, ut dixi- uit.
mus, huius negocij patronos habent. Supra eod. B

OECO. Hunc etiam post alias coniecturas librum de sacra- E
mentis non esse Ambrosii cui inscribitur, uerisimile, sed Scioli cuiusdã q in re ualde seria, ludicris argumẽtis agere ꝓ nihilo habuit.

ROF. Magnã uobis & plusquã par est licẽtiã arrogatis ut cuiuslibet authoris libros, quantumuis utiles, si quid hæresi uestræ contra dixerint, illico dãnetis: & Thita præfigatis. Cæterꝫ ego maiorẽ Augustino fidem habendã, in hac re censeo, q Mediolani diu cõ-

Ambrosi⁹ authore Augustino scripsit librū de sacramentis.

Ambrosi⁹ tenet in sacramento eucharistiæ miraculum fieri,

moratus, haud paruam cū Ambrosio familiaritatē contraxit, ut potuit eius opa ꝓbe dinoscere. Fatet̃ aūt ille, quū alijs locis, tum in procemio librorū de doctrina Chr̃iana librū quendā de sacramētis ab Ambrosio fuisse conscriptū. Quamobrē æquū est, ut uel aliū ꝓferatis, quē de sacramētis, Ambrosii titulo chr̃iani legāt, uel hūc ab eis nō ꝓhibeatis legi. Sed nihil agis Oecolampadi. Nam & si libris illis de sacramentis omnē sustuleris authoritatē, in alijs tamen suis libris, hoc negotium, idem Ambrosius copiose testatur.

F OECO. Arguit em̄ à possibili ad inesse, deus pōt talia miracula facere, igitur & maiora facit. Qua cōsequentia, & ego Pauli doctrinā. Moyse mansuetudinē, & Iohannis continentiā possidero. Futurus hodie & angelus. Necq; enim deo impossibile omne uerbum. Atqui probandum erat, num deus uelit, nū uoluntatem suā uerbo declaret, num uerbū uoluntatē euidenter notam faciat?

ROF. Vtrūq; certe facit. Nā ubi pluribus exēplis, ex ueteri instrumento petitis, docuisset deū istud potuisse, capite sequēti, subdit, hæc uerba. Deinde ipse dn̄s Iesus testificat̃ nobis, ꝙ corpus suum accipiamus, & sanguinē. Nunqd debemus de eius fide & testificatōe dubitare? Qua rōne te quæso, nobis de uolūtate Chr̃i constabit efficacius, q̃ per eius apertissimā assertionē. Ipse dixit: Accipite & manducate ex hoc oēs: Hoc est em̄ corpus meū. Quibus p̃cor uerbis hanc rē certius enunciare nobis potuisset. Q₂ si nullis uerbis ea res potuisset aptius explicari, qs de uolūtate ipsius citra grauissimā culpā uel tantillū hæsitabit? Certū est igit̃ Ambrosiū utrūq; docuisse, hoc est, Chr̃m nō minus uoluisse, q̃ potuisse corpus & sanguinē suū in eucharistia p̄bere, ut nō sit deinceps cuiq̃ relict⁹ dubitādi loc⁹. Perperā igit̃ incessis Ambrosiū, ꝙ is alterꝝ dūtaxat huius argumenti partē attulisset, & nō utranq;: Sed eiusmōi certe mēdacijs ubiq; scates, quoties instituto tuo seruire quicq̃ ualeāt.

Mat. 26. & Lucę. 22

Mat. 26.

¶ Coniecturas alias friuolas & inanes adducit adhuc aduersus miracula. Caput decimūquartū.

OECOL. A



Ertū est ecclesiā tpe Ap̃lorꝝ, quo spūalibus donis locupletior erat q̃ nunc est, miraculū hoc, si ꝓ miraculo habuit, nō admiratā fuisse. Ad miracula alia multo minora obstupescebant Apostoli. Supra hoc autē non plus admirationis tenuit Apostolos, quam supra agni paschalis esu

ROF. Quam precor affers huius dicti ꝓbationẽ, ꝓculdubio nullã habes, nisi negatiuã, quæ prorsus inualida est. Certũ est aplos nullã circa eucharistiã imutationẽ, aut exterius aliq̃d miraculũ fu isse cõspicatos, magis q̃ nos hodie fieri cõspicimus. Veruntñ hoc sacrm indies manducabãt, & summa colebãt reuerentia. Neq; eñ solũ frangebãt alijs, sed & ipsi pariter cõicabãt, atq; ideo scriptũ est Actoꝝ secũdo, ꝙ postq̃ datus fuisset spũs sanctus, erãt oẽs pseuerãtes in doctrina aploꝝ, & cõicatõe fractõis panis, & in orõnibus. Erat utiq; sacratissimus iste panis, uelut antidotũ præsentaneum, aduersus omnia uitia. Nunquam ita legis de agno paschali, quòd eum tanta reuerentia Iudæi frequentabant. Apostoli non uiderunt externa in sacramento miracula Apostoli quotidie communicabant.

OECO. Proinde & ne uerbũ quidẽ interrogabãt, alioq ad fastidiũ & importunitatẽ usq;, etiã pleraq; intẽpestiue sciscitãtes, nũc de prẽ, nũc de ꝓditore, nũc de uia & pusillo tpis, quo non uidendus, de primatu, deq; eo quod non eẽt mundo se manifestaturus. B

ROF. Nihil opus fuit, ut de hoc sacro qcq̃ sciscitarent: nimiꝝ quũ bis antea uiderint Chrm, sua benedictõe pauculos panes ꝓdigiose multiplicasse, simul & eũ audierint tã aperte, sup hac re disseruisse, ut & ipsi multis p incredulitatẽ retrocedẽtibus, pstiterũt in fide, palã cõfidẽtes æternæ uitæ, uerba tũc à Chro fuisse ꝓlata. Accessit ad maiorem suæ fidei cõfirmationẽ, ꝙ quñ accepissent illic à Chro, patrẽ dedisse Iudæis panẽ ueꝝ, Chrm q; pollicitũ se daturũ panẽ carnis suæ, carnẽq; suã daturꝝ itidẽ ꝓ mũdi uita. Quũq; tã dẽ & ꝓxime qdẽ añ passionẽ suã: hũc panẽ exhibitũ à Chro cõspexissent, dicente: Accipite & mãducate ex hoc oẽs: Hoc est eñ corpus meũ. Quis iam scrupus in eoꝝ cordibus relinqui potuit, ut uelut ancipites hac de re quicq̃ ultra percontarentur. Mat. 14 Mar. 6. Lucæ. 9. & Iohan. 6. item Mat. 15. & Mar. 8 Iohan. 6. Matth. 26

OECO. Qui fit aũt quod resurrectio tot signis euidẽtibus, per dies quadraginta innotuit, hoc ne uno quidẽ per omnẽ scripturã, quũ sanè ad ipsum statuendũ multis erat opus signis & prodigijs. C

ROF. Oportuit oĩno Chri resurrectionẽ solidis argumẽtis cõprobari, quũ ea sit credendoꝝ oĩm basis, & ex eo cætera pendeant, quæcũq; credimus. Nã si Chrus nõ resurrexit, ut Paulus ṙocinat, inanis est fides nra. Prædixit eñ se resurrectũꝝ. Quare si non apte pstitisset, qd tantope pollicitus fuerat, nemo nõ uacillasset in eius fide. Sed & corroboratio ueritatis huius, solidũ est fulcimentũ Resurrectõez Christi oportuit multis ꝓbari. 1. Coꝝ. 15.

 cæteris

cæteris omĩbus, quæ Chr̃us ipſe prius aſſeruit. Nam ſi reſuſcitare ſeipm̃ potuit à morte, uere deus fuit. Et ſi cõſtiterit eũ uere deũ eẽ, iam & uera ſint oportet cuncta quæ prius docuerat. Docuit aũt in ſacr̃o, uere corpus ſuũ fuiſſe. Quobrẽ & ita firmiter à nobis cõſtanterq; tenendũ eſt. Cæte℞, & p̃ter illã ꝓbationẽ quã proxime ſuperius attulimus: nõ mediocriter hoc ipm̃ corroborat Pauli teſtimoniũ, quo ſe dicit edoctum à Chr̃o fuiſſe ſup hac re: nimi℞ ꝙ iſtud ſacr̃m eſſet corpus Chr̃i. Si qd aliud ſuis uerbis intellexiſſet Chr̃us q̃ qd in eucharistia corpus eius uere contineret, quũ hoc iam pridẽ adeo du℞ uiſum fuiſſet pluribus, qui & eius rei gr̃a retroceſſerãt, ꝑfecto iam ipſi paulo rem dilucidius expoſuiſſet, & qd ſibi uerbis ipſis uoluiſſet, clarius apparuiſſet, atq; manifeſtius. Sed non aliter ipſi Paulo, q̃ cæteris olim Apoſtolis affirmauit: nimi℞, quod hoc eſſet ſuum ipſius corpus. Hoc eſt (inquit) corpus meum. Quare cõſtanter credendum eſt, ibi corpus eius eſſe.

Matth. 26 — In euchariſtia eſt corp⁹ Chriſti — Supra eod. B — I. Co℞. 11 — Iohã. 6. — Matth. 26

D OECOL. Neq; nobis aſſerere tutum eſt, quod illa tradita ſint, etiam ſi facta eſſent, quæ ſcripta non ſunt.

ROF. Vobis qdem hæreticis haudquaq̃ tutũ eſt aſſerere, qui nec oĩa, quæ ĩ ſcripturis tradita ſunt, admittitis. Ve℞ aliter cõuenit orthodoxis, quo℞ aſſertõibus nihil qd̃ ue℞ eſt repugnat. Atq; utinam ad hũc diẽ extaret liber traditionũ quẽ Euſebius cæſarienſis, ab Ignatio martyre fuiſſe ſcriptũ prodidit. Collegit eĩ in eo libro quæ nuſquam in ſcripturis habenť, ſed p Apl̃os uiua uoce tradita fuerãt, de qbus & Paulus Theſſalonicenſes adhortať. State (inqt) & tenete inſtitutiones quas didiciſtis, ſiue p ſermonẽ, ſiue p ep̃lam nr̃am. Certe p̃ter ep̃las, apl̃i uiuo ſermone multa docuerũt, quę nõ minus uera fuerãt, neq; minoris authoritatis, q̃ quæ ſcripturis com mendabanť.

Liber traditionum Ignatij deſyderatur. — 2. Theſſa. 2

E OECO. Quem canonẽ licet qdã contẽnant: certũ tñ, ex ep̃la ad Hebræos patet, in qua legiť: Melchiſedech ſine p̃re & m̃re, eo qd̃ illo℞ mentionẽ nullã faciãt lr̃æ ſacræ: quũ tñ palam ſit, neminẽ ex filijs Adam abſq; patre & matre eſſe.

ROF. Quum hæc dicas, pa℞ attendis quibus teipm̃ pedicis inuoluas. Nã ſi palã eſt, ut & tu aſſeris, ꝙ patrẽ & matrẽ habuiſſet Melchiſedech, nemo negabit iſtud ue℞ eſſe, ac proinde, ceu uerũ à ueritatis cultoribus, eſſe recipiendũ. Quare quum nec iſtud habeat in ſcripturis, aliud qddam, q̃ quod in ſcripturis contineť, à nobis con

Semetipſum inuoluit Oecolampadius

bis comprobandū est. Deinde, si uerū sit qđ Melchisedech patrē & matrē habuisset, & hoc scriptura, quemadmodū tu citas apte negat. An non ꝓtinus cōsequit̃ scripturā ipsam carere ueritate? Denicꝫ si canon tuus uerus sit, ueritatis regulā sit oportet. Quare, sicut & amussi, nihil qđ rectū est non quadrat, ita nec huic canoni discrepat quicquid est uerꝝ. Cæterꝝ, multo rectius, & citra nodū aliquē hunc locum, unde tu nobis nouū hunc canonem fingis, Erasmus traduxit, ut ibi legere quiuis poterit. Heb.7.

¶ Miracula que propter eucharistie veritatem, a deo facta sunt, satane tribuit. Ca.XV.



OECO. A

At qui satan ut occultum, ubi nullum erat, miraculū fingeret, quot interim ludibria molitus est.

ROFFEN.

Mirum est unde cū satana tantam inijstis necessitudinem, ut nihil arcanorū eius, uos lateat, nisi ꝙ libenter in sodalitiū suū eos admittat, quos uiderit ꝓbos mendaciorꝫ artifices esse, hoc est, sui siles. Cæterū quū ipse mentiat̃, attendite, ne uos & in hac re circūuenerit, q̄ psuadens hic nullū miraculū eē, ubi plurima sunt & ingentia. Nos em̄ falli nequaq̄ possumus, tam solidis innixi testimonijs. Chr̄us ipse pro nobis stat, & eius itē apl̄i, tot insuper apl̄ici uiri, tot eruditōe p̄diti, tot orthodoxæ ueritatis professores, tot sanctimonia spectatissimi, & ut uno uerbo dicā, eccl̄ia tota catholica. Vos cōtra nihil ꝓ uestra pte, p̄ter meras nugas assertis, & mera mendacia, q̄bus nemo tam insanus est, ut credat, nisi q̄ salutem animæ suæ nullam omnino quærat aut curam habeat. Iohan.8. Mat.26 Luce.22 Iohan.6

OECO. Ea em̄ quæ falsa ac supstitioni p̄cipue seruiūt, cui tribueremus rectius q̄ mēdaciorꝫ patri, cui studiū ē uarijs ludificationibus generi hoīm imponēdo, ab adoratione patris auellere. B

ROF. Non auellit ab adoratōe patris, qui filiū eius adorat, nec à filij adoratōe subducit̃, q̄ chr̄m dei filiū in eucharistia sub specie panis adorat. Sed nec ueneratio genitricis eius, quā uos miseri blasphematis, ab adoratōe filij seu p̄ris, nos auocat. Diuorꝫ itidem honoratione͂, ad dei patris & filij gloriā, referimus. Et qđ uetat, q̄ minus in diuis eius, patris quæramus honorē? An qui iussit ut parentes n̄ros honoraremus, ueritus ē, ne propterea nos auelleremur ab adoratōe sui? Sed mendaciorum omniū pater, hęc & alia silia mendacia fabrefecit in cordibus uestris absq̄ numero. De⁹ in eucharistia atq̄ sanctis adorandus est. Exo.20.

C OECO. Nam ut concedamus interim, multa mirabiliter circa sacramentum hoc fieri, etiam per bonos angelos, illa tamen eo tendunt, ut probent corpus Christi in ipso pane, sed ut nostrum erga res sacras affectum parum pium adiuuent.

tars non.

ROF. Si mirabilia, quæ p bonos angelos fiũt, eo tendũt, ut pbẽt Chri corpus in pane eẽ. Satis hoc ipm est, ad tuã hæresim euertendã. Quis eñ tibi falsa docẽti fidẽ habebit, potius q̃ bonis angelis. Cæterũ opinor nõ ita sentis, sed hic calcographi magis error ẽ. Tu, scio, negabis huc illa mirabilia tẽdere ut pbent Chri corpus eẽ sub pane. Sed esto mirabilia ipsa per angelos facta sint, ut nrm erga res sacras affectũ paꝶ piũ adiuuẽt. Vt igitur erga sacrm istud, affectus qspiã ardẽtior in pectoribus nris accẽderet, angeli tua cõcessione, patrarũt hęc miracula. At palã est Chrianos eo tpe credidisse Chrm in sacro. Quare necesse est, alteꝶ istoꝶ sequat, aut q angeli moliti sint augere fidẽ, quantũ habuit ppls de ueritate carnis in sacramento, aut nimisquã stupidi fuissent, si quũ hæc miracula fecerint, non aduertissent periculũ, ne populus ueræ carnis speciẽ cernens, in eũ (ut tibi uisus est) errorẽ laberet, ut crederet ibi uerã Chri carnem esse, atq; ita, pro creatore, creaturam adoraret.

Textus Oecolampadij uidet calcogrra phis incuria corruptus

Mirabilia per angelos ut qd fiant circa sacramenta.

D OECOL. Obscurare autem solet cacadæmon, simplicium mentes, ut ob aliud quam facta sint, facta interpretentur.

ROF. Quasi lateret bonos angelos, quid cacadæmones molirent. An non satius omnino fuisset à miraculis ipsis patrandis abstinuisse, ne uidelicet ex eis, aut dæmones ansam euertendi pios acciperent, aut pij nimium facili credulitate deciderent in idololatriã.

E OECO. Alibi uisus dr panis uersus in carne, alibi digiti formã induit, alio loco uisa in eo est puelli figura. Est ubi cruentarit, asseruaturq; in nõnullis locis cruor ille, & festos dies meruit nouæ serui

ROF. Nunq̃ adduci possum ut credã hęc à (ens idololatriæ, dæmonibus miracula facta fuisse, quũ nõ sit credibile Chrm, dæmones fuisse passum, ut sacramẽtis suis adeo nephariã abuterent: pſertim, quũ ppli salutẽ uoluit in eis cõsistere. Q; si p angelos bonos illa fuissent facta, ut & p eos haud dubie facta fuere, iam tecũ expẽde, nũ angelos q pijs, ut Paulus testat, in ministeriũ deputati sunt, hoc deceat, ut tñ errorẽ tot pijs augeãt: si tñ error ẽ, ut tibi uideret ipsa credulitas pſentię Chri in sacro, Quũ eñ angeli ipsi probe scissent,

Deus per angelos bonos fecit sæpe miracula circa sacramenta.

Hebræo. j

be sciſſent, qd tot annos eccleſia credidiſſet, & q̃ euidentibus Chři uerbis ad ita credẽdũ adducta fuiſſet, qs nõ erroris culpã in eos me rito trãſtulerit, q nouis miraculis hãc erroneã fidẽ toties cõfirmaſ?

OECO. Quæ quantũ moueãt alios, facile ex cultu pa (ſent. tet, me uero ne tãtillũ qdẽ, q nõ ignorẽ qd pmittat deus, ppter pctã nřa, & didici à dño regnaturũ antichriſtũ in ſignis & prodigijs men dacibus, angelumq́ ſatanæ in angelũ lucis ſe transfigurare. F

ROF. Facile mihi pſuadeo, nunq̃ niſi p angelũ ſatanæ, q ſe in angelũ lucis trãsfiguraſſet, id tibi cõtigiſſe, ut tu, q dudũ uir integer rimus cũctis uidebare, magna quoq; eruditõe, & uitæ grauitate p̃ dit⁹, atq; adeo ad abſolutã euectus, pbitatẽ, ut relictis oĩbus Chřm ſequi decreueris, iam ita, cũ uxore Loth retroſpiceres, & temetipm tam ignauiter abijceres, in tm̃ hæreſum olim damnatarũ barathrũ cõtra tam apta Chři uerba, cõtraq́; tot cõcilia patrũ: deniq;, contra publicã totius eccleſiæ fidẽ, tot ſeculis cõprobatã. Profecto nunq̃ ita faſcinari potuiſſes, & à tã clariſſima ỹitatis luce p̃cipitari, niſi p ſatanę pdigioſa mẽdacia, q̃ nihilomin⁹ adeo craſſa ſunt, ut nihil, qḋ ſolide cuiuſdã pbatõis ſpẽm habeat, attuleris in hoc toto libello: 2. Cor. 11 Matth. 19. Gene. 19. Satanæ illuſione Oecolã padius in hæreſes prolapſus eſt.

OECO. Apud eos, q gentiliũ hiſtorias euoluerũt, nõ eſt rarũ, ſanguine pluiſſe. Narrat Iulius obſequẽs Cauræ & Ceræ terrã riuis ſanguinis fluxiſſe, qđ & p Moyſen dñs in Aegypto eſt opatus imitãtibus in hoc & magis. Idẽ Iulius author eſt, in Albano mõte, è pollice Iouis ſanguinẽ manaſſe. Liuius teſtis Romæ pluiſſe carne. Q. uero Curtius author eſt, Tyro ab Alexandro obſeſſa, panẽ cruorẽ in menſa ſudaſſe. Cruentaſſe in Germania, & imagines cõfoſſæ ferunt, quæ oĩa dæmonũ ludificatiõibus accidũt. Et quis tam uecors qui ineſſe illis humana corpora dicat. G

ROF. Quid hæc ad nos, etiã ſi ſexcẽta id genus prodigia citaueris? Quis q̃ſo negat dæmones eiuſmodi mirabilia deo pmittẽte poſſe facere? Nec fuit opus huius rei gřa ex gẽtiliũ hiſtorijs hęc p duxiſſe. Nã abũde ſatis ex lřis ſacris iſtud doceri potuit. Miror te hoĩeꝫ alioq doctũ, tot diuerticl'a friuola q̃ſiſſe, niſi uel', tot cõgeſtis exẽpl', q̃ nihil ad rẽ faciũt, uideri copioſus, ut nos q̃ſi m'ltitudie rerũ p̃ſſi ſuccũbere uideamur. Sed cur nõ etiã ea miracula q̃ p Pythagorã Samiũ, quæq; p Appolloniũ Tyanæũ geſta ſunt recenſeas? ut ita nec miraculis quæ Chřus opabať fidem habeamus. Sic eñ inte Dęmones mira efficiunt, pdigia

Hierocles æq̃uit Appollonium Christo.

gram impietatis tuæ faciem, nobis reuelabis. Nã & Hierocles, ad hunc modũ p̃ductis illis portentosis opibus, q̃ p Apolloniũ patrata sunt, conatus est, eũ adæquare Chr̃o, sicut Eusebius cæsariensis refert in ĳs libris, q̃s aduersus ip̃m Hieroclẽ cõscripsit. Ceterꝶ nihil illorꝶ mirabiliũ, ad hoc sacr̃m spectare cũctis manifestũ est.

H OECO. Roma quid hodie fere in singulis templis admirandũ obtrudat uiatoribus religiosis, ne quod uerum est, dicam superstitiosis oĩbꝰ innotescit. Et quod datum est, satanæ imponere, his qui ueritatem in iniustitia detinet.

ROF. Et q̃d hoc ad causam nr̃am? Quis nõ hic p̃spicit ingenĳ tui malignitatẽ, q si q̃d Romani deliquerint, ex hoc ip̃o moliris ecclesiæ sacr̃a in suspitionẽ adducere, ne uera sint. An nõ planè ministrũ, imò mancipiũ diaboli teip̃m oñdis, qui p hunc modũ Chr̃i sacramentis calumniaris, talesq́ꝫ nugas in mediũ adducis, quæ nihil ad tuæ causæ p̃bationẽ conferũt? Quid si Romani uiatoribus imponant? Num propterea Christus per sua sacramenta nobis imposuisse credendus est? O nequissimum caput.

Ex Ireneo citat magi prestigium in sugillationem miraculorum. Cap. XVI.

OECOL. A



Xemplũ aũt & ex primo Irenei contra hæreses p̃feram de Marco Mago Valẽtini hæretici discipulo. Hic calice uino mixto fingebat se gr̃as agere, & p̃lixa inuocatõe, rubicũdũ & purpureũ apparere faciebat, ut putaret̃ ea gr̃a ab his, quę sunt sup oĩa suũ sanguinẽ stillare, in illius calice p inuocationẽ eius, & ualde cõcupiscere p̃sentes ex illo gustare poculo, ut & in eos stillet, quæ p Magũ hũc uocat̃ gr̃a. Rursus mulieribus dãs calices mixtos, ip̃as gr̃as agere iubet p̃sente se, & ubi hoc factũ est, ipse aliũ calicẽ multo maiorẽ, quã est ille in q̃ illa seducta eucharistia facit, p̃ferẽs & transfundẽs a minori, q est à mulieris eucharistia factus, in eũ qui ẽ ab alio allatus multo maiorẽ, statim dicẽs: Ita illa, quæ est añ oĩa inexcogitabilis & inenarrabilis gr̃a adimplear tuũ intus hoĩem, multiplicet in te agnitionẽ suã, inseminans granũ synapis in bonã terrã. Et alia quædã dicẽs, in insaniã mittẽs illã infœlicẽ, admirabilia faciendo. Apparuit, qñ maior calix adimpletus est de minori calice, ut & superfunderet ex eo. Et alia quædã dissimilia faciens exterminauit, & abstra

& abstraxit post se multas. Datur aũt intelligi eũ & dæmonẽ quẽdam habere, p quẽ ipse quoq; pphetare uidet, & quotquot dignos putat fieri participes suæ grãæ, prophetare facit. Maxime eñ circa mulieres uacat, easq; honestas & ditissimas. Hæc Ireneus.

ROF. Et qd aliud huius exempli cõmemoratiõe moliris, q̃ ut nõ credamus miraculis, quæ crebrius ad huius sacramẽti fidẽ corroborandã, ostensa fuerãt? An istud ex tua dialectica uidet consectaneũ? Marcus magus Valentini hæretici discipulus, dæmoniaco spũ afflatus, cõplures fœminas ab usu sacramẽti huius ludificauit, igit nullis miraculis, quæ circa hoc sacrũ fiũt adhibẽda fides ẽ. Sic eñ & ego facillime pbabo, neq; miraculis quæ Chrũs opabat hic in terris fidẽ adhibẽdã eẽ, quũ silia quædã & ab Ethnicis patrata sint, ut mox oñsuri sumus. Cæterũ, qd à mago, & ab hæresiarchę discipulo, & demũ ab eo q dæmone fuerat inspiratus, aliud expectari potuisset? Nã ad hæc tã enormia scelera decidũt, q nõ rectã huius sacramẽti fidẽ hñt, sicut de Manicheis & Albianẽsibus inferius oñdimus. Scelerate qdẽ ille fecit, nemo negauerit. Sed tu longe sceleratius, q scelere eius abuteris ad fidẽ, quæ tot & tã clarissimis fulcita est miraculis abrogandã. Ille paucis imposuit mulierculis, tu uiris iuxta ac fœminis imponere studes, imò uniuersæ orbi. Ille sacramentis fidẽ auferre neutiq̃ conabat. Tu penitus adimere studes. Ille demũ uno quodã inferioris sortis dæmone pcitus, hoc tm̃ facinus admisit, tu nisi principe dęmoniorũ fuisses afflatus, nũq̃ æditis libris, totũ Chri gregẽ ad hanc tã pestilentẽ hæresim, cõtra tam dilucida Chrĩ uerba, cõtraq; sanctissimorũ pariter & eruditissimorũ patrũ oĩm interpretationẽ, trahere conareris.

Propter falsa miracula non est ueris detrahendum.

Infra libro primo, cap. 18. D

Oecolampadius sceleratior Marco mago.

B OECOL. Non dicam tamen honestatis gratia, quæ impurissimus hæreticus facere non omittebat.

ROFF. Iam quũ uenenũ totũ euomueris, uideri uis religionis grã nõnihil subticuisse, At qs credit eũ, q nihil est ueritus, exẽpla tã pestifera colligere, qbus tantã diuinis sacramẽtis iniuriã irrogaret, aliquid omisisse, quod instituto suo, quouis inseruiret modo.

C OECO. Quis non abhorret ab hisce diabolicis pstigijs? Iam non est nouum, serpenti antiquo, sanctissimis quibusq; abuti. Et adhuc suspecta minus sunt signa quàm simplex ueritas.

ROF. Nemo inficiat diabolica præstigia cunctis forè Chria-

Veritas miraculorum cognoscitur ex circumstātijs.

nis abhorrēda. Sed quis æquū censebit, ut propter unius magi maleficiū, oīa miracula, quæ ꝑ bonos angelos haud dubie facta fuerant, ceu diabolica ꝑstigia reijciamus? Absit istud à pioꝝ mētibus. Nam ex factoꝝ circūstantijs, facile docebimur, quæ sint præstigia dæmonū, & quę bonoꝝ angelorū opa. Cæterū pro illo unico ꝑstigio, quod tu ꝑ illius magi fictam inuocationē, factum memoras, nos innumera citare miracula possumus, quorum aliquot inferius in præfatione secundi libri memorabimus.

¶ Quędam ex Paulo & Cypriano fucare conat, quę miracula confirmant Ca. XVII.

OECOL. A



Vod si qs cōtendat, diuinitus quędā fieri, ut qđ propter indignā mensæ illius participationē, Corinthiorum alij obdormierūt, alij infirmati sunt, & hodie plerīq; uindictam dñi nō euadāt. Et cōmemorat Cyprianus martyr quandā igne deterritā, quū aperire uellet arcam in qua sanctū dñi. Aliā à dæmonibus possessam: & iterū aliā mortē sibi consciuisse indigne communicantem, cuidam etiam contrectatum sanctū in cinerem mutatum. Non contradico, manum esse domini.

Deus puniuit incredulos ꝑpter fidei confirmationem.

ROF. Si uelis his & cæteris, quæ siūmō per Augustinū & alios recensent, pariter & illud insigne miraculū, qđ ad diui Gregorij ꝑces ob instruendā fœminæ cuiusdā Romanæ fidē factū legimus annectere, diligēterq; tecū expēdere: nimirū obdurato corde fueris, si diu prexerit in hac ꝑtinacia tua. Cæterū, ꝙ nō cōtradicis i his dei manū fuisse, nostræ parti plurimū opitularis. Nā si deū, istorū incredulitatē ultū fuisse nō abnuas, ꝓpter fideles id factū fuisse qs dubitabit? Nimirū ut eorū fides cōfirmatior inde redderet. Porrò qd fideles hactenus de sacro isto crediderint, nemo orthodoxus ē, q ambigit? nēpe, qđ in eo uerū Chrī corpus cōtineat. Quāobrē & hoc ipm deus ultiōe de incredulis sumpta ꝓrsus cōfirmauit. Nā si fuisset error, id qđ ipsi credidissent, in istos magis aīaduertisset de', ꝓpter idololatriæ crimē (qđ sanè grauissimū est) q̄ in alios, ob leue mysteriorū cōtēptū. Adde, ꝙ dū fideles aliorū cōtemptus adeo seueriter puniri cernerēt, illi magis in errore solidarent. Qđ q̄ alienū fuerit à benignissima dei circūspectione, quis non intelligit?

Non credentes uerꝫ corpus Christi, in eucharistia puniuntur

B OECO. Sed hac ratione non euincitur, unitum pani corpus, uel corpus in pane, alioqui & cinerem probabis.

Roffen

ROF. Ita semp in nos, onus pbandi callide reijcitis, quã m ad uos attineat, uꝛa statuere poti⁹. Nr̃a eñ p scripturas abũde fidelib⁹ dilucida facta sunt. Nam scripturæ ipsæ nr̃m institutũ aptissime testant, qbus & maioꝝ nostroꝝ cõsensus unanimis accedit, cui demũ authoritas ecclesiæ simul & receptissima cõsuetudo cõstantissime subscribit. Miracula, si qs pduxerit, aut reuelatões, quę nõ paucæ sunt, nõ his tanq̃ solis & solidis pbatõibus innitimur, sed uelu ti subsidiarijs dũtaxat. Porrò mox in p̃fatiõe tertij libri tot & tales corroboratões adducemus, quas uti certo cõfidimus, nemo quantũuis calumniator ipse fuerit, subruet unq̃. Cæteꝝ ubi tua sunt, libenter uidere cupimus. Multa quidẽ ab initio pollicitus es te pductuꝝ, qbus copiose tuã sñiam cõprobares. Sed erat hæc tua pollicitatio, quẽadmodũ in Prouerbijs, Salomon ait: Ventus & nubes sine pluuia. Tu p unius magi præstigias, te putas elusisse totius ecclesię fidẽ, tot modis tantaq; diuturnitate stabilitã. Qđ si putaueris, haud facile cõperiet, quo te stupidiorẽ existimabimus. Q̃ aũt obijcis colligi posse cinerẽ in eucharistia esse, æque atq; carnẽ Chr̃i, nimiꝝ q indigno cuipiã sumenti, uersa sit in cinerẽ, nisi puersissimus eẽs nunq̃ istud dixisses. Nam in quẽ finẽ miraculũ aliq̃d fiat, attente cõsyderandũ est, & ex ip̃o fine iudiciũ ferre. Quum eñ ad Gregorij p̃catiõnẽ spẽs panis i carnẽ uersa fuisset, manifestũ est, id ideo factũ eẽ, ut mulier ipsa crederet uere fuisse carnẽ specie panis obtectã. Nam & hoc uir sanctissimus, à deo p̃cabat. In illũ uero, cui fuerat in cinerẽ eucharistia cõuersa, Cyprianus narrat, iure ita fuisse aĩaduersum, nimiꝝ ut alij sibi cauerẽt sil̃e quidpiã cõmittere. Quãobrẽ, & p̃misso miraculo, subdit idẽ Cyprianus, documento unius oñsum est dñm recedere quũ negat, nec immerẽtibus ad sa- salutẽ pdesse qđ sumit, quũ gr̃a salutaris in cinerẽ sanctitate fugien te mutet. Hęc Cyprianus sermone qnto de lapsis, ubi lector & alia reperies miracula. Sed hic nunqđ nõ audis dñm, q in sacr̃o fuit, ab eo q negauit recessisse, neq; portiunculã aliquã panis fuisse relictã, sed cinerẽ dũtaxat, ut nõ solũ intelligas desiisse substãtiã panis, uerũetiã, ut is q indignus accesserit q̃nti criminis re⁹ fuisset, palã agnoscere.

Mach. 29.
Lucæ. 22. & alibi
Miraculis solis non nititur ecclesia.
Prouerbi. 25.
Finis miraculi semper spectandus est
Supra eod. A
Eucharistia fuit in cinerem uersa propter indignitatem sumere uolentis.

OECO. Etiam symbola sanctaꝝ reꝝ polluisse, ultionem à iusto deo exigit, ut in Nadab & Abyhu. C

ROF. Ingenti laboras exẽploꝝ penuria, si nihil aliud p uiola-

Nadab & Abyhu puniti sunt.

tis sanctarum rerum symbolis, q̃ de Nadab & Abihu queas afferre. Nā hos manifestū est, ꝓ diuini p̄cepti transgressiōe fuisse correptos, quū & Leui.10. sic de eis traditū sit, ꝙ offerebāt corā dn̄o ignē alienū, contra q̃ eis p̄ceptū fuerat Eiusmodi sanè cōplures ultiones, ob p̄ceptorum uidelicet p̄uaricationem, ex ipsis Moysi libris memorare potes. Sed ut donemus istud tibi, nimirum ob id in eos fuisse uindicatū, ꝙ symbolū rei sanctæ polluissent. Quid tū postea? Dices & ita fieri potuisse in indigne sumētibus eucharistiā, si nihil aliud eā quā figurā & signū existimassent. At p̄ter hoc, ꝙ argumētatio tua nullius momēti sit nō satis aduertis, qd pp̄lus ante cuius cōspectū

Capit. 2. A

hæc miracula gerebant, de eucharistia sensisset. Credidit utiq; pp̄ls ut supra docuim⁹, uerum chr̄i corp⁹, & sanguinē obtegi sub euchari. Nec ē ābiguū, qn benigniss͞im⁹ de⁹ tātę m̄ltitudinis ne uidelȝ in fide periclitaret, maiorē habuisset rōnē, q̃ unius aut alterius adeo seueriter interimēdi, ꝓpter symbolorum irreuerētiā. Ad qd ēm ꝓfuisset unius peccatoris interitus, nisi ad corroborandos alios in fide, & in ea ꝓcul dubio fidequa tuncimbuti fuerāt, si nullus affuisset, q contrariā doceret. Qm̄ igit̄ deus nullo nuncio pp̄lm de errore suo commonuit, & in eorum cōspectu, tales, de indigne tractātibus eucharistiam, ultiones suscepit, qs ambigere possit, an ob aliud hoc ipsum fecisset q̃ ad superstites in eadem, qua fuerant fide confirmandos.

Indigne eucharistiam tractantes punit de⁹ pro fidei aliorum confirmatione

D

OECO. Nōne & q baptisma irridēt, flagellari à deo merent? & nō ambigo, qa m̄lti male p̄diti sunt, q mala cōscia tingi se fecerēt.

ROF. Tu multos fuisse nō dubitas, quos deus ideo p̄didit, ꝙ se fecerint mala conscia tingi, nec tñ unius producis exēplū. Hoc igit̄ tecū expende cur tot miracula quæ à pluribus, & à fide dignis authoribus constantissime referunt, deus pro eucharistia magis, q̃ pro cæteris omnibus sacramentis ostendi uoluit, nisi ꝙ ut hoc sacramentum ad credendum difficilius est, ita fidem eius fulciri studuerit pluribus & euidentioribus miraculis.

Miracula circa eucharistiam ꝓpter difficultatem fidei

E

ROF. Ad hūc modum, nihil est tā hæreticū, cui nō patrocinari facile quiuis pōterit. Sic Nouat⁹ suā hęresim tutabit̄. Sic Arius: Sic Sabellius: Sic Pelagius, & qs nō? Existimat em̄ hæreticus quisq; se germanū sensum habere scripturaꝝ. Nullus eoꝝ est q nō facile dixerit. Non in oīm cordibus lucere lucernā uerbi dei, nec oēs introspicere, quis fuerit ipsissim⁹ uerboꝝ sensus. Cæteꝝ q̄d ante p̄ceptori tuo Luthero rn̄dimus, si speres te posse nobis ꝑsuadere, dei spm̄, qui ꝑpetuo præsidet ecclesiæ, cuius & moderator est, fuisse passum eā in tam crassis tenebris, tot annoꝝ centenarios iacuisse, & nunc tandem illustrasse cor tuum, ut tu solus hoꝝ uerboꝝ ipsissimū sensum perspicue cernas, nūquid merito nos asinos, imò stipites & truncos uocitares? Et ꝓfecto si putes hoc te facere posse quouis eloquentiæ pro fluuio, uel Oreste ipso insanior es.

Vide libro assertionum Item defensionem Regię assertio. & sacri sacerdotij defensionem & plura similia comperies

¶ Uerba Chrysostomi, quanq̄ā illius hęresim aperte iugulent, impudenter affert pro sua parte. Ca. XXV.

OECOL. A



Oc nimiꝝ uult, q̊d indigni quidā Chrysostomi lectores, aduersus nos, tanq̄ certi uictoria, ex omili. 60. promunt, quē scio nō loqui cōtra nos, ut uerba sonāt. Sūt aūt hæc eius uerba. Credamus itaq; ubiq; deo, neq; repugnem⁹ ei, etiā si sensui & cogitatōi nr̄ę absurdū esse uideat̄, quod dicit: Superetq; & sensum & rōnē nr̄am. Quod in oibus, & p̄cipue in mysterijs faciam⁹, nō illa quæ an̄ nos iacēt solūmodo aspiciētes, sed uerba quoq; ei⁹ tenētes. Nā uerbis ei⁹ defraudari nō possumus.

Sensus

Sensus uero noster deceptu facillim⁹ est. Illa falsa esse nõ possunt, his sæpius aut sepius decipit. Qm̃ ergo ille dixit: Hoc est corp⁹me um, nulla teneamur ambiguitate, sed credam⁹, & oculis intellect⁹ id pspiciamus. Nihil em̃ sensibile traditũ nobis à Chr̃o, sub rebus sensibilibus. Om̃ia uero quæ tradidit, insensibilia sunt, sic & in baptismo p aquã, quæ res sensibilis est donũ illud concedit: quod aũt in ea conficit, intelligibile qdem est. Nam si tu incorpore⁹ esses, un de ipsa dona incorporea tradidisset tibi, qm̃ uero corpori coniuncta est anima tua, insensibilibus intelligenda tibi traduntur.

ROF. Iam planè uideo te mente captũ esse. Et qs nõ hoc ip̃m p oĩa sacra iurabit, q uel semel omiliã abs te citatam ex Chrysosto mo plegerit. Nã & quæ p̃cedũt ea uerba iã p te citata, & quæ subse quũt, diuersa sensisse Chrysostomũ indicãt aptissime Audi lector qd mox post initiũ illius omiliæ dixerit. Quãobrẽ (inqt) passiõis tẽ pore hoc mysteriũ tradidit? ut undiq; discam⁹ ip̃m, ueterẽ etiã legẽ sanxisse: & oia quæ in illa sunt, ppter nouã hãc adumbrata fuisse. hac igit de causa ueritatẽ figuræ adiũxit. Hic audis lector Chryso stomũ affirmare cũcta quæ sub ueteri lege fiebãt umbras esse: my steriũ aũt istud, esse ueritatẽ. Mox adiũgit Chrysostomus. Præci puã aũt solennitatẽ eorum dissoluit, & ad aliam mensam: horro ris plenam eos conuocans dicit: hoc est corpus meũ. Et hic habes lector, q agni paschalis mensa dissoluta, quę Iudæis fuit magna so lennitas, ad alteram eos mensam conuocat horroris plenã. Et qua re precor dixerat, horroris plenam: nisi q in ea uer⁹ agnus edendus proponebat, propter quod subiunxit, dixisse Chr̃m: hoc est cor pus meum. Ad hæc paulo post, causam reddit, cur nõ ob eã escam Apl̃i fuissent turbati. Qũo (inqt) turbati nõ fuerũt, quũ hoc audis sent? Causam cõtinenter subdit: Qũo (inqt) multa iam & magna de hoc antea disseruit. Et hic cernis lector, q quia Chr̃us Apl̃is su is pmiserat se panẽ datur, qui fieret ipsius caro, iam ad exhibitio nem hm̃oi panis, nihil obstupescebant. Et rursum postea causam alteram subdit: cur minime turbabant. Ipse (inquit) bibit ex eo, ne auditis uerbis Apostoli eius dicerent. Quid igit sanguinẽ bibimus & carnem comedimus, ac ideo pturbarentur. Nam & qñ prius de his uerba fecit, multi solummodo propter eius uerba, scandalum passi sunt. Ne igitur tunc id quoq; accideret, primus ipse hoc fecit,

Homilia sexagesima Chrysostomus tenet corp⁹ christi in eucharistia

Matth. 26
Esdræ. 6
Matth. 26
Marci. 14
Lucę. 22
Iohan. 13
1. Cor. 5
Matth. 26

Apostoli non turbabant ad eucharistiæ sumptionem

Iohan. 6

Iohan. 6

ut tranquillo animo ad cõicationẽ mysterioꝝ induceret. Hic mihi Oecolãpadius, q̃obrem laborasset Chrysostomus hic reddidisse causam, cur nõ turbabant̃ Apl̃i, quũ audissent illic eẽ corpus & san guinẽ Chr̃i, si nõ uere credidissent ibi sub panis spẽ Chr̃i carnẽ, & sub uini specie sanguinẽ eius cõtineri. Nã si scissent mysteriũ ip̃m nihil aliud fuisse q̃ panẽ & uinũ, hoc ẽ solã figurã corp̱is & sangui nis Chr̃i, cur suspicatus fuisset Chrysostomus metũ aliquem Apl̃is incutiendũ potius, dũ ex hoc mysterio gustarẽt, q̃ ex agno pascha li q fuit etiã figura Chr̃i? ut igit̃ hic Apl̃i, ueꝝ Chr̃i carnẽ & ueꝝ eius sanguinẽ adesse credentes: nihil t̃n edere trepidarent, Chryso stomus asserit Chr̃m p̃gustasse, atq; ita metũ & formidinẽ illis oẽm sustulisse. Sed hæc (ut diximus) antecedũt illa, quæ p̱ Oecolampa diũ citata sunt. Subsequunt̃ aũt hæc & cõtinenter quidẽ. O q̃t mo do dicũt, uellẽ formã & speciẽ eius, uellẽ uestimenta ipsa, uellem calciamẽta uidere. Ipsum igit̃ uides, ip̃m tangis, ip̃m comedis. Ve stimenta eius desideras uidere? Ipse uero seip̃m tibi tradit, nõ ut ui deas solũ: ueꝝ etiã ut tangas & in te habeas. Et haud multo post. Quis loquet̃ potẽtias dñi, auditas faciat oĩes laudes eius? Quis pa stor unq̃ mẽbris suis oues suas nutriuit? Multę matres post partũ suũ alijs nutricibus infantes dederũt, q̃d t̃n ipse facere noluit: sed ꝓ prio corp̱e nos alit, & sibi coniũgit atq; cõglutinat. Nec his cõten tus Chrysostomus annectit & ista. Nõ sunt humanæ uirtutis hæc op̱a, quæ tũc in illa cœna cõfecit. Ipse nũc quoq; op̱at̃, ipse p̱ficit. Nos ministroꝝ ordinẽ tenem⁹: q uero hæc sanctificat & trãsmutat ipse ẽ. Et hic aduertis lector, Chr̃m panẽ & uinũ apposita sanctifi care & trãsmutare. Et q̃d ẽ hoc aliud q̃ panis & uini substãtiã in car nem ꝓpriã & sanguinẽ uertere. Et rursum paulo post hæc (inq̃t) il la, nõ alia mẽsa ẽ: hęc, nulla re minor q̃ illa ẽ. Nõ eñ illã Chr̃s, hãc hõ quispiã facit: sed utrãq; ipse. Et tandẽ ꝓpe calcẽ omiliæ sic mi nistris loquit̃. Si pellere nõ audes indignos, mihi dicas: Nõ p̱mittã ista fieri. Animã pri⁹ tradã meã q̃ dñicũ alicui corpus indigne, san guinẽq; meũ effundi poti⁹ patiar, q̃ sanctissimũ illũ sanguinẽ, præ terq̃ digno concedã. Ex his intelligis lector: Oecolampadiũ toto q̃d aiũt aberrare cœlo, quũ neget in hac omilia Chrysostomũ af firmare uerã Chr̃i carnẽ, & ueꝝ eius sanguinẽ sub eucharistia con tineri. Quamobrem quũ in re tam p̱spicua, uel talpis ipsis cęciores nos red

Subsequẽtia ad ea quę Oecolampadius huc attulit

Psalm̃. 105

Matth. 26
Lucæ. 22

Nota Chrysostomi zelum simul & sententiam

nos reddere conatur, quis unq̃ in cæteris ei credat. Nam conatus iste, uel ex errore iudicij, uel ex malicia proueniat necesse est. Si ex errore, quis deinceps eius iudicio fidem habebit, quũ in re tam clara tam crasse cæcutiat. Sin ex malicia, quomodo põt lucerna uerbi dei, in corde tantæ malignitatis unquàm elucescere.

OECOL. Hæc Chrysostomus nobiscum dicit. B

ROF. O linguã impudẽtissimã: Dixisti pridẽ scire Chrysostomũ cõtra te loqui, & nũc rursum ais: Hęc Chrysostomus nobiscũ dicit: Si tecũ dicat, ergo tu sine ulla ambiguitate credis, & oculis intellectus ꝑspicis Chr̃i corpus in sacr̃o. Credis etiã sub sensibilibus signis, insensibilia quædã, nobis hic à Chr̃o donari: hoc est, credis uerꝫ corpus & sanguinẽ, quæ nullo sensu ꝑcipiunt, sub panis & uini speciebus uisibilibus operta iã exhiberi. Credis & cętera oĩa, quę in dicta omilia scribit Chrysost. nẽpe ꝙ discipuli abhorruissent edere talẽ escã: nisi ꝙ partim prioribus Chr̃i sermonibus & assertionibus fuissent confirmati: partim ꝙ ipse dignatus esset prius de esca pariter & de potu ꝑgustare. Credis insuꝑ ꝙ ipse Chr̃us in hoc sacramẽto comedit, & ꝙ ipse seip̃m ibi tradit edendũ. Credis p̃terea Chr̃m hic fecisse, qđ nullus unq̃ pastor fecit, ꝑ suis ouibus, & quod multæ matres nõ dignant pro filijs suis de lacte suo facere: nimirꝫ, ꝙ in hoc sacr̃o ipse de cruore suo nos potare digneť. Credis deniqꝫ panẽ & uinũ, quæ sacris altaribus apponunť, sanctificari & transmutari ꝑ inuisibilẽ operationẽ Chr̃i, in corpus & sanguinẽ ipsius. Hæc si credas, nulla tecum nobis erit controuersia. Si non credas, quid tam impudenter dicis, hæc tecum Chrysostomum asserere, teqꝫ scire ꝙ nihil ipse contra te loquatur.

Non cõuenit Oecolampadius cũ Chrysostomo

OECO. Consentimus eñ credendũ deo, etiã sensu & cogitatione repugnantibus. Cæterꝫ in mysterijs sunt tenẽda uerba, placuit sp̃ & placet, nõ respiciendũ ad materiã tm̃. Hoc eñ foret ꝓphanare sacr̃a, sed tenẽda sunt & u̸ba, q̃ nõ fallũt, siqdẽ recte capiant, adhibitis mẽtalibus oculis, ut eñ in his quæ ꝓponunť materies. qđ significẽt spectãdũ, ita & in uerbis dãda opa ne male intelligant. C

ROF. Frustra moliris tã aptissime Chrysostomi uerba tuis p̃stigijs iuertere. Ip̃e palã affirmat credẽdũ eẽ dei uerbis: etiã si sensui & cogitatõi nr̃æ uideanť absurda, imò licet sensum & rõnẽ nr̃am superẽt, idqꝫ monet quũ in alijs oib⁹, tũ in mysterijs p̃cipue faciẽdũ.

Chrysostom⁹ longe secus q̃ Oecolampadius sentit

Deinde subdit non spectandas esse res, quę ob oculos positæ sunt, sed Chri uerbis inhærendũ. Et causam reddit. Qm̃ sensus haud raro nos fallit Chri uerba fallere neminẽ possunt. Postremo colligit Qm̃ ergo Chr̃us dixit: Hoc est corpus meum, nulla nos ambiguitate teneri debere: sed credamus oportet, atq; oculis itellectus hoc ipsum corpus ibi pspiciamus. Perinde ac si sic in summa ratiocinatur. Verbis Chri plusq̃ sensui nr̃o fides adhibenda est. At Chr̃us dixit: Hoc est corpus meũ. Quare firmiter credendũ est, ibi corp' ei'esse, tametsi noster sensus ibi nihil aliud esse indicet præter merũ panẽ. Cæterũ tu, quid ad istud respondes? Fateris utiq; Chri uerbis fidem adhibendam: sed addis, si recte capiant. At istud nõ est docere q fueras pollicitus. Nihil aduersus tuam snĩm Chrysostomũ hic fuisse locutũ. Neq; em̃ ad p̃sentẽ sermonẽ spectat, ut iã uerba Chri: sed ut Chrysostomi uerba discutiamus: nimirũ q̃d Chrysostomus ipse senserit. De uerbis aũt Chri postea disserem'. Sensit utiq; Chrysostomus: ideo credẽdũ eẽ Chri corp' in hoc sacro, qm̃ ip̃e dixit: Hoc est corp' meũ. Et his Chri uerbis etiã cõtra sensus, & rõnis iudiciũ nos ihærere uoluit. Q, si figurate uerba Chri uoluisset intelligi, longe alium sermonem fuisset habiturus.

Matth. 26
Lucę. 22
Ratiocinatio pro eucharistia ex Chrysostomo
Sola Christi autoritate creditur corpus Christi in sacramento.

D

OECO. Sicut in illis ipsis uerbis Chrysostomi rudis lector, cum papistis panem fateret, non datum discipulis, sed quid sequat, cogemus illum fateri, & aquam in baptismo, non esse aquã ĩ͂sdem Chrysostomi uerbis, si mordicus tenere uerba uoluerit. Quæ postea latius expendemus oportuniore loco.

ROF. Quantumuis occulta fuerit hypocrisis erumpet tandẽ, & prodet sese. Hic uidere licet quãtũ frigescat in pectore tuo charitas, q caput ecclesiæ pontificem contẽnis. Sed tibi Chr̃us (inqs) ecclesię caput est. Et nobis idipsum itidem asserimus. At nihilominus et summus ip̃e Pontifex caput etiam ecclesiæ est, At q fieri potest (inquis) ut ecclesia duo sortiat capita? Dicam: Alterũ eius caput est uir ipsius, quemadmdum & Paulus ait: Vir caput est mulieris. Verũ præter istud caput habet & suum ꝓprium. Quando precor unquam uidisti, fœminam sine capite? Sic nimirũ & ecclesia, q̃ Christi sponsa est, uirum suum Christum habet pro capite. Sed nihilominus & pontificem habet, ceu membrum sui corporis sub Christo præcipuum. Tu igitur qui tali membro sic conuiciaris,

Ephe. 1
Papa caput ecclesię sub capite Christo.
1. Cor. 11
Cant. 3
Iohan. 3
Apo. 21.

& papi-

& papistas eos probro uocat, qui ipsum reuerent, uide ne supbiæ plurimũ, charitatis ãt nihil, ĩ pectore tuo regnet. Sed de his uerbis alias. Quod autẽ dicis rudem lectorẽ ex Chrysostomi uerbis posse capere, ꝙ Christus apostolis panem non dederit. Ego uero nõ rudem solum: uerumetiam eum qui eruditus est hoc ipsum longe magis perspicere non dubito. Quid enim alioqui dixisset in eadẽ Omilia: Christum sanctificare & transmutare quæ apponuntur. Num si transmutatus fuisset panis in corpus, & uinum in sanguinem, plusquàm hæc Apostolis dedisset. non dilucide consequitur, nec panem aut uinum iam esse quæ præbuit Christus Apostolis, sed carnem & uerum sanguinem. Cæterum quod de aqua dicis, nihil oportet. Nam de aqua non dicit Chrysostomus, qđ ea transmutat. sicut de pane & uino dixerat. Sed & seipsum ex eo qđ adiecit satis explicuit, quæ uerba pro tuo more sycophantice subduxisti. Veruntamen originale, si quis consulat, ita se habet. Sic & in baptismo per aquam, quæ res sensibilis est, donum illud cõcedit. Quod aũt in ea conficit regeneratio scilicet ac renouatio, intelligibile quidẽ est. Hæc posteriora uerba tu subtices, quibus tamen ille docet manere aquam, & per eam aquam, spiñ donari, renouationemq́ꝫ prestari, ac regenerationẽ, quã non uisu deprehendi, sed intellectu tantum concipi, Chrysostomus affirmat.

Christus dedit Apostolis uerum corpus authore chrysostomo.

Oecolampa. detruncat uerba Chrysostomi.

OECO. Nunc sufficiat intelligere nos debere, non solum qđ mysteria signent, sed quid uerba doceant: à sensu enim uerborum nullo modo nos deterruerit. E

ROF. Sic in medio relinqs negotiũ, qđ iam fueras aggressus. Nondũ eos indignos fuisse Chrysostomi lectores oñdisti, qui dictã omiliã produxerunt aduersum te. Neque adhuc satis probasti Chrysostomũ nihil in hac omilia fuisse contra te locutum, sed tecum sensisse, & tamen ad alia iam digressionem facis, quasi ista sufficienter monstrasses. Satius fuisset Oecolampadi, non tam gloriose promittere, q̃ nihil eorum præstare quod fueras pollicitus. Sed nec istud hactenus collectũ est, ꝙ sufficiat intelligere nos debere, non solũ quid mysteria signẽt, sed & qđ uerba doceant. Nam qđ uerba doceant Chrysostomus nihil ambigebat. Nihil eñi his uerbis apertius est, quum dixerit Christus: Hoc est corpus meum. Quisquis hic scrupũ aliquẽ facit, in scirpo nodũ quærit, Sed neqꝫ Chry-

Institutum relinquit infectum

Mat. 6. & Luce. 22

Chrysostom⁹ docuit corp⁹ Christi in sacramento cõtineri

Chrysostomus hic excussit, quid ipsa mysteria signent, imò qđ in se cõtineant apte ꝓdidit: nẽpe carnẽ & sanguinẽ Chri, id qđ profecto, si non quandã phrenesim paterere, merito te deterreret ab impio sensu, quem de uerbis istis concepisti.

¶ Ex eo quod Christus parabolis vtatur crebrius, eundem usum in his uerbis tropo colligit. Ca. XXVI.

OECOL. A



Scimus Chrm nõ raro in parabolis loquutũ, ea propter, peculiariter in eũ dixit Psaltes: Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.

ROF.

Mat. ı3. zı. z4 Item Marci. 3 &. 4. & Lu. 8 ı4. ı5. &. ı9, ac alibi

In parabolis Chrm fuisse locutũ nemo negarit. At non semp ita locutum apertissime constat. Nunc (inqt) palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, palam certe Christus & citra parabolã locutus est quũ dixerit: hoc est corpus meũ, id quod ex ipsis scripturaꝝ circũstantijs oñdimus, etiã consentire Chrysostomo. Qm (ut idẽ ait) nisi discipuloꝝ animos prius in hac re cõfirmasset Chrus: nẽpe quũ dicebat: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Et panis quem ego dabo caro mea est. Et nisi mãducaueritis carnẽ filij hois, & biberitis eius sanguinẽ nõ habebitis uitã in uobis. Nisi ꝑ hæc, & ꝑ similia uerba corroborasset eoꝝ animos in huius rei fide, ꝑturbati fuissent, & ab esca corpis ipsius deterriti, quũ eã illis porrexerit, dicẽs: Hoc est corpus meũ. At qs potuit suspicari, deterritos & ꝑturbatos Aplos fuisse, ob solã figuram? Sic em (ut diximus) agnus paschalis qui & Chri passuri figura quędam fuerat, eos etiã deterruisset, deterruisset & manna.

Ioh. 6.

Matth. z6

B

OEC. Et nõ solũ multa locut⁹ est Chrus in ænigmatis. Sed & quæ ꝑ uitã oẽm egit, latẽs qddã designãt. Quid em opus erat ficui sterili maledicere, aquã in uinũ uertere, discipuloꝝ pedes abluere, similiaq́ꝫ facere, in sublimiora interim cõmendata essent mysteria.

Mat. zı Iohan. z Iohan. ı3

ROF. Video quorsum tẽdis. Moliris ut tã uerbũ Chri, q̃ etiam opus istud qddã aliud referãt p̃ter uerbũ, & opus quẽadmodũ & maledictio ficus, & aquæ uersio in uinũ, & pedũ ablutio. Nõ inficior sanè, quin & ista quædã alia figurabãt, & nihilominus tñ in seipsis erãt res ueræ. Nã ficus ipsa sterilis ꝑ ipsam Chri execrationẽ prorsus exaruit, adeo ut & postera die, quũ illac redirent Apli, mirabant̃ eã exaruisse radicit⁹. Et cũ Petrus dixisset Chro: Rabbi, Ecce ficus quã execratus es exaruit, Iesus aũt rñdit: Cõfidite deo.

Fici execratio facta fuit propter Apostolorum fidẽ

Amen

Amē dico uobis, qcunq; dixerit huic mōti: Tollaris & mittaris in mare, & non hęsitauerit in corde suo, sed crediderit forè quæ dixerit, erit illi quicqd dixerit. Palàm est igit execrationē ficus illius, rē ueram in se fuisse, & ad fidem Aplis excitandā fuisse factā, nedum ut mysterio qddam aliud significaret. Sic & aquæ in uinū conuersio, quanq̄ alteri rei mysteriū fuerat ad corroborādā nihilominus fidem patrata fuit. Silr & quantū ad eucharistiā attinet, om̄ino credendū est. quanq̄ figura sit, etiā rerū aliarū ut mox dicturi sumus, tamen in se uere cōtinere corpus & sanguinē Chri. Nec parabolice tum fuisse locutum Chrm, quum dixisset: Hoc est corpus meum, sed ut apertissimus est uerborum horum sensus, ita uerissime panē in suum corpus uertisse, sicut & olim aquam uerterat in uinum. Iohan. 2 In eucharistia est uere corp^9 Christi Mat. 26 Iohan. 2

OECOL. Potentiam enim & humilitatem etiam modis alijs significare potuisset. C

ROF. Et sanè quanq̄ alijs modis innumeris potentiā & humilitatē suā Chrus indicasset, nemo tn̄ pius unq̄ negauerit, igētis hūilitatis id iudiciū fuisse, q̄d pedes abluisset discipl'orū, sed neq; minoris potestatis illa signa fuisse, quū execratōe sua ficū fecisse radicit^9 exarescere, iusuq; uerbi sui mutata sit aqua in uinum optimum. Humilitas Christi in opere probatur. Iohā 13. Matth. 21 Iohan. 2

OECOL. Scimus item literam (ut aiunt) homicidam. Spiritum uero uiuificatorem. D

ROF. Neq; istud te iuuabit quicq̄. Innumera sunt à Chro plata uerba, quorū nulla est litera quæ occidat, sed spm̄ ipm continent q uiuificat. Alioqui quū ad fidem, ad spem, ad amorē, ad pcationem, ad uitæ puritatē, atq; cætera id genus hortat, literā profert interimentē, qd̄ sanè falsissimū est. Nihil igit hæsitamus, quin hoc uerbū, quo Chri corpus conficit, qd̄ uitā præstat edentibus, nō literæ interimentis uerbum sit, sed spiritus uiuificantis. 2. Corū. 3

OECO. Nō erit nobis durus sermo Chri, quem sequi in mortem usq; cupimus, durus est ab illo recedere uolentibus, q ex Chri uerbis sublegunt quo decedat aliquid illius gloriæ: ita male audire merent. Hi em̄ non minus impij sunt infidelibus, imò & impietate superant: siqdem dedita opa id agūt: nam p ignorantiā peccātibus aptæ sunt refugij ciuitates, in quibus cum pœnitudine ueniam assequant: at nos gloriam Chri eminentissimam uellemus. E

ROF. Si tibi nō sit durus Chri sermo, cur tu quæso nō credis,

Iohan.6 quod hactenus omẽs orthodoxi crediderunt? Cur malis ex eorum ẽe numero, qui quum audissent à Chr̃o panis quẽ ego dabo caro mea est, retrocesserant, q̃ ex Apl̃orum, qui permanserant credẽtes. Quid te
Absq; sui iactura Christ9 corpus & sanguinẽ dedit Iohan. 19 precor, hic decidit gl̃iæ Chr̃i: si credideris eũ suã carnẽ nobis in escã dedisse. An hoc non potuit multo facilius, q̃ eã dedisse tortoribus laniandã? Iam citra laniationẽ ullam, imò citra quãuis molestiã edit à nobis. Sed nec ex potatiõe sanguinis quicq̃ offendit, quẽ tamẽ in cruce nec absq; summo cruciatu pro nobis effudit. Quare si credas, Chr̃m pro nobis cruci affixum, qd non pari facilitate, credis eundem seip̃m ob immẽsam charitatẽ, qua erga nos afficit in eucharistia nobis percipiendũ donasse. Tu planè Chr̃i gl̃iam imminuis, qui negas in hoc sacr̃o uerum corpus eius contineri: sed illud asseris merum esse panem, solamq; figuram corporis. Tu cunctos infideles impietate superas, qui quum per eruditionem tuam ignorare nequeas unũquemq; fidelium hactenus ita credidisse, tantum tamen charitatis incendium extinguere moliris, ut tu scilicet gloriosæ nonnihil aucuperis.

¶ Callide pollicetur se verbis consensurum nobis, si nos ei in sensu non dissideamus. Ca. XXVII.

OECOL. A



Taq; qd uel in ciuilibus causis daret sicut nos uobiscum τοῤητòυ libenter recipimus. Ita uos nobiscũ τὴν διάνοιαν. Videte ne auersemini, ne fortasse grauius qddã accidat.

ROFFEN. Hæretici quidem uerba Chr̃. amplectuntur, non autem sensũ genuinum

Rem parũ æquam postulas. Sic enĩ facillime potuit Arrius, & cæteri quiuis hæretici, suas hæreses constabilire. Receperunt enim hæretici uerba Chr̃i, quæ fuerant orthodoxis tradita. Q, si uicissim isti recepissent hæreticorũ sensum, ubi iam fuisset ecclesiæ fides. Nobis non solũ uerba: uerũetiam & uerborum sensum, Spũs sanctus per ora pr̃m, ceu per organa certissima tradidit. Et quoniam sensus, uita uerborũ est, nos à uerbis sensum diuidere nõ possumus. Tu qui diuisionem quæris, meretricem illam refers, quæ dixit: Nec mihi, nec tibi, sed diuidat. Nos uitam scripturarum, hoc
3.Re.3. est sensum genuinum quem diuinus spũs per priores patres ecclesiæ tradidit, auferre neutiquàm à scripturæ uerbis patiemur. Nos ecclesiæ filij sumus, & sensum tenemus, quem diuin9 spũs fuerat interpretatus. Hunc spĩm Chr̃us perpetuum ecclesiæ suæ cõsolatorem dedit, ut maneret apud eam in æternum. Hunc & pollicitus est edocturum
Io. 14. 15. 16

ctorum ecclesiam, omnem ueritatem. Quum uenerit (inquit) ille, qui est spūs ueritatis ducet uos in omnem ueritatem. Et alibi: Paracletus ille, qui est spūs sanctus, quē mittet pr̄ nomine meo, ille docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixi uobis. Si uerax igitur in ꝓmissis Chr̄us fuerit, quod nemo dubitat, Ecclesia uerum & germanum scripturarum sensum, edocta est ab ipso spiritu. Quare quod tu suades, ut tuum scilicet sensum suscipiamus, iniquissimum est. Iohan. 16 Iohan. 14

OECO. Ecce non dubitamus, panem istum corpus Chr̄m uocare. Ecce, hoc est corpus Chr̄i, habetis confessionem. Vos ne repugnetis, quo sensu Christus panem illum corpus suum appellauit, eodem & nobiscum intelligere. B

ROFF. Iam nihil dissimile facis prioribus hæreticis. Nam ad hunc modum Arriani (quemadmodū in tripartita refert historia) partim libro secundo capite septimo: partim. 4. lib. capi. 24. nulla uerba recusarunt. quæ proferebant è scripturis orthodoxi, at sensum ipsis uerbis longe alium adaptarunt. Quum enim dixissent orthodoxi, filius ex deo est. Consentiamus aiebant Arriani, quoniam & quisq; nostrum est ex deo. Paulus enim ait: Vnus deus ex q̊ omnia. Quum dixissent orthodoxi, filium in scripturis dici uirtutē & sapientiam patris, & imaginem ac gloriam dei, consenserunt Arriani, sed ad alium sensum. Nam hæc (inquiebāt) etiam creaturis accommodant. De nobis ait Paulus: Vir imago & gloria dei est. Sed & uirtus atq; sapientia reperiunt in hominibus. Quum insup obiecissent orthodoxi, dixisse Chr̄m: Ego & pr̄ uuum sumus. Arriani quoq; ūbis ipsis subscribere parati fuerant, sed longe alio sensu: nimirnm ob concordiam & unanimitatem, non ꝓpter unius essentię communionem. Ita nullum uerbum è scripturis attulerūt orthodoxi, qđ nō ad aliū sensū Arriani facile detorserīt. Sic & tu iā facis Oecolampadi. Verba scripturæ, quæ nos ꝓ orthodoxorum parte ꝑducimus, tu comprobas, at sensum adulterinum ijsdem indere moliris, quem nos auersamur penitus, eo ꝙ non quadret sensui, quem ecclesiæ paracletus olim inspirauerit.

Hæretici uerba scripturæ non sane intelligunt

1. Cor. 8 Rom. 1 1. Cor. 1 1. Cor. 11 2. Cor. 4 1. Cor. 1 Ioh. 10

Arriani uerba scripturæ ad alium sensum detorquent

OECO. Neq; eñ uellemus nouā mentē afferre scripturæ, sed eā quæ genuina ē, nō licet auersari. Vera, uera sunt Chr̄i uerba, & anathema ē, q cōtradicit, sed ut uere, ita nō absq; tropo dicta sunt, C

Nouum sen- suũ afferre mẽ daciter se ne gat

Iohan. 10

ROF. Nonne ad istũ modũ & Arriani, & cæteri quicq; hæretici dixissent: nempe se nolle nouã mentẽ afferre scripturæ. Putabãt em̃ huius scripturæ, Ego & pater unũ sumus, genuinũ fuisse sensum: hunc uidelicet, q pater & filius cõcordes essent, & unanimes: non tamen eos unius & eiusdẽ essentiæ, quemadmodũ orthodoxi crediderũt, confessi sunt. Quamobrẽ & aliũ quemuis sensum auersabant, q̃ qui fuerat à suis receptus. Vera fuisse Chri uerba clamabant, & execrabant oẽs quotquot eis contra dixissent. Cæterũ eũ sensum quem in eisdẽ Chri uerbis orthodoxi cõprobabant, illi penitus respuerũt. Sic & tu nunc facis Oecolãpadi. Dicis te nolle nouam afferre scripturis mentẽ, sed eam quę tibi placet, genuinã esse putas, quantũuis cõi patrum sententię repugnauerit. Clamas uera uera eẽ uerba Chri, sed ad sensum quẽ ipe pbas, & contradictores anathemate cẽses feriẽdos. Inter hęc unũ pfecto uerissime dicis, q nouam hinc scripturæ mentẽ nõ afferas. Nam & diu priusquã natus eras, Berengarius candẽ cogitauit, quẽ utinã ut in hæresi, sic & eiusdẽ hęreseos reuocatõe studeas imitari. Tradũt illũ quũ eẽt hinc migraturus, dixisse: Hodie apparebit mihi domius Iesus Christus, uel propter pœnitentiam ut spero ad gloriam, uel ppter alios, qd timeo, ad pœnam. Quibus dictis efflauit animam.

Arriani respu erunt sensum orthodoxorũ in scripturis.

Berengarij hę resis

De cõsec. dist. 2. ca. Ego Berengarius.

¶ Precib⁹ assequi scripturarũ sensum sibi, pmittit, id qđ & cęteri prętereunt hęretici, Ca. XXVIII.

OECOL. A



Entem aũt uerborũ suorũ neutiq̃ à nobis absconsum iri confidimus, poterimus em̃ ad illa penetrare nõ ita difficile, adiuti scilicet sanctis precibus, ac fideli scripturarum collatione, quæ ambo iungenda sunt.

Matth. 7 Lucæ. 10 Iohan. 10

ROF. Nunq̃ penetrabis, nisi prius tumidã animi tui deposueris arrogantiã. Ostium em̃ demissum est, & humile. Tu uero sensu carnis tuæ supra modũ inflatus: nimirũ qui tuo ipsius ingenio plus tribuas q̃ tot sanctissimorũ pariter & eruditissimorũ patrũ q nos pcesserũt unanimi iudicio. Huic tãtæ supbiæ, nunq̃ patebit aditus, nunq̃ ostiũ aperiet, Sed & ostiarius ipe: nẽpe spũs sanctus, quẽ & ipe tanto tpe putas ociosum in ecclesia desedisse, nullis pcibus, nullaq; scripturarũ collatiõe, nisi ptinaciã istã abieceris, reserabit tibi.

B OECOL. Nã si prætermiserimus scripturarũ inquisitionẽ, solis preculis incũbẽtes, ridere ac tentare deum uidebimur, sin absq; precibus

precibus ad scripturas nos contulerimus, fieri potest, ut errorē uel duplicemus uel confirmemus.

ROF. Nisi paruulus ante fueris in oculis tuis, frustra pulsas ad scripturarū ostiū, aut inquisitōe quauis, aut ꝑcatōe. Dixit, is q nemi-nem fallit. Grās ago tibi prī dñe cœli ac terræ, qđ abscondenis hæc à sapientibus & prudentibus & reuelaris ea paruulis. Certe pater, sic fuit bona uoluntas apud te. Quādiu igit innixus fueris ingenio tuo, secutusq́ fueris spm̄ tuū, & tibi p̄ cæteris oīmibus aliqd esse ui-deare, nequicq̄ speras te, ꝑ hoc ostiū ingredi posse. Quare tam p̄-cibus, q̄ indagationi scripturarum humilitas est adiungenda, sine qua, liber aditus nemini recludet unquàm. Matth. 11. Lucæ. 10.

OEC O. Solent ni mentem illustrarit deus, subinde apparere probabiliora, quæ minus uera, eo quod caro nostra diuinitatis ex-pers natura suapte desipit. C

ROF. Et qd non metuis, ne iam tibi qddam sīle contigerit? Pu-tas te tot prībus, q summa uigilantia Chrī gregem docere studue-runt, aut sanctiorē aut eruditiorē fuisse. Nimiū ꝑfecto desipis, ne dicam insanis, si istud credas. Et quid? Num illos opinaris nō assi-due deū fuisse ꝑcatos, ut mentes eoꝝ illustrarent, assidueq́ scriptu-raꝝ codices euoluisse, non diurna solū, ueꝝ etiā & nocturna manu, quatenus eis mysteria sensusq́ scripturaꝝ genuini patefierēt? De-niq́ spm̄ sanctū, qui ad hoc ꝑcipue missus fuerat, ut ecclesiā duce-ret in oēm ueritatē: & ꝑserrim eoꝝ uerboꝝ, quæ pridē Chrs aplis dixisset: Spm̄ (inquam) illum sanctū, qua ratōe potes existimare no luisse priores illustrare patres, dum ipsi ꝑcarent & scripturas inui-cem conferrent, sed tibi uni reseruasse rei huius notitiam? An ista credere, sanè cuiuspiam est, & non mente capti potius? Hæretici uer ba scripturæ non sane intel ligunt. Io. 14. & 16.

OEC O. Precemur aūt deū misericordicordiaꝝ prēm citra hy pocrisin cunq́ fiducia & grāꝝ actōe, ut concedat nobis idē mutuo sentire: nēpe, digna filio suo, ꝑ quē unanimiter ipm uno ore in secu la glorificemus, quod nequaq̄ incassum fore certi sumus. D

ROF. Quādiu fueris mēte, hac ꝑdit', nunq̄ ꝑcari citra hypocrisin poteris: postulas enim, ut illustreris ueritatis luce, atq́ ita uideri uis ipsius ueritatis auidus. At iterim obfirmato animo, colloq́ erecto stas ꝑtinacissime cōtra ueritatē An nō hęc est hypocrisis maxima? Talē hypocrisin haud dubie spūs ipe sanctus detestat, quum scri- Insimulat hy-pocrisis & per tinacia Oeco-lampadius Hypocrisim detestat sp. s.

Sapiæ.1. ptum sit, spũs sanctus disciplinæ effugiet fictum. Fingis te ueritatem quærere, sed aliam q̃ olim ecclesiæ data fuerat. Errorẽ quẽ tibi satanas inspirauit, ueritatẽ esse credis, & tenebras eius ueram lucẽ. Et quid mirũ: qñ possit angelus satanæ se in lucis angelum transfigurare? Nihil itaq; miror, si quod nobis est res uera, tibi solam figuram esse psuaserit. Cæterũ si uis p̃ces exaudiri tuas, istam fictionem reijcito, & quod Paulus iubet, noli altum sapere. Et Iacobus ait: Superbis deus resistit, humilibus autẽ dat grãm. Et haud scio, quæ maior supbia cogitari ualeat, q̃ qđ iam post tot temporũ curricula, quibus in ecclesia tot eximij uiri floruissent, non minori doctrina q̃ uitæ sanctimonia, celebres unum hominem & eundem apostatam illis omnibus seip̃m anteponere.

j.Corũ.ij Quibus sit opus ad precũ exauditionẽ. Rom̃.ij Iaco.4

E OECO. Qui em̃ optimus ẽ, infœlicitate ac miseria nr̃a nõ gaudet, & q ueracissimus ẽ, qũo petẽtibus spm̃ suũ denegaret, aut quo pacto id beneficij subtraheret, faciẽ suam à miseris & clamantibus auertens, qui ꝓ nobis in mortem crucis filium suũ tradidit?

ROF. Si rite p̃catus fueris exaudieris, sed ante ablegandus est om̃is animi tumor om̃isq; hypocrisis. Non ignoras quid de supbo Antiocho tradĩtũ sit: Orabat hic scelestus dñm, à quo nõ esset misericordiã cõsecuturus. Sed & de Esau Paulus scribit, quòd nõ inuenit pœnitẽtiæ locũ, q̃ q̃ cũ lachrymis ĩquisiisset eã. Et in eadẽ epistola dicit: Terra quę imbrem sæpius in se uenientẽ combiberit, & pgenuerit herbã accõmodã eis, quorũ opa colit, recipit benedictionem à deo. At quæ ꝓduxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis. Videas igit, ne ꝓpter hunc pestilentissimũ fructum, quem animus ip̃e tuus (post tot grãrũ imbres, post tanta linguarum & eruditionis dona, quibus à deo iugiter irrigatus est) tibi progenuit, reprobari potius & execratione damnari mereat, nisi q̃ primum resipueris.

j.Iohan.5 Male orantes non exaudiuntur 2.Mach.9. Heb.12. Hebræ.2.

F OECO. Et sicut fideliter p̃rẽm interpellamus, ita & benignitatem illius ne respuamus, nobis p scripturas loquentis, in quibus p̃ter eius glĩam & ueritatem quærendum nihil.

ROF. Palàm est nec te Chr̃i glĩam neq; ueritatem quærere, q̃ uerbis eius tam aptissime ꝓlatis, tanta ptinacia reluctaris, ut nemini orthodoxo fidẽ adhibeas in corũ interp̃tatione, sed ingenio tuo uel soli cõfidis. Nunqd credis maiores nr̃os non fideliter p̃rẽm interpellasse

Totus sibi fidẽs oẽs aspnatur Oecolam. Priscis scripturarum sensus patuit.

pellasse, ꝓ referando sibi scripturarum intellectu pariter & eosdem quis uerborum illorum sensus fuerit, ab eius & spūs sui benignitate sufficienter edoctos fuisse? Si non credas, cui pōt maior improbitas contigisse. Sin credas, cur illa benignitate spreta, ꝓq́ʒ nihilo reputata, sensum alium tam infeliciter tibi quæris?

¶ Quum sit ipse contentionis huius caput, a contentionibus tamen dehortatur alios Ca. XXIX.



Loriam autem & ueritatem nunquàm inueniunt contentionis studiosi. Detestanda profecto rixandi libido in tantis rebus. OECO: A

Cui p̃cor contentionem istam feremus acceptā potius q̃ tibi, qui diffinitionibus ecclesiæ neutiq̃ acquiescis? An non cunctis in ꝓpatulo est te contentionem istam suscitasse? Quid hactenus ecclesia crediderit, notum est om̄ibus. Et quis nescit Berengarium, atq; Wiclefum, ob hanc hæresim tuā olim à concilijs sanctissimorum patrū fuisse damnatos? Quis reminiscere facit istorum cineres, alius q̃ tu? Cæterum quid moliaris, me neutiq̃ fugit. Ob id nimirum contentiones damnas ne quisquā tuis peruersis hæresibus obluctet. Nosti quem apologum Demosthenes atheniensibus recēsuit, qn̄ Philippus Macedo pacē illis obtulit, sed eo pacto ut quosdam ex primoribus urbis, qui dissidiū (ut ille aiebat) utrinq; serere conabanť, sibi dederent. Lupus (inquit) aliqn̄ pastoribus ꝑsuasit, ut amicitiā secū inirent, ea conditione ut canes qui sibi infensi erant, & causas inimicitiarum p̃bebant, abigerent. Placuit pastoribus ea cōditio: moxq́ʒ canes qui gregem sollicite contra lupū custodiebāt, effuganť. Lupus igiť om̄i formidine posita, nō solū in oues iā in custoditas grassať: uerum etiam in pastores irruens, ipsos item interimit. Is apologus rem nr̄am aptissime spectat. Tu ip̄e lupus es Oecolāpadi, pacē pastoribus ecclesiæ ꝓponis, ea cōditiōe, ut disputatores q̄s & ip̄e cōtentiosos uocas, & in eos falso reijcis totius dissensiōis huius causas, abijciāt: nimirum ut uos hæretici nō solū in simplicem Chr̄i gregē, sed & in pastores ip̄os licētius grassemini. Nā illi maxime cōtra ur̄as hęreses allatrāt. Nihilq́ʒ magis ur̄is conatibꝰ obsistit, q̄ eorum disceptatiōes. Quāobrē & his modis oībus delere conamini, quatenus ꝓ libidine uestra, simplicioribus Chr̄i ouibus, absq; quouis obstaculo ualeatis abuti.

ROFFEN. Contentionē suscitauit Oecolampadius

Isidorus libro primo etymologiarum c. de fabula. Et Laertius in libro de uita & moribꝰ philosophorum.

Oecolam-

B OECOL. Prorsus à consuetudine ecclesiastica recedunt, qui tropos, quo loco maxime, oportebat reijciunt, uel pro tropis intẽpestiue rigida uerba exposcunt.

Troposopor tune admitte re licet nõ au tem intempe stiue.

ROF. Nemo tropos aspernat, ubi locus hoc ipm postulat. At hic si qđ tuæ pfidiæ uisum est, cõtra patrũ omniũ unanimẽ sniam, & in re tam uehementer augusta tropũ admitteremus, non solũ ab ecclesiastica recederemus cõsuetúdine: uerꝫ etiã desertores, imò, pditores ecclesiæ merito diceremur. Et qd immensam illã ergo nos Chri charitatem uehementius cõmendat, q̃ ꝙ ea uerba citra tropũ omnẽ intelligant: nimirꝫ ut queadmodũ in cruce ,p nobis carnem suam laniari pmisit, & sanguinem fundi, cum amarissimo sui corporis cruciatu, ita nunc & carnem, ut edat, & sanguinem ut potet, citra quamuis aut iniuriam sui aut nostri horrorem, amantissime nobis impartiat.

Johannn.19 Matth.26. Marc.14 Luce.22 Item.j.Corꝫ.ij

C OECOL. Quid est si sexcenties clamemus. Tropus, tropus: alius aũt reclamet: Caue, caue tropũ, & uicissim obturent aures, ne audiat quid sibi uelit scriptura, & qũo dicat, qđ dicit: Qua nimirꝫ ratione & absurdissima quæq3 euinci possent.

Lucæ.ij.& alibi.

ROF. Neutiq̃ obturandæ sunt aures, ne quid scriptura sibi uelit, & qd spũs ipe sanctus in scripturis doceat, à quoq̃ audiat. Nam in istis audiendis uita consistit & salus. Cæterꝫ à puersis & pestiferis scripturaꝝ interptatõibus, quæ p satanæ spm, & p ministros eius nimirꝫ hereticos, adinuentæ sunt, occludendæ sunt aures penitus. Nam ab istis quid aliud expectari possit, q̃ interitus & mors, ,ppterea Corinthijs metuit Paulus, ne qua fiat, ut sicut serpens Euam decepit uersutia sua, ita sensus coꝝ ab hæreticis corrumperent. Et 2. ad Timothæũ. 2. De hmõi tradit, ꝙ eoꝝ sermo ut cancer morbus serpit. Et Titũ itẽ hortat ut sectaꝝ autorẽ hoiem, post unã aut alterã admonitionẽ fugiat. Quare si sex millies clamaueris hic tropũ adesse, aut toties ipsi reclamabim⁹, aut surda ptransiemus aure.

2.Cor.ij.

D OEC. Cæterũ, nos hic ỽba dñi exosculamur. Sed subesse tropũ idiomatis, certo cõmonstrare, cõcedẽte dño, nitemur. Qñquidem p panẽ ut sacrosanctũ symbolũ, figurã corpis cõmendauit, cuius fractione & in mortẽ traditõe, alamur & uiuificemur

ROF. Verba dñi te dicis exosculari. Sed quæ? Nimirꝫ ea quibus uitã & spm exemisti, hoc est ea, qbus germanũ Chri sensum abstulis

abstulisti, indito quodam illis alio pestifero. Verba Chri, uerba uitæ & spūs sunt, & auditores credulos uiuificant. Quid aūt animos nr̃os alacriores reddat, q̃ quū audimus dixisse Chr̄m: hoc est corpus meū. Et Chr̄m dignari seip̄m nobis in hoc sacro præbere: Cuius cor, hoc audito, & uere credito, non p̄ amore ꝓtinus liquescat? Qz si nihil ibi p̄ter merꝫ panē esse credamus, quis non pspicit quantum cōsolatōis inde subducit? Sed tui dissimilis nequaq̃ es, q ut sensum & spm̄ uerbis, ita sacro uitam niteris eximere. De tropo iactes quicqd uelis, scio nunq̃ comprobabis hic subesse tropum.

Iohan. 6

Mat. 26. & Luce. 22

Non sunt tropice dicta uerba, quibus cōsecramenta

¶ Ne sapientia diuini spiritus ei uideatur obesse fumis rem obtenebrat. Cap. XXX.



ET hic ampullosa sesquipedaliaq; uerba expecto, dicētium: Nunquid æternæ sapientiæ defuerunt uerba, q bus, qđ uolebat eloquereť, & qđ explanandū erat, non inuolueret? Nunqd spūs sanctus ad ferulas tanq̃ elementarius puer reuocandus? Nunqd parꝫ sobrius in cœna Chr̄us uerba confusanea ꝓtulit? Amici, iam dep̄cati sumꝰ contentōis impetū, nunc magis dep̄camur, ne blasphemi simꝰ in Chr̄m. Etem̄ de æterna sapientia nihil queri licet, nr̄am tarditatē, indignitatem, ac oscitantiam oportet deplorare, q tanto tp̄e uersamur cum Chro si tn̄ cū illo uersamur & nondum quid uelit deprehendimus.

OECOL. A

ROF. Qui uenit in mundū, ut fidē nr̄is pectoribus insereret, q tot modis eam cōfirmare studuit, q pollicitus est eandē haudquaq̃ defecturā, qui se p̄sto nobiscū ad consummationē usq; seculi futurū ꝓmisit, q deniq; spm̄ sanctū huc in terras ad nos demisit, ut nos in oēm duceret ueritatē, illū tu putas ecclesiā suā tantis errorꝫ tenebris inuolui tādiu fuisse passum (nimirꝫ ut creaturam uice creatoris adoraret, & sacro huic q̃d tibi nihil aliud q̃ panis ē, falso Chr̄m adesse crederet? Quid impie dubitas, ecclesiā cū Chro uersatā hactenus fuisse, cui tam fideliter asseuerauit se neutiq̃ defuturꝫ.

Iohan. 1 Luce. 22 Matth. 26 Iohan. 14. 16.

Matth. 28

OECO. Immerito conquerimur, nec turbare deberet, q̃d uerba Chri aliā sn̄iam à plerisq; rapiant. Nā si hoc moraľ, facile oēm scripturam sacram, qua abusi sunt hæretici, calūniabimur.

B

ROF. Aliud est Oecolāpadi suis erroribus paucos relinquere, & aliud uniuersam ecclesiā. Neq; em̄ ꝓmisit Chr̄s ut nemo deficeret in fide, sed toti ecclesiæ hoc ꝓmisit. Neq; est cuiq; pollicitꝰ,

Christus non relinquit ecclesiam in erroribus

Lucæ.22 ꝙ in omnẽ duceret ueritatẽ. Sed toti ecclĩæ. Nec deniq; spopõdit
Iohã.14.& 16 singulis, ut spũs ei suggereret oĩa quæcũq; prius docuisset Aplos.
Iohan.14 Sed toti ecclĩę spopõdit hoc ipm. Quare quũ istud uerbũ, hoc est
Matth.26. corp⁹ meũ, unũ ex pcipuis Chrĩ uerbis agnoscit, qũo pmisisset ec-
Matth.18 clesiã hui⁹ uerbi ueritatẽ ignorasse tamdiu? De hęreticis uero ꝙ in
Lucæ.17 tenebris hallucinant, nõ est mirũ quũ ipe pdixisset. Necesse ẽ ut ue
j.Corĩ.11 niant scãdala. Et Paul⁹ item ait: Oportet hæreses esse. Monet qn-
Ad Titum.3 etiam haud semel, idem Paulus, ut ab hæreticorũ errorib⁹ caueam⁹.
& alibi. Nos igit ex eo non obscure colligim⁹, uerũ Chrĩ corpus in euchari
stia esse, ꝙ hactenus ita credidisset ecclesia.

¶ Spiritum contendit ob id obscure fuisse locutum, ut daret nobis occasionem scrutandi Ca.XXXI.

OECOL. A On fuisset graue spũi sancto ita moderari uerba, ne alicubi ansam seducẽdi accipere potuissent, sed αἰνιγματικώτερα, nõnulla eẽ uoluit, ut uidẽtes nõ uiderẽt, & apocalypsis misericordiæ dei donũ cognosceret, non uult spũs sanctus ignauis ac supbis sed humilibus studiosisq; thesauros suos obtingere.

Supraca.8.D ROF. Recte, pfecto. Atq; ideo paulo supius te monuim⁹, ut istã animi tui deponeres elationẽ, qua tuũ uni⁹ iudiciũ tot sanctissimorũ simul & eruditissimorũ prm unanimi sniæ, pfers. Et sanè tu⁹ iste tã grauis lapsus cuiq; põt in exemplũ trahi, ne multitudine lrarũ insa-
Acto.26 niẽs plus q̃ par sit, altũ sapiat, Chrõq; grãs agat, nõ solũ p uitato p-
Rom.11 cipitio: uerũ etiam p uerbi reuelatione, cui tam certo credit.

B OECO. Quocirca & sapiens dicit: Si sapiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuũ prudẽtiæ, si quæsieris eam, quasi pecuniã, & sicut thesauros effoderis eã, tũc intelliges timorẽ dei, & sciam dei inuenies. Vides quib⁹ uerbis ad studiũ hortat, ut intelligam⁹, & sciẽtiam inueniamus? uult inuocare, inclinari, quærere & effodere.

Veteres summopere quæsierunt sacramentum modis omnibus Oecolampadius solus iusti⁹ aspnat oẽs

ROF. Cur te non pudet hæc recẽsere? An existimas neminẽ è maiorib⁹ nrĩs ita fecisse. Nũ Basiliũ, Chrysostomũ, Athanasiũ, Cyrillũ, Cyprianũ, Hieronymũ, Ambrosiũ, Augustinũ, & cæteros in his nõ crebri⁹ exercuisse se putas? Tu sol⁹ efficaciter inuocasti, tu sol⁹ cor humiliasti, tu sol⁹ diligẽter q̃sisti, & multis effodisti laborib⁹ uerbi sensum? Illorũ. pces nihil ad tuas. Illorũ humilitas si cũ tua cõferat, supbia fuit, Illorũ diligẽtia laborẽq; si cũ tuis cõponant

nulli⁹

nulli⁹ erãt mométi? An nõ istis uel tãtillũ assentire maxîa mẽtis ela
OEC. Sic & dñs admonuit dicẽs: scrutamini scripturas. (tio ẽ? C
ROF. Nihil hic aliud tibi rñdebo q̃ qđ Tertullian⁹ cũ eẽt adhuc Tertullan⁹ in
sanæ mẽtis, li. de p̃scriptõib⁹ hæreticoꝶ huic obiectõi rñdit. Ibi liq hæresim pro-
do mõstrat, q̃adusq; scrutandũ & q̃rendũ nobis erit. Vnũ (inqt) & lapsus.
certũ aliqd institutũ ẽ à Chr̃o, ꝙ credere oĩni mõ natões debeãt, & Iohan. 5.
idcirco quærere, ut possint quũ inuenerint credere. Vni⁹ porrò &
cæteri instituti infinita inqsitio non põt esse. Quærendũ est donec Ecclesia hab;
inuenias, & credendũ ubi inueneris, & nihil ampli⁹ nisi custodien- multa perqui
dũ qđ credidisti. Dũ insup credis, aliud nõ eẽ credẽdũ. Ideoq; nec rere
requirendũ, quũ id inueneris, & credideris, qđ ab eo institutũ est.
Ecce iã audisti quaten⁹ ecc̃liæ, q̃ ex natõib⁹ uocata est quærẽdũ sit.
Primo, quærendũ eẽ dicit qd à Chr̃o fuisset institutũ. Et istud suffi
ciẽter indagatũ eẽ, nõ inficiaberis opinor. Subinde q̊ fine q̃rẽdũ eẽ
docet: nimiꝶ ut quũ inuenerit ecc̃l'ia certo credat. Ego certe, nihil
ambigo quin ecc̃l'ia q̃siisset hui⁹ uerbi sensum, & eundẽ inuenisset.
Quare iam nihil superest, nisi ut credat qđ inuenit & custodiat hoc Abecclesia re-
ip̃m qđ credendũ inuenerit, credatq; nõ aliud eẽ credendũ, sed ne cepta nõ sunt
q; requirendũ. Postq̃ semel inuenerit, & crediderit hocipsum, qđ à ad disputatio
Chr̃o fuerat institutũ. Et maxime quũ uni⁹ & certi cuiusdã instituti nem reuocan
nõ p̃t ĩfinita iqsitio forè. Quũ igit̃ ecc̃lię p diligẽtissimã excussionẽ da
satis notũ sit, qd fuerit ĩstitutũ à chr̃o, & eadẽ ĩuenerit hui⁹ uerbi sen
sum, inuentũq; crediderit, & docuerit itidẽ credẽdũ iam tibi p̃scri-
ptũ est hæretice, ne deinceps aliud quæras: alioq nullus erit quærẽ
di finis. Sed ut idẽ Tertullian⁹ paulo post ait: Semp quærem⁹ & nun
q̃ oĩno credemus. Vbi eñ erit finis quærẽdi? ubi statio credẽdi? Hæretici oẽs
ubi expunctio inueniẽdi? Apud Marcionẽ? Sed & Valẽtinus p- asserunt scri-
ponit: Quærite & inuenietis. Apud Valentinũ? Sed & Apelles, pturas scrutã
hac me pnũciatõe pulsauit. Et Hebiõ & Simon, & oẽs ex ordine, das.
nõ hñt aliud q̃ se mihi insinuãtes me sibi abducãt. Hæc illos fecisse Hæretici no-
Tertullian⁹ affirmat. Idẽ & uos iam facitis: Wiclefus nõ cõtẽt⁹ ec- ui noua inda
clesiæ fide, quæsiuit aliud, quod de eucharistia crederet. Post hũc gant.
Lutherus adhuc & aliud à wiclefo quæsiuit credendum. Et tu
post Lutherum aliud quæri iubes, quod credatur. Et qui scis, quin
præter uos, adhuc alius surrecturus sit, qui diuersum etiam à tuo
sensu, quæren dum & credendum iubeat.

D OECO. Itaq; nihil Chřo improperari licet: sed nřæ oscitãtiæ crimen fateri debemus. Quis arguit deũ, qđ in montibus uenas ar gẽti abscõderit? Quis arguit sapientẽ, qđ eius parabolas stulti non intelligũt, maxime si subsannet, & tũc quũ sermonẽ illis attẽperat.

Zelus autoris — ROF. Abeas in malã crucẽ. Quis alius ꝑter teipm Chřo im properat. Nos Chři uerbũ & sensum exosculamur. Et qsqs diuer

Mat. jj — sum quærit, ipe ꝑbet occasionẽ improperandi Chřo. Nos, ꝑ comp

Lucæ. jo — tissimo tenemus, Chřm huius uerbi sensum ecclesię suæ reuelasse, nec abscondisse paruulis suis, quoꝝ tanta nos antecessit multitudo ut nemo facilius eam numerare possit, q̃ arenã quæ iacet in littore maris. Te igit qua rõne putas illũ (q de tenebris ecclesiã in admira bile lumen suũ uocauit) abscõdisse ei sensum huius uerbi, qđ ꝑ cæteris pluribus creditu cum primis necessariũ est.

E OECO. Igitur qui talia obijcitis, patiamini primum, ut germanum sensum teneamus.

Supra capite secundo C. & in libro asser tionum. — ROF. Quasi adhuc germanũ sensum ecclesia Chři non accepisset, sed i errore tam horrendo ꝑ tot annoꝝ curricula, miserrime iacuisset. Id quod opinor abunde monstrauimus, credibile non es

Matth. 28 — se, & maxime propter Christi pollicitationem, atq; spiritus sancti

Iohan. 14. 16 — continuam in ecclesia præsentiam.

F OECOLAM. Et si à uerbis nos discessisse comprobabitis, ξιφάσπιδας uocate.

ROF. Vtinã adhuc talis esses, q abiecto clipeo fugeres, tum aliqua certe spes esset resipiscentiæ tuæ, sed planè ꝑtinacissimo ani mo es, & in hac diabolica hæresi tua cõfirmatissimo, ut omino sciã

Ad Titum, 3. — terga te datuꝝ nunq̃. ꝓpter hoc & Paulus recte cõmonuit, ut sectarum authorẽ hoiem, post unã & alterã admonitionẽ, euitaremus, uelut inemendabilem. ξιφάσπιν, autẽ non uocabimus te: sed ξιφοκίνδυνον potius. Nam in barathrum discriminosissimũ teipsum præcipitasti unde te reuocabit nemo.

G OECO. Si curiosiores fuerimus, ingratos dicite.

Prouerbi. 25 Qui scrutator ẽ maiesta t s & cæte. — ROF. Certe nimia tua curiositas, ad tantã erga deũ ingratitudinem aduxit te, ut merito iam ab eius gratia destituaris. Quo fit, ut in mysteriorũ agnitione, non minus q̃ talpa cęcutias. Nã & in ipsis

Rom. j — Chři uerbis, & in sanctorum patrum scriptis, usq; adeo nunc deliras, ut manifestissimũ sit diuinam iram in te deseuire

Oeco

H

OECOL. Si non eam quam oportet fidem confitemur, hæ-reticos, clamate.

Peior quouis hæretico est Oecolampadius

ROF. Quid op⁹ ē, ut nos ita clamem⁹, Ipsa tua scripta passim hoc clamitāt. In tm̄ equidē erroꝶ barathrum demersus es, ut iam leuis putet hæretici nomēclatura, si cū tua ꝑfidia conferat. Vbiq; negas ueꝶ Chr̄i corpus, & ueꝶ eius sanguinem, in eucharistia contineri. Chr̄i ỽba cōtra cōem toti⁹ eccl'iæ fidē interꝑtaris, & tñ ipudēter affirmas te fidem eam, quā oportet, confiteri. Perinde ac si diuersæ fides essent, quum Paulo tantum una sit fides: unus (inquit) domin⁹ una fides. Quod si fides unica sit, nihil tibi cum fide, qui, quę communi fidei repugnantia sunt, apertissime doces.

Ephe. 4.

I

OECO. Iudicateq; quemadmodum ipsi iudicari uelletis.

ROF. Ego ꝓfecto si meipm̄ agnoscerē tam exiciosam luē & pestē aīaꝶ, atq; te eē nō dubito, uel arceri meipm̄ paterer à cęteris Chr̄ianis, ne mea cogitatiōe, Chr̄i gregē adhuc amplius inficerē, uel si istud nihil ꝓdesset, eccl'iæ iudicio me prorsus ꝑmitterē, ut qc qd ip̄a decreuerit, subirē in remissionē pc̄tōꝶ. Nā haud dubie pro his aīab⁹ quas hoc pestifero tuo dogmate corrupuisti, Chr̄o q p̄cio sui sanguinis eas redemit, rōnē aliqn̄ satis exactā redditurus es.

Gala. 5.
I. Petr. I.

OECOL. Tantum, ne ita ad literam urgete, ut moribus Scythæ, sensu pueri, imò stipites efficiamur.

K

ROF. Quasi p̄res om̄es qui nos p̄cesserunt, & ueram Chr̄i carnem, ac sanguinē sub eucharistia delitescere crediderunt, moribus fuissent Scythæ, sensu pueri, imò stipites absq; sensu. O deus immortalis, q̄ diu tolerabis huius hoīs amentissimū sup̄ciliū, & sup̄bissimā amentiā? Ipsa ꝓfecto l'ra ad quā te inuitamus, sp̄ūs & uita est. At horum te participem fieri, non sinit mens ista reproba, in quam iustus deus iustissime te tradidit.

Exclamatio
Iohan. 6
Rom. I

OECO. Res enim uobis cum Christianis est.

L

ROF. Haud aliter tibi certe cū Chr̄ianis res est, q̄ Turcæ, q̄ Iudæo, q̄ q; cęteris Chr̄i malignissimis hostibus. Nihil em̄ cum republica Chr̄iana tibi qcq̄ cōmercij est. Si Chr̄ian⁹ esses, nō sic abutereris ueteꝶ testimonijs in Chr̄ianoꝶ ꝑnitiē. Pōt utiq; lector ex his, quib⁹ hacten⁹ usus es, subdolis conatib⁹ palā intelligere qui sis. An nō apertū est Augustinū abs te mutilatū esse, pariter & Chrysostomū. Nā sic trūcatim utrūq; recēsuisti, ut quæ rē patefecissent

A ueteribus discessit Oecolampadius

Supra ca. 8. E.

Sup. ca. 25. D praetermisisti penitus. Sed & longe aliter q̃ unq̃ illi cogitabant, scri
Supra ca. 13. E pta eorum interp̃tatus es. Ambrosii quinetiã libros (nimirum qđ aptissi
me tibi reluctant) impudẽter negas illius fuisse: quũ tñ Augustin'
Supr. ca. 11. A dilucide testet eiusmodi libros ab illo fuisse scriptos. Adde q̃ scri-
Supra ca. 8. p ptura Salomonis manifeste pperã abusus etiam sis ad sensum tuũ.
totum, & capi Quot pollicitatões in mediũ attulisti, quarum ne unam quidem p̃sti-
te. 9. ac alibi. teris hactenus. Quanto deniq; molimine corraseris undiq;, quicqd extenuare possit huius diuinissimi sacramẽti dignitatẽ, & tñ (si dijs placet) haberi uis Christianus. Sed hic finem imponemus huic primo libello. Nam in sequentibus multo sceleratiora lector abs te scripta comperiet.

FINIS LIBRI PRIMI.

PROOEMIVM SECVNDI LIBRI, EX NOMINIBVS VAriis eucharistiae statuit eius excellẽtia: nihil'q; repugnare docet, ut sit simul & res & figura.

A

Attributa dei non explicãt naturam eius

Sacramentũ non sufficienter insinuari potest



Ametsi multis uarijsq; nominibus appelletur deus, (quẽadmodũ in libro de diuinis noĩbus Dionysi' tradidit) minime tñ fit, ut tam uaria tamq; multiplici nominũ uarietate sufficiẽter nobis explicet tantae maiestatis, ptãtis, sapiae, benignitatis, abyssus. Ita pariter & id qđ in altari colimus, tametsi multis uarijsq; nomenclaturis cognominatũ sit, non tñ abunde satis exprimit, & euiscerat his oĩbus illud pelagus diuitiarum quae nobis inde pmanant. Vocat eñ corp' dñi, atq; id quidem non ab authoribus mõ: uerum etiam in scripturis.
1. Cor. 11 Paulus eñ ita uocat non semel, etiam edoctus ab ipso dño quem-
Matth. 26 admodũ ipse testat. Postq̃ eñ à Chro semel audiuerit: Hoc est cor-
ROF. Et isti qdem parũ prudenter imaginati sunt. Sed tu lõge impudẽtius, q ex hoc moliris, nõ aliter in eucharistia Chr̃m esse, q̃ erat Iohannes ipsius uirginis filius. Nam cuius mulieris ipẽ Iohan nes filius esset, non semel in euangelio declarat. Quamobrem quũ in ipsis euangeliis id satis apte traditũ sit, palàm est non hoc egisse Chr̃m, ut uel ipã uirgo naturalis mater esset Iohannis, aut uicissim Iohannes naturalis filius ipsius uirginis. Sed neq; Christus asseruit Iohannẽ esse Mariæ filium, sed tantum dixit: Ecce filius tuus, hoc est, habeas eum loco filij. Circumstantiæ scripturarũ qd ipsæ scripturæ sibi uelint satis luculenter insinuãt. Iohan. j9 Mat. 4. Matth. 20 Mar. 10. & alibi Iohan. j9 L

OECO. Quando Chr̃us dicit: Qui minor est in regno cœlorũ maior est illo, nunquid mentitus est, se enim minorem uocat, quia minor apparebat, reuera maior? Quomodo minor est maior? Mat. jj.

ROF. Ex ipsis scripturarũ circumstantijs facile deprehenditur Chr̃m haudquaq̃ re ipsa minorem Iohanne fuisse, sed longe maiorem, quũ esset uere filius dei, atq; ita uarijs indicijs pspicue declaratus. Quamobrem & hic urgent ipse circũstantiæ, quatenus alium sensum q̃ramus, ut uidelicet ĩtelligam⁹ Chr̃m, queãmodũ Chrysostomus docet, ætate, & multorũ opiniõe, minorem esse, non absolute minorem. Cæterũ in nostro negotio (ut sæpius testati sumus) ipsæ circũstantiæ docent, Christum de ueritate sui corporis locutum, quum dixit: Hoc est corpus meum. Mat. 26 Lucæ. 22 M

OECO. Et dum dicit: Om̃i hñti dabitur, & ab eo q nõ habet, etiã quod habet, auferetur. Qũo quis habet qđ non habet? nisi qđ figuram gerat habentis? Sed plena tropis illis est scriptura.

ROF. Hunc Matthæi locum alius euangelista satis explicat, nempe Lucas quum dicit: Quisquis em̃ habet, dabit̃ illi, & quicunq; non habet, etiam quod putat se habere, auferet̃ ab illo. Cęterum in re nostra nemo discrepat. Sed Matthæus, Marcus, Lucas, etiã Paulus, post Chr̃i ascensionem ab ipso Chr̃o doctus, omnes concorditer affirmant dixisse Chr̃m: Hoc est corpus meum. Et quid si tropus plena sit scriptura, num propterea non uacabit à tropo locus iste? Hæccine tibi uisa est iusta consensio? Mat. 25 Lucæ. 8 Mat. 26 Mar. 14 Lucæ. 22 j. Corũ. jj

¶ Arguitur non seruatę pollicitationis, & ad alias friuolas argutias respondetur. Ca. V.

OECOL. A 
Vid igit tā insolitū, si et de pane dicat, q̄ sit corp⁹ Chri, quū tam multa sunt, ꝑpter quæ sic dici cōueniat, frangit panis, ut corpus pascat. Occidit corpus Chri, ut animā pascat. Panis è terra est: & corpus Chri è terra. In pane uita corpalis sustentat: in ꝓmissionibus p Iesum Chrm uita æterna animæ datur. Atq; ob has & alias similitudines, quid noui fuerit, dicere panem corpus?

Nō p̄stat quę pollicitus est.

ROF. His argutiolis, capta, si poteris, stolidā plębeculā. Nos uero tm̄ abest, ut istiusmodi nugis irretias, ut multo magis impietas tua nobis elucescat, quæ quū pollicita sit, tam solidas afferre ꝓbationes, nihil tn̄ p̄ter araneoꝝ telas ꝓducis, quibus tam pestilentē hæresim statuas. Nullū omnino cibi genus est, q̄d ego nō simili quadam argutia cōprobabo Chrm esse. Etiā si pomū q̄dlibet on̄deris. In frusta pomū scindit, ut corpus pascat. Occidit Chrus ut animā pascat. Pomū è terra ꝓdit, & Chrus è terra. In pomo uita corpalis sustentat. In ꝓmissionibus p Iesum Chrm uita æterna animæ dat. Atq; ob has & alias silitudines qd noui fuerit dicere pomū eē corpus Chri? Sic impie ludendū putas cum uerbis Christi?

B OECO. Tantū em̄ erat dicere: Ecce corpus, q̄d ꝓ uobis tradit animæ uestræ cibus & panis erit. Sicut aūt accipitis & comeditis panē: ita & corpus meū spirituali mō manducate, memoriā & grārum actionē mortis eius fideliter seruantes.

Cōtra scripturas nemini credendum Iohan. 6.

ROF. Sic tu cōtendis hūc locū enarrari debere. Veꝝ istud dicis tm̄, nō itē ꝓbas. Sępi⁹ antea sum⁹ testati nō eē tibi citra solidissimas ꝓbatōes in hac re fidē adhibēdā, p̄sertim contra tam apertas et tam euidentes scripturas, etiā testimoniis tot prm, & totius ecclīæ cōsensu corroboratas. Si nō ante pluribus sup eiusmodi cibo disseruisset Chrs. Si non multis è discipulis suis adeo difficilis creditu sermo eius uidebat, ut penitus eū deseruissent. Deniq; si nō ante fuisset pollicitus, se datuꝝ eiusmodi panē, qui foret eius caro, simplicioribus forte qbusdā facilius imponeres, at nobis q tot modis animos aploꝝ suoꝝ ad huiusce rei fidē, eum assuefecisse nouimus: frustra tantas imponere, frustra em̄ (ut Salomō ait) rete iacit ante oculos pēnatoꝝ, anathema sit, q tantā Chri ꝓnitit imminuere charitatē qua seipm nobis in cibū præbuisse testatus est.

C OECO. Qui se alibi lucem, uitē, fontem aquæ uiuæ dixit, qd mirū

mirum, si & per panem symbolo omniũ aptissimo & maxime ido neo, & in scripturis præsignato cognosci uoluit?

ROF. Nusquã se uocauit Chrus, aut lucẽ, aut uitem, aut fontẽ corpalem, dic mihi, ubi unq̃ affirmauit se lucẽ hanc, aut illã corpa lem esse. Vbi uitem hanc aut illã corpalem, ubi fontẽ hũc, aut illũ corpalem. Sed & qñ se panẽ appellauit sicut & aliquoties fecit, di cens: Ego sum panis uitæ, & pr̃ meus dat uobis panẽ de cęlo uerũ, nõ de corpali pane, sed de spũali quodã itellexit. Cęterũ quũ dictu rus esset ista uerba, de qbus conflictatio pñs agit, triticeũ panẽ ac cepit in manus, eundẽq; potentissima sua bñdictiõe cõuertit in suũ corpus, cõuersumq; uero dedit apl'is suis, dicẽs: Accipite & mãdu cate ex hoc omnes, hoc est corpus meum. Quare de luce, uite, fon te nihil similitudinis est ad locum istum? Iohan. 8. Iohan. 15. Iohan. 4. Iohan. 6. Matth. 26. Mar. 4. & Lucę. 22.

¶ Absurda multa sequuntur, si tropum in his ver bis admiserimus. Ca. VI.

OECOL. A ROFFEN.



AT uerentur, si hic assumamus tropum, periculũ, ne oĩa quæ fidei sunt, semel euertamus.

Quisquis attente secũ pensat, ex q̃ tenuibus ansulis occasionẽ errandi sumpserint hęretici, iure metuet eius modi periculũ, hoc est, ne semel euertamus oĩa, quæ sunt fidei, si tropos admittamus ubi nulla nos ad hoc adigit scripturæ circũstã tia, quanto magis ubi ipsa repugnat, quemadmodũ haud dubie fit in illis scripturæ uerbis quæ tractamus. In illis palã est nullã circũ stantiã exigere tropũ, sed oĩa prorsus quadrant ꝓ simplici uerbo rum cõtextu, & maxime, ꝙ agnũ antea paschalẽ edissent, q fuerat figura corpis passuri. Quid eñ iam opus esset alia figura, & nõ ma gis ipa ueritas corpis, q̃ p tot figuras ante p̃signata fuit exhiberet. Nã si q̃d tunc porrexit apl'is fuisset sola figura, qd tum interfuisset îter paschalẽ agnũ, & panẽ illũ qñquidẽ uterq; significabat Chr̃m passurũ? Neq; eñ figura fuerat Chr̃i passi, sed passuri. Nihil est q̃d opponas in quo præstiterit hoc sacr̃m agno paschali, quũ utrunq; figura sola fuerat Chr̃i & utrũq; significabat Chr̃m q passurus fue rat. Cæterũ pollicitatio Chr̃i, qua pridẽ apl'is recepit se daturũ pa nẽ qui foret eius caro, planè repugnat, ut hic tropũ aliquẽ quæra mus, & nõ magis ipam corpis ueritatẽ, quemadmodũ enũciat ipsa Christi uerba, quum dixerit: Hoc est corpus meum. Matth. 26. Lucę. 22. Iohan. 6. Matth. 26. Lucę. 22.

B OECO. Et dũ dicit deus: Ego sum deꝰ, significari dicamꝰ deũ & nõ ipm deũ. Et si audiãt, ego sum resurrectio & uita, discãt figurã resurrectõis. Et ne pr̃e attestante, hic est dilectus filius meus, in quo mihi complacui, inducatur adoptatiuus filius & nõ naturalis.

Iohã.10 ROF. Præter hos locos, innumeri sunt & alij, de qbus maius

Error Arrianorum. periculũ imminet, ut est istud: Ego & pr̃ unũ sumus. Hic certe metui potest, ne si tropos tales admiserimus, dicturi sint Arriani, non uerã & cõsubstantialẽ esse pr̃is & filij, sed figuratã dũtaxat unitatẽ. Nam & illi, uerbũ cõsubstantialitatis irridebãt, quẽadmodũ & uos facere soletis de uerbo transubstantiatõis. Et istud itẽ pari mõ cauillabant, quũ dicimus: deus erat uerbũ. Contendẽt hic subesse tropum, & uerbũ ipm nõ eẽ uere deũ. Similiter & istud Marcionistę:

Iohã.1 Verbum caro factũ est, nõ ibi uerã carnẽ intelligi, sed figuratã asserent, imò nullũ scripturæ testimoniũ orthodoxus afferet, quod hęreticus hac ratione non facillime diluet. Nec istud dixerim ꝙ omi-

Iohan.1 no damnẽ tropos, sed ꝙ nõ censeã eos admittendos, nisi quũ id urgeant manifeste scripturaꝶ circũstantiæ. Quod hic tantum abest, ut accidat, ut etiam dilucide repugnent.

¶ Quędam interesse notantur inter ueteres figuras & huius sacramenti ueritatem. Ca. VII.

OECOL. A  Frustra, frustra, metuitis & suspicamini, nisi hoc & i alijs locis metuatis. Sed absq; formidine huius periculi exponit: Petra erat Chr̃us, petrã significasse Chr̃m, quũ tantum per omnia eadem ratio sit.

Su,li.2.c.1.A ROF. Respondi tibi superius nõ hoc dixisse Paulũ, de ipa mola saxea, sed de spũali petra. Nã ubi dixisset. Bibebãt aũt de spirituali quæ comitabat eos petra, ꝓtinus subdit: Petra aũt erat Christus.

1.Corꝶ.10 Quare manifestũ est, de spũali petra, Paulũ hoc affirmasse nõ de petra corporali. Neq; negauerim tñ petram illam corporeã, figuram fuisse Chr̃i, sicut & manna, & aq̃ ipsa, figuræ quædam fuerãt.

Exo.16 Nemo tñ recte asseruerit mãna fuisse corpꝰ Chr̃i, aut aquã illã fu-

Exo.17 isse Christi sanguinem, quemadmodũ de sacramento cuncti fatentur orthodoxi. Et istud diligentius obserua lector. Sed neq; om̃es qui manna comederunt, aut aquam illam biberunt, quocunq; modo, rei fuerunt corporis & sanguinis dñi. Adde ꝙ nemo uel petrã ipsam, uel mãna, uel aquam ex petra manantem, recte adorasset.

Euchari

Euchariſtiam tamē adorare tenemur, ſicut Auguſtinus perſpicue docet Pſalmo.98. Nec mihi dixeris Auguſtinū intelligere de petra corporali: Ego certe nemini libentius q̄ Auguſtino ſubſcripſerim. Sed quoniam tecum ago, qui ſcripturis innitendum tantopere contendis, quū ſcriptura tam aperta ſit, etiam Chryſoſtomo grę co conſentiente, quid tu mihi latinum autorem obijcis, quem paulo ſuperius de linguarum imperitia, nō ſine ſupcilio taxaras. Euchariſtia adoranda eſt Auguſtinus. Su.li.j.c.8.D

OECO. Et tā abſurdū fuerit dicere, corpus Chri in pane, q̄ uerū Chrm in lapide, & ſpiritnm ſanctum in columba. B

ROF. Tria longe diſparia ſub uno ſilitudinis cōtextu ſycophā tice copulas. Sed nos ea ſeparabimus. Primū in euchariſtia, ſubſtā tiam panis manere diffitemur. Nuſquā em̄ legis, hic panis eſt corpus meū, ſed hoc eſt corpus meū. Quū em̄ ex pane fit ſacrm, ſubſtā tia ipſius panis in Chriſti corpus mutat, quemadmodum ex Chryſoſtomo, Cyrilloq; ſupra docuimus, & manet ſola ſpecies panis, ſub qua Chrm adeſſe nemo orthodoxus dubitat. Cæterum, lapidem ipſum, neq; Chriſtū eſſe, neq; ipſum cōtinere, ſed tantum ipſius figuram eſſe, quis non intelligit, Columbam deniq; ſignum & figuram ſpiritus confitemur, non quidē abſentis, ſed ſub eiuſmodi corporali ſpecie comparentis, quam rem dilucide ſcriptura teſtat Lucæ tertio: Apertum eſt cęlum & deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie quaſi columba in ipm: nēpe Chrm. Quis iam dixerit abſurdum eſſe ſpiritum ſanctum fuiſſe ſub corporali ſpecie, quando Lucas id tam pſpicue referat? Nec eſt ut dicas, hic ,p ſigno ſignatum accipi Nam id ſi uerum eſſet, ita legere licebit. Apertum fuit cęlum, & columba deſcēdit corpali ſpecie, tanq̄ columba Quid hoc abſurdius? Nec inficior tamē, quin columba ipſa fuiſſet figura ſpiritus, ſed inexiſtentis (ut dixi) ſub corporali illa ſpecie, & eadem utētis, uelut iudicio ſui. Recipio quoq; colūbam ipſam dici poſſe ſpiritum, quemadmodum Auguſtinus antea citatus, ait: Veruntamē ſi quis diligentius obſeruet ſcripturas, intelliget eas multo cautius loqui. Neq; em̄ hic dicit, q ſpūs ipſa columba fuerat ſed tanq̄ colūba. Habes igitur quid in quouis illorum trium nos abſurdum eſſe putamus, & quid ſecus. Panis non remanet in euchariſtia Matth. 26 Lucæ. 22 Li.1.ca.25. A 1.Col.10 Mat.3 Mar.1 Lucæ.3 Iohan.1 Columba fuit figura ſpiritus ſancti. Su.li.2.c.4.B

¶ Diſſoluūtur Pauli & Auguſt. uerba de eſu ſpūali, quē nobis cū Iudęis coīonē, aduerſarius affirmat. Ca.VIII.

Cogit

OECOL. A  Ogit eñ Paulus, ut fateamur asserere eundem spiritualem cibum fuisse patribus, qui & nobis est, & petram illis fuisse Christum.

ROFFEN. Sed spirituale ipsum, de quo Paulus intelligit, varios habet gradus. Nã & si quiq; Christiani participes esse dicant diuini spũs, non tñ eodẽ gradu spm̃ ipm cuncti participant. Sic sanè plurimũ interest inter nos qui sumimus eucharistiã, & illos qui nõ nisi manna comederũt. Veꝝ quidem est, tam nos q̃ illos fide Christũ edere, & bibere. Nos tñ pleniorẽ esum & haustum de Chr̃o sumimus, qui Chr̃i corpus edimus, & sanguinẽ eius bibimus in eucharistia. Manna quidẽ tametsi figura fuisset Chr̃i, non tñ fuit Chr̃us, neq; præstitit edentibus uitã. At eucharistia, quæ ꝑ manna significabat Chr̃m ipm continet, & uitam præstat. Quod & Augustinus aperte tradit, inquiens: Dñm audiamus nõ quidẽ hoc de sacr̃o lauacri dicentẽ, sed de sacr̃o sanctæ mensæ suæ. Nisi manducaueritis carnẽ meã, & biberitis sanguinẽ meũ, non habebitis uitã in uobis. Quid ultra quærimus? Quid ad hoc rñdere poterunt, nisi ꝑtinacia pugnaces neruos aduersus constantiã ꝑspicuæ ueritatis intendat? Hoc Augustinus lib. I. de peccatoꝝ meritis & remissione: Ecce habes, dicta fuisse hæc uerba Christi de sacramento suæ mensę in quo nisi quis ederit eius carnẽ, & biberit eius sanguinẽ uitã habere non possit. Et paulo post subdit: Nisi om̃es ista sn̄ia teneat ut sine corpe & sanguine filij hoĩs uitã habere nõ possint, frustra etiã ætas maior id curat. Potest eñ si nõ uoluntatẽ, sed uerba loquẽtis attendis, eis solis uideri dictũ quibus tunc dñs loquebať, quia non ait: Qui nõ manducauerit, sed si nõ manducaueritis. Et ubi est q̃d eodẽ loco de hac ipsa re ait: Panis quẽ ego dedero, caro mea est, ꝓ mundi uita. Scd̃m hoc eñ ad nos ꝑtinere illud sacramentũ intelligimus, qui tunc nondũ fuimus, qñ ista dicebat. Quia nõ possumus dicere nos ad seculum non ꝑtinere, ꝓ cuius uita Christus suã carnẽ dedit. Hactenus Augustinus: Palã est igiť hoc sacramentũ, quum ediť abundantiorẽ p̃stare uitã, q̃ potuit unq̃ p̃stare manna. Quãobrem & altiori quodã gradu Chr̃us in hoc sacr̃o manducať à Christianis, q̃ olim à Iudæis dum ederent ipsi manna.

Discrimen inter eucharistiam & manna

Augustin⁹

Iohan. 6

Augustinus

Iohan. 6

B OECO. Vnde Augustinus lib. de utilitate agendæ pœnitentiæ ait: breuiter ego dixerim: Quicũq; in mãna Chr̃m intellexerũt

eun-

eundem quem nos cibum spūalem manducauerunt. Quicūq; aūt de manna solā saturitatē quęsiert, pr̄es īfideliū, mādūcauert, & mortui sunt: sic etiā eundem potū. Petra em̄ Chr̄s: eundē ergo potum quē nos, sed spūalem. i. q̄ fide capiebat, nō q̄ corpe hauriebatur.

ROF. Hæc in eo libro dixisse Augu. nō inficior. Sed ex eodē libro si candidus fuisses, q̄d inter māna, quo Iudęi pasti sunt, & corpus Chr̄i, q̄ nos uescimur intersit: dilucide dep̄hēdere potuisses. Sic em̄ aliquāto post hęc uerba de māna loquit. Sicut aūt Iesus ille nō uerus, sed figuratus, ita etiā terra p̄missiōis illa nō uera, sed figurata. Illa em̄ pp̄lo primo tp̄alis fuit, nobis v̄o q̄ p̄missa ē æterna erit. sed figuris temporalibus p̄mittebant, & prænunciabant æterna. Sicut ergo ille nō uerus Iesus, nec illa terra p̄missiōis uera, sed figuratā, ita māna nō cib⁹ uere cęlestis, sed figurat⁹, in petra illa nō uere Chr̄s, sed figurat⁹ & sic oīa. Hacten⁹ ille. Et p̄ter hęc etiā an̄ p̄dicta v̄ba sic dicit. Māna (inq̄t) de cęlo apte ab ip̄o dn̄o exponit. Patres uestri mādūcauerūt (inq̄t) māna in heremo, & mortui sunt. Qn̄ em̄ uiuerēt? Figura em̄ p̄nunciare uitā posset, uita eē nō posset. Mādūcauerūt (inq̄t) māna & mortui sunt. i. māna, q̄d mādūcauerūt nō illos potuit de morte liberare. Nō q̄a ip̄m māna mors eis fuit, sed q̄a à morte nō liberauit. Ille em̄ liberatur⁹ erat à morte, q̄ p̄ māna figurabat, de cęlo certe māna ueniebat Attēde quē figurabat: Ego sum (inq̄t) panis uiuus q̄ de cœlo descēdi. Hæc Augu. Figurabat igit māna Chr̄m in eucharistia. Q̄d aptius adhuc tradit libro q̄stionū ueteris & noui testamēti q̄st. 65. Māna (inq̄t) typus ē escæ spūalis, q̄ resurrectiōe dn̄i ueritas facta ē in eucharistiæ mysterio. Tm̄ igit inter māna & eucharistiā, quantū inter figurā & ueritatē interest.

Differētia inter manna & eucharistiam Augustinus libro primo de agen. pœnitentiam

Iohan. 6

Manna nō p̄seruauit a morte Iohan. 6

Augustinus

OECO. Suffecisset alioqui dicere spiritalē cibū, sed dicit eūdē. Si igit illic nihil periculi, q̄d tam meticulosi hic estis? C

ROF. Quotq̄t erāt inter Iudæos pij, Chr̄m fide receperūt, & spiritalr. Neq; tn̄ istud eis esus mānæ pręstitit, sed fides Chr̄i uētūri Nos v̄o chr̄iani, q̄ chr̄m uenisse credi⁹, & ip̄m sese nob̄ in hoc sacr̄o p̄buisse, p̄ter hoc, q̄ fide Chr̄m spiritalr edim⁹ eodē etiā corpalr uescimur. Atq; istud hoc sacr̄m suapte v̄tute nob̄ exhibet Cōuenim⁹ igr̄ i altero cū Iudęis, q̄ eūdē cibū spūalē utriq; sumim⁹. Vere i altero lōge p̄cellim⁹ eis: nēpe q̄ nos in eucharistia corpalr Chr̄o pascimur, illi in māna tm̄ spūaliter. Q̄ aūt ais nihil subesse p̄iculi tibi nō

Aliter pascimur eucha. q̄ Iudæi manna

Gene. 3

magis credendũ, q̃ olim Euã serpẽti credere debuisse putamus.

¶ Memorantur complures pollicitationes ante factę, quibus necdum pręstitis, alias impudenter adijciat. Ca. IX.

OECOL. A



Xpectate aũt paulisper, & cognoscetis multa absurda si aliter, & sicut uos interp̃tari fuerimus, quę in obiectis sermonibus nemo formidaret Christianus.

ROFFEN. Lib. j. ca. 8. A Semp gloriose polliceris at nihil p̃stas eorũ q̃ pollicitus fueras. Multo iusti⁹ faceres, si te ueterib⁹ pollicitatõib⁹ pri⁹ absolueres, q̃ teip̃m ad hũc modũ alijs nouis onerares. Nõdũ eñ insaniã tuã purgasti, qđ principio fueras pollicit⁹ Adhuc tibi reclamat

Li. j. cap. 9. A Augu. quẽ in ipso limine, tibi fauere te docturũ, pmiseras. Spopõ

Li. z. cap. 3 A deras etiã te ,pbaturũ nullũ i eucharistia miraculũ fieri, q̃d adhuc minime p̃stitisti. Receperas te certo cõmonstraturũ uerbis illis dñicis tropũ subesse, qđ necdũ fecisti, nec factur⁹ es unq̃. Et tñ istis alia superaddere nõ te pudet, quæ nihilo magis exhibebis q̃ priora.

B OECO. Iam quod in plęri[illegible] exemplis adductis desyderatur uerum est, nihil refert. Nam & Lucas in benedictione calicis non dicit: Hoc est poculum, sed hoc poculum.

ROF. Si qs aduertat quãta cautõe, q̃ntaq; circũspectõe spũs in

Li. z. ca. 7. B scripturis loquat, p̃spiciet equidẽ referre plurimũ. Nam (ut supra diximus) nusquã dicit sp̃m ip̃m esse colũbã, sed tanq̃ columbã, neq; ip̃m ignẽ illũ uisibilẽ fuisse, sed tanq̃ ignẽ, neq; Chr̃m fuisse petrã

Li. j. cap z. A illã corp̃alẽ, sed sp̃ualẽ q̃ Iudęos comitabat, miracula faciẽs Alioq̃ nunq̃ certo cõstaret nobis scripturæ sensus, sed & ansa quoq; daret hæreticis, cũcta p̃uertẽdi. Nõ q̃ negẽ usquã in scripturis id inueniri posse, sed id raro fit, & ubi nullum periculũ est p̃uersi sensus

Lucæ. zz eruẽdi. Porrò qđ ex Luca ,ptulisti nihil tibi cõfert. Neq; eñ ,pnomen hoc, & poculũ cõnectẽda sunt. p uerbũ est, sed aliud oĩno uerbũ in ipso cõtextu subintelligi debet, q̃ substantiuũ. Sic eñ Lucas

Consecratio calicis expo[illegible] ait: Hoc poculũ nouũ testamẽtũ p meũ sanguinẽ, q ,p uobis effundit. Hic si poculũ ,pnomini hoc p uerbũ substãtiuũ cõnecteret, male cohæreret cætera. Meli⁹ tñ hoc uerbũ locat apud Paulũ quũ di

[illegible] Cor. j. cit: Hoc poculũ nouũ testamẽtũ ẽ in meo sanguine. Sed hic (ut dixi) nullus metus ẽ, ne qs poculũ intelligat eẽ nouũ testamẽtũ. Sen

[illegible]b. 9 sus aũt est utrobiq; poculũ ip̃m qđ Chr̃i sanguinẽ cõtinebat, p sanguinẽ ip̃m cõstabilit nouũ testamentũ, sicut & Moseos poculũ in

qu[illegible]

quo fuerat poculum sanguis, uetus olim testamentum roborabat.
OECO. Sciũt hebraicę lr̄aturę periti, id eẽ ,p̄priũ linguæ hebreę, C
,p̄ uerbo substãtiuo cõtentã eẽ, ,p̄noĩe uel aduerbio demõstrandi.

ROF. Iam certũ est, si tu solus Hebraicã lr̄aturã calleres, nihil uereris cõfingere, si quid posset instituto tuo conferre. Mihi uero tãetsi tenuis earũ literarũ notitia fuerit, tñ aperte cõspicio quantũ hic moliris nobis imponere. Verũ quidẽ est aliq̃usq; qd̄ dicis. Vsurpãt Hebræi frequẽter ,p̄nomẽ הִיא ,p̄ uerbo substantiuo. Vsurpãt & aliquoties hoc ip̄m ,p̄ aduerbio demõstrandi. Sed p̄ter hæc habẽt & uerbũ substãtiuũ etiã p̄ñtis tp̄is, quẽadmodũ in ecclĩaste legim⁹ כִּי מַה הֹוֶה לָאָדָם hoc est. Quid eñ ẽ hoĩ hic certe nec ,p̄nomẽ ẽ, nec aduerbiũ demonstrandi, sed הֹוֶה qd̄ est præsens tp̄s uerbi הָיָה hoc est uerbi substantiui fuit. Capit.2

OECO. Id qd̄ & argumentũ est, Chr̄m in idiomate suo, aliter enunciasse, q̃ nos, utcunq; digladiemur super uocabulo. D

ROF. Si nõ desit hebręis ṽbũ substãtiuũ p̄ñtis tp̄is (ut iã oñdim⁹) q̃ possis argumẽto colligere Chr̄m in idiomate suo aliter enũciasse q̃ nos? Et maxime quũ p̄ter Matthæi traductionẽ alij duo, græce etiã periti, nẽpe Marcus & Lucas hoc ip̄m ita scripserit. Sed & post istos Paul⁹ Hebræus ex Hebręis etiã ab ip̄o Chr̄o sic doctus, hoc (ip̄sum ita ,p̄tulit. Marci.14 Lucæ.22 j.Cor.1j

¶ Inaniter in his verbis, agnus est phase, tropum quęrit. Caput. X.



De agno paschali legimus: פֶּסַח הוּא לַיהוָה phase ip̄m dñi. i. est trãsitus dñi, nã phase transitũ significat. OECOL. A

Non de agno ad hũc modũ legis, q̄ ip̄se uocabatur phase, sed de cæremonia & religione, qua tum usi sunt Hebræi, qñ agn⁹ paschalis immolabat. Sic eñ tradit Exo.12. Quũ dixerint uobis filij uestri. Quę ẽ ista religio, dicetis eis uictima trãsitus dñi ẽ. Et rursum paulo post: dixitq; dñs ad Moysen & Aaron, hæc ẽ religio phase. Quẽadmodũ cęremonia sacrificij altaris, Missa uocat à nob̄ ita cęremonia siue qd̄ Moyses uocat, religio paschalis agni Iudæis dicta fuit phase. Sic eĩ codex hebræus hʒ, ubi Moyses monet rñdendũ, q̃ties de religione ista forte q̃stio aliqua fieret, זֶבַח פֶּסַח הוּא לַיהוָה hoc est, sacrificium transitus est domini. ROFFEN. Phase dicebatur religio agni paschalis

B OECO. Deniq; non est uis, siue exponas, est, ꝓ significat, siue relinquas in genuino significato & rem exponas figurã rei, ut agn' est phase dñi. i. figura phase. Neq; em̃ de uerbo contendere placet, ubi de sententia constat, quæ eadem redditur.

ROF. Quid nodũ quæris ubi nullus est. Neq; em̃ opus est, ut uel hoc uel illo modo quis interpretetur. Non em̃ dixit Moyses agnũ esse phase, seu transitũ dñi, sed religionẽ & cærimoniã, quæ tunc circa agnũ fiebat, phase esse. Erat em̃ hoc nomen huic sacrificio inditũ, sicut & nostrũ sacrificiũ (uti iam diximus) missa uocat à nobis. Quare neutra interpretatio tua locum hic habet, aut ꝙ agn' transitũ significat, aut quòd sit figura ipsius trãsitus. Qũo em̃ agn' mortuus transeuntẽ angelum significaret, quum ille procul dubio Christi morituri figura fuerat. Sed de hac re fusius in quinto libro dicturi sumus.

Exod. 12

Infra lib. 5. c. 3. ca. 4. ca. 6 & alibi.

¶ Conflictatur aduersus Luther, & alios qui ꝑ pnomẽ hoc, haud recte demonstrant. Ca. XI.

OECO. A ROF.



Atis manifestũ, o aduersarij, nõ insolitã, neq; ignotã nr̃am expositionem, sed nihil alienius uestra.

Nescio q̃s hic aduersarios tibi facis, & an de Lutheranis istud ĩtelligas? An de nobis q filios ecclię catholicæ nos eẽ, ꝓfitemur. Nos maiorꝫ nr̃orꝫ uestigiis ĩhæremus, qui nephas esse putarunt aliã his uerbis interpretationẽ quærere, q̃ ipsius Chr̃i. Nemo cõpertius habuit qd hoc ipm esset, quod ipse tum suis porrigebat Ap̃lis, q̃ Chr̃s ipe. Quãobrẽ & quũ ipse dilucide nobis qd hoc esset exposuisset, frustra tu nr̃is auribus alienã expositionẽ ingerere moliris. Ipse em̃ dixit: Hoc est corpus meũ. Quare quũ ipse hoc ipm, q̃d dedit discipulis, asseruisset esse corpus suũ, tu non minus impie q̃ temere conaris, uel uerbũ est, ꝓ significat, uel corpus ꝓ figura corporis interpretari.

Mat. 26 Lucę. 22

B OECO. Proferte & uos uestros sil'es loquẽdi modos, imò nullus, quantũ ego scio auditus est unq̃ eius gñis. Neq; em̃ eiusdẽ cõiugatõis esse p̃t cũ illis: Ego sum resurrectio & uita. Ego sum panis qui de cœlo. Percurre ꝑ omnia p̃dicabiliũ gña, & uide qd dixeris, si adhæres lr̃æ. Est substantialiter uis exponi. Nunqd corpus ẽ genus, uel spẽs, uel differẽtia, aut substantialis, aut ꝓpria, aut aduentitia, qñ prædicat de pane? Nihil horꝫ cõgruere poterit, dum dicis: Hoc

Hoc est corpus meũ. Corpus non est genus, neq; spẽs panis. Nullus eñ phreneticus hoc somniaret, neq; p̃dicat idẽ de ipso: quis eñ ita deliraret? neq; facta est una natura ex duabus nõ alteratis, neq; numerabis duo indiuidua in uno indiuiduo.

ROF. Aduersus Lutherꝝ & Lutheranos istã tragœdiã agis nõ cõtra nos. Nã illi sic interp̃tant: hoc. i. hic panis, est corpus meũ quorꝝ expositionẽ, sancta mater ecclesia iuxta atq; tuam abhorret. Vt eñ tu recte colligis, fieri neutiq̃ p̃t, ut hic panis sit hoc corpus, aut hoc corpus Chr̃i sit hic panis. Quare manifestũ cuiuis esse p̃t, Lutherꝝ cũ suis hic à scopo ueritatis lõgissime aberrare Tu tñ multo periculosius erras, qui nobis aufers tanti muneris ueritatẽ, q tantas epulas, imò delicias tantas ab ecclesia subtrahere niteris: nempe uerꝝ corpus, & sanguinẽ dñi, quibus ob immensam charitatẽ, qua nos psequit, pasci nos cupiat, ut unũ cum ipso facti p sui corporis esum & p sanguinis potum, etiã cum p̃re suo cõionem ueram ineamus. Sed hinc unusquisq; Chr̃ianus discere facile p̃t, q̃ sit res plena discriminis, uocẽ alienorꝝ audire, & sibilis hæreticorꝝ acquiescere, qui tam secum, q̃ cum ipsa ueritate pugnant

Lutherani prauam interpretãtur, hoc est corpus meum.

Ephe. 2
Iohan. 1
Iohann. 10

OECO. Non minus aũt ineptiret, imò extreme blasphemaret si quis corpus Christi dicat accidens, nisi forte p modũ relatiui, nõ quòd sit relatio, sed quòd relatiuum sit, in se habitudinẽ continens. Erit enim signatum signi. At impossibile fuerit, ueram esse prædicationem relatiui de correlatiuo, ut uocant. Nunq̃ enim pater, ut pater, filius est: neq; signum ut signum, signatum est.

C



ROFF. Ista uentilas ut uidearis nonnihil ex istis subtilitatibus (quas uocant) in scholis degustasse. Sed hæc nihil ad nos q nec accidentia ip̃a demonstramus neq; de illis id p̃dicamus, q̊d p ea signatum est. Sunt equidẽ nobis ipsa accidentia panis & uini, signũ ueri corpis, q̊d sub ipsis realiter adest, neq; sunt ip̃m corpus. Nos igit eo pnomine neutiq̃ accidentia ipsa demonstramus, sed id substantia quod sub eis continet, quod reuera Christi corpus est, cuius & ipsa sunt sacr̃m. Veritas enim corpis sub eis abditi p ipsa accidẽtia significat. Sed & ip̃m corpus una cũ accidẽtibus ipsis adhuc alterius rei signũ & sacr̃m est: nẽpe corpis Chr̃i mystici. Nec istius duntaxat, uerũ etiã & carnis, quæ dum in cruce pependit exanguis facta est, iudiciũ q̊ddã nobis cõmonstrat, deniq; p̃ter hæc & aliarꝝ quoq;

Per pronomẽ hoc substentia corporis demõstratur.

D uerũ hæc sacra sunt in signa, de quibus fusius alibi dicturi sumus.

OECO. Apage cum magis, imò cum blasphemiis.

ROF. Id in teipsum Oecolampadi bellissime cõpetit. Nã tu nõ solũ nugator es, quod pro solidis rationibus quas fueras pollicitus, nihil præter nugas affers: uerũ etiã horrẽde blasphemas, negans id uerũ esse, quod Christus asseuerauit, & amplissimũ illud munus quod nobis ex immenso donauit amore, nẽpe in seipsum in sacro, refragaris fuisse donatũ, & manibus itẽ & pedibus reluctaris, ne quisquã credat sub eo munere

Iohan.3 Gala,j Christum esse. Si nõ antea pater eũ nobis paruulũ cõtulisset. Si nõ ipse filius ad necẽ usque seipsum dedisset nobis, aliquousque foret ignoscẽdũ tibi. sed quũ tibi cõpertissima sit utriusque liberalitas, quã malũ uesania, quod hoc ipsum asserenti Christo, credendũ non censeas.

De locutõibus mutate virge i colubrũ, & aque in vinũ, & quid in illis demonstratur. Capũt. XII.

OECOL. A



On relinquit ergo tibi, aliud quod dicas, quã quod corpus est, περιεκτικῶς exponas: Hoc est corpus meũ. i. in hoc, est uel cõtinet corpus, uel hoc uersum est in corpus.

ROFFEN. Nec istã nos expositionẽ cõprobamus. Nostra sic se habet. Esto, Lutherus tibi obuius prodeat, sed ita ueste obtectus, ut nescias quis nã sit. Adsit aũt alius qui probe norit hũc esse Lutherũ, dicatque tibi, hic est Lutherus, quid (te quæso) demõstrabit? Nũ uestẽ illã, aut accidẽtia Lutheri? Nequaquã. Sed hominem ipsum sub ueste ipsa delitescentẽ. Et sane uerũ erit hic est Lutherus. Nec opus est, ut ad extortas expositiones tuas, pro huius axiomatis ueritate cõfugiamus. i. ut hic est. i. significat Lutherũ. Aut hic est Lutherus. i. figura Lutheri, aut hæc uestis est Lutherus, aut hęc accidẽtia sunt Lutherus, aut denique περιεκτικῶς ut in hoc continetur Lutherus.

B OECOL. Sed profer (quæso) in corporalibus eiusmodi loquutionem, & uide quot absurda.

Matth.26 ROF. Nõ lõge petendũ nobis erit exẽplũ. Nã in Matthæũ cõtinẽtur ubi Christus dixisset: Hoc est corpus meũ, subiungit, Et accepto poculo, gratiis actis dedit illis, dicẽs: Hic est enim sanguis meus. Poculum accepit, & hoc ipsum porrexit apostolis. At quid (precor) demõstrauit, nõ poculũ ipsum, sed id quod erat in poculo. Sic & nos fatemur Christum, quũ dixit: Hoc est corpus meũ, nõ panẽ, neque panis accidẽtia demonstrasse, sed substantiã ipsam, quæ sub specie panis intelligebat.

Christus demõstrauit substantiam corporis

Oecolam

C

OEC. Poterat certe Christus paulo pluribus uerbis dixisse: Panis factus est corpus meum: uel, in illo pane est corpus meum: uel in illum panem uersum est corpus meum, quales uos uiolentas interpretationes affertis, ut constat uestra scientia.

ROF. Iã ceu cõpertissimũ habeo, te nũc diu nec in tua ipsi⁹ harena fuisse digladiatũ. Quẽ p̃cor e noĩatis disputatoribus in mediũ afferes, q sic unq̃ dicta uerba fuisset interp̃tatus: Hoc ẽ corpus meum. i. panis factus ẽ corp⁹ meũ, uel in illo pane est corp⁹ meũ, uel in illũ panẽ uersum ẽ corp⁹ meũ Nihil hoꝝ ab illis cõprobatũ repies. Quo fit ut nũc multo min⁹ miror, ꝙ tm̃ in hac cęcutieris. Q, si forte requiras qd dixerint: nimiꝝ hoc respõdebũt. Ex pane fit corp⁹ Chri, aut panis uersus ẽ in corpus Chri. At nunq̃ hæc admittent. Panis fit corpus Chri, aut corpus Chri uersum est in panẽ. Cæteꝝ ut tuis uerbis respõdeamus, potuit (nõ inficior) aliis eandẽ rem uerbis enũciasse, sed tam panis & eiisdẽ tã aptis haud facile potuit. Porrò ꝙ hoc ip̃m uere sensisset manifestissime docet, cũ Paulũ istruẽs de eadẽ re, nullis aliis uerbis utebat, id q̃d nõ fecisset, si tropũ aliquẽ in his uerbis (ut tu fingis) uoluisset intelligi.

Conuenienti um uerbis Christus in sacramẽto usus est
1. Cor. 1.

D

OEC. Sed ubi ita loquitur, de re subito orta uel mutata, ut per copulam est, rei quæ non sui natura talis sit, tanquam prædicatum subiecto, res commutetur & prædicetur?

ROF. Raro fiebãt hmõi mutatões, & rarius ubi fiebãt, is q mutauerat idip̃m, p̃noĩe demõstrã di (q̃d factũ erat) indicauit. Cæteꝝ si in ipsis exẽplis, q̃ mox p̃ducturi⁹ es, de⁹ aut angel⁹, p̃ ipso momento q̊ uirga mutata fuisset in colubrũ, extãtib⁹ adhuc accidẽtib⁹ uirgæ, ut fieri potuit, quũ deo nihil sit impossibile. Si (inq̃) de⁹ aut angelus aliqd indicasset, qd putas dixisset? hæc est uirga? An potius hic ẽ coluber, ꝙ tũ uirga nõ fuisset. Quare si tã paucis utẽdũ fuisset ṽbis, atq; quũ Chrs dixit: hoc ẽ corp⁹ meũ, prorsus enũciãdũ ita fuit. Hoc ẽ coluber, nõ accidẽtia uirgæ mõstrãdo, sed substantiã colubri sub illis opertã accidẽtibus. Silr & in posteriori exẽplo quũ Chrus aquã in uinũ conuertisset, si p̃ ipso momento quo sic p̃mutasset, cuipiã roganti quid id esset, q̃d tum fuisset in hydria, procul dubio rñdisset hoc esse uinum. Neq; eĩ aquã tunc oñdisset, quæ non fuerat, sed ipsum uinum in quod aqua uertebat. Sed iam exẽpla perte producta audiamus.

Exo. 4.
Lucæ. 1.
Matth. 26
Lucę. 22
Iohan. 2

Oecolam.

E OECO. Sanè de miraculis & uersionibus apud Moysen legimus, dicit dñs ad Moysen: Quid est quod tenes in manu tua? Rñdit: Virga, dixitq́; dñs: Proijce eam in terrã. Proiecit, & uersa est in colubrũ, ita ut fugeret Moyses. Dixitq́; dñs: Extende manũ tuam & apprehende caudã eius. Extendit, & tenuit, uersaq́; est in uirgam.

Exod. 4

Demõstrationes sũt rei existentis.

ROF. Hic, ut apertũ est, scriptura pronomine demõstrandi nõ utit. Sed si qd demonstratũ fuisset, etiam ipso momento uersionis factę, non aliter q̃ ad eum quẽ ante diximus modũ enunciari debuit, nimirum, hic ẽ coluber, qñ uidelicet in colubrũ uirga mutata fuisset, aut hæc est uirga, qñ uicissim coluber in uirgam fuisset conuersus.

F OECO. Idem est uidere in alijs locis, quoties de mutatiõibus est sermo, ut Gustauit architriclinus aquam uinum factam.

Iohan. 2

ROF. Et hic sanè pronominis demonstratiui nullus usus ẽ. Quod si Chr̃us ipse poculum aqua plenũ dum esset architriclino porrecturus, interim uerbo suo conuertisset in uinũ, utrum horum potius existimas eum fuisse dicturum? Hæc est aqua? an magis hoc est uinũ Istud haud dubie, Et qd tum (quæso) demõstrasset? Non aquã certe, quæ non tunc aderat, sed eum liquorẽ, qui tum fuit in poculo, nẽpe uinũ. Neq; eñ simul in poculo uinũ & aqua fuerant, sed qñ fuit aqua, tum uinũ haudquaq̃ fuerat, & uicissim aqua desijt, quũ esset ex ea factũ uinũ, quanq̃ scriptura iam dixerat, aquã uinum factam. Retinet eñ adhuc ipm uinũ apud scripturas priorẽ aquę nomenclaturã. Et hoc diligentius obserua lector, quod sicut uinũ prioris nomenclaturæ uocabulũ retinet, quũ scriptura dicat aquã uinũ factum, & silr Exodi. 10. Coluber uirgæ seruauit appellationẽ, quando ex uirga fiebat coluber. Sic nũc qd uetat corpus Chr̃i panis uocabulo nuncupari, qñ panis in ipm Christi corpus uertit.

Christi corpus uocatur panis.

G OEC. In rebus tñ, quæ sensu ipso comprobabãt, nõ opus erat accuratiore uerborum diligentia, quàm in his uestris miraculis.


Exemplis asseruitur possibilitas cõsubstantiandi corporis Christi

ROF. Nihil opus habet spũs admonitõe tua. Circũspectior ẽ, & diligẽtior in scripturis tradẽdis, q̃ possit mortalis cuiuspiã ingeniũ assequi, quã rem & abunde licet in his rebus enarrãdis cõspicere. Nam & ex istis mutatõibus nonnihil assuefacit nos, & quasi manuducit ad huius augustioris uersiõis possibilitatẽ aliquã tenuiter capiendã. Nã audiẽtes uirgã in colubrũ fuisse mutatã, & aquã in uinũ minus ambigimus eũ qui hæc fecit, posse panẽ in suũ corpus uertere.

Sed &

Sed & aliud ex eiusdem addiscere licebit. Quanq̃ certo sciamus, aquam illam nunq̃ simul fuisse uinũ, & aquam, sicut neq; uirga, simul & coluber & uirga fuerat, ita neq; substantia corpis Chr̃i. Sed adhuc & tertiũ accipe, quẽadmodũ & iam diximus, sed ꝑpter eos qui tardiores sunt nihilominus repetendũ. Spũs ip̃e sanctus adhuc uocabulũ aquæ uino tribuit, quum dicit: Vt gustasset architriclinus aquam uinũ factam. Ecce retinet adhuc ipsum uinum priorẽ aquæ nomenclaturã sicut & coluber ex uirga factus, uocabulum adhuc uirgæ retinuit. Exo. 7. Nam & illic scriptũ est, uirga Aaron uirgas Magoꝝ deuorauit. Sic & in isto negotio nr̃o, Panis in corpus Chr̃i uersus, panis nuncupationẽ postea seruat. I. ad Corin. II. quum non sit panis iam triticeus. Iohan. 6

¶ De locutione, ferrum est ignis, & possibilitate corpis eiusdem in pluribus locis. Ca. XIII.



Ed date uel ẽ triuio silẽm locutionẽ: nunqd illa quadrat, ferrũ est ignis, qñ est ignitum? quã Cyrillus in aliam sñiam uere ac pie adducit: nẽpe, qd̃ duæ naturæ, diuina & humana, unã constituunt naturã, sicut ignis & ferrum, unum corpus: Vbi ignem nimirũ ꝑ ignea ut intelligit, quæ ferro insit, ueluti animans. Et deitas spũs est, quæ unã cum humanitate psonam constituit, & ita totam ignit, ut nihil in Christo deitatis sit expers. OECOL. A

ROF. Hoc nihil ad nos. Nobis em̃ auditu nihilo minus absurdum ẽ, quũ dicat, hic panis est hoc corpus, q̃ ubi qs dixerit, hoc ferrum ẽ hic ignis. Nam cuiuis dialecticã callẽti manifestũ est utrãq; enũciationẽ eẽ falsam. Quã rem fusius explicuim' in eo libello quẽ ꝑ rege illustrissimo scripsimus aduersus Lutherum. Capit. 4. §. 6. & alibi

OECO. Veꝝ hic afferenda erit sı̃litudo corpis sensibilis in corpore. Nam si substantialẽ prædicationẽ dixeris, ferrũ est ignis, nunq̃ uera erit neq; possibile est, ut sic exponas. B

ROF. Sic neq; nos unq̃ panem affirmamus esse corpus. Quia nobis panis non manet, sed mutat in ip̃m corpus. Qꝫ si nonnunq̃ utamur panis uocabulo, hoc fit more scripturæ, quẽadmodũ supra diximus, quũ id qd̃ iam esset coluber, uirgã uocat, & id qd̃ iam factũ fuit uinũ, aquã appellat, ꝑpter priorẽ nomenclaturã. Sic Paulus panẽ adhuc nuncupat, qd̃ iam est corpus Chr̃i, & alibi quoq; in Li. 2. ca. 13. F I. Cor. II

Acto.2 Actis panis dicitur non q̄ reuera panis materialis existat, sed quod in modum panis reficiat.

C OECO. Quin & si dcas, panis cõtinet corpus, uide qd sequit. Ergo panis locus erit, & unum corpus erit in multis locis, & multa corpa in uno loco, & corpus in corpe, & corpus in atomo & puncto. Eo em̄ tandẽ sermo ducet, ut & in atomo panis, si dari posset, integrum poneretis corpus.

ROF. Hic q̄ alienus ab acumine disputandi sis, teipm̄ prodis. Nos em̄, & si nõ dicamus panẽ cõtinere corpus, aut in pane corpus esse, tñ asserimus ipm̄ corpus & sanguinẽ eẽ sub specieb' panis & uini. Veruntñ quia nõ sunt ibi p modũ quanti, neq; localiter, aut diffinitiue, sed p substantiæ modũ, & sacrãliter, ut aiunt, ideo nihil repugnare dicimus, q̄ sit in pluribus locis simul. Porrò q̄ corpus in corpe sit, nihil cõtra scripturas est, qñ Chr̄us ad discipulos suos introijt ianuis clausis. Tunc em̄ corpus murꝝ penetrans, in ipso muro fuit, corpus in corpe, & duo corpa simul. Cõtingit hoc ipm̄, qñ adhuc obfirmato monumẽto resurgẽs, pdijt. Penetrauit eĩ lapidẽ, & sic fuit corp' cũ corpe, deniq; corpa pariter. De atomo q̄ dicis, miror si ignores, id quod in scholis ẽ tritissimũ. Atomũ accipi posse bifariam. Nam in his quæ spẽm habẽt in materia impartibilitas, ut scd̄m spẽm intelligi p̄t, uel scd̄m materiã. Si scd̄m materiã, sic nihil ẽ qd̄ non sit adhuc partibile. Sin scd̄m formam, sic dari põt qddã, qd̄ si partiret, ptinus amitteret formã. Propterea philosophis placet, ut detur atoma caro, aut panis atomus, sed non quantũ atomũ quũ omne quod quantũ est, quatenus quantum fuerit, affirmant quantũuis minimũ sit, adhuc eẽ partibile. Sed hæc apud eos qui in scholis exercitati sunt habent dilucida, neq; repugnantiæ quicq̄ infert, ut corpus Christi totum sacramentali modo sit sub minima panis specie, non tamen sub puncto atomo.

Corpus Chr̄i simul in pluribus locis

Johan. 20 Mat. 27 Mar. 16 Luce. 24 Johã. 20

Atomus accipir bifariam. Caro atoma datur

Corpus Chr̄i sub minima panis specie

¶ Insanos alios vocat, quum ipse tamen insanissima tradat, & de scripturis mentiatur. Ca. XIIII.

OECO. A



Quis nunc insana loquitur? Sed rapsodus ac scholę cum suo Papa à tam absurdis abhorrentes, malunt dicere, substantiam in nihilum uerti, uel in ipsum corpus Christi, etiam contradicente sensu ac scripturis quàm ita ridicule loqui, & omnibus gentibus esse ludibrio.

ROF. Insaniunt pfecto, qui panẽ in eucharistia manere dicũt una cum ipso corpe Chri, neq; tu minus insanis, qui te cũ his rebus cõmitis, de quibus inscius es. Dicis magistrũ & scholasticos habere pro absurdis, quæ ipsi penitus affirmãt. Nihil eñ apud istos absurdũ habetur, q̃ idẽ corpus sit simul in locis pluribus, aut q̃ duo corpora sint pariter in eodem loco, aut q̃ integrum Chri corpus sit sub minima panis specie, tametsi rudi uulgo uideantur hęc absurda. Q̃ autem substantia panis in nihilũ uertatur, nemo dicit: ueruntamen in substantiam corporis uerti, tota confitetur orthodoxorum ecclẽa. Q̃ dicis huic rei, sensũ & scripturas repugnare, de sẽsu nihil mirum est, qui nihil cum mysteriis habet commertii. In scripturis autem nusquam assertum inuenies, panem triticeum esse corpus Christi. Q̃ si corpus ipsum aliquoties uocet panis, iam paulo superius eius reddidimus rationem. Cæterum q̃ panis in corpus Christi mutatus sit, non solum ex uerbis latinę missæ constat: uerumetiam græcæ multo quidem apertius. Sic eñ in canone missæ latinæ proxime ante consecrationem precamur, ut ex pane corpus fiat, et ex uino sanguis. Chrysostom⁹ autem in sua missa sic habet: Emitte spiritum tuum & fac hunc panem, præciosum corpus Christi tui, quod uero in hoc calice est, præciosum sanguinẽ Christi tui, transmutans ea spiritu tuo sancto. Hęc Chrysostomus, quẽ alioqui contendis, & mordicus quidem, tibi suffragari, quum id ne somniauerit unq̃. Aduerte quid dicat transmutans ea, hoc est panem & uinum in corpus & sanguinem tuum spiritu sancto. Vides iam nec rapsodum, quem uocas, neq; scholas istud excogitasse. Sed & ante illum Basilius in sua missa & diuus item Iacob⁹ & Clemens, haud multum dissimile precatione fueruut usi, de quib⁹ alibi diximus.

Plus Lutheranis insanit Oecolampadius

Substantia panis in substantiam corporis uertitur

Supra plogo z. lib. K. libr. 3 ca. 7. D

Missa Chrysostomi

Supra libr. 3

Missa Basilii. Vide i defen. B

OEC. Quis & ipsi euadẽtes scyllã, in charybdi sũt naufragati.

ROF. Non nos Oecolampadi, sed tu naufragiũ, & ter qdem passus es. Primũ utiq; quum ex illo sancto religiosorũ sodalitio decideris, magnum haud dubie naufragium pertulisti. Rursum autẽ quum semel ex nauicula Petri delapsus teipsum una cum Lutheranis separaris ab ecclesia. Tertio deniq; quum ab eis dissidens in longe perniciosiorem hęresim q̃ illorum sit, teipm̃ præcipitasti. Nam illi præ te longe tolerabiliores sunt, qui uerum corpus & sanguinem affirmant in sacramento contineri. Tu uero, qui Christum

Triplex Oecolampadii naufragius, supra libro prio capite primo, L

prorsus arces ab eucharistia, in tãtum præcipitium corruisti, ut magis impie sentire nõ facile possis. Quare tu uere naufragatus & in ꝓfundum maloꝝ demersus, iam impius contemptor euasisti.

C OECOL. Quid enim designabunt per hæc, dicentes: Hoc est corpus meum? Nunquid accidẽtia? Atqui corpus corpori suum accidens non mutuatur. Nunquid idem de se prædicat.

Exo. 4 / Supra libro. 2 cap. 12. D / Iohã. 2 / Cap. 4. §. 3 ROF. Vicissim te rogabo, qd si momento ipso quo uel uirga mutata fuerat in colubrũ, uel aq̃ in uinũ, qspiã dixisset: hic est coluber, aut hoc est uinũ, quid demonstrasset? Sed ut apertiori quodã exemplo iam utar, cuius & memini ꝓ libelli regij defensione. Iulia postq̃ diutino calore gremij sui tam diu fouisset ouum, donec ipsius oui substantia tota conuersa fuisset in pullum, si iam nutrici suæ restituisset quod accepit dicens: Hic est pullus, qd (te precor) demõstrasset. Non testam sanè, sed quod sub testa delitescebat. At esset exemplũ longe dilucidius, si Iulia tam fuisset potens ut acceptũ à nutrice ouum suo uerbo protinus in pullũ uertisset, & ita uersum restituisset, nutrici dicens: Hic est pullus. Nam ad istum modũ & Matth. 26. / Luc. 22 nos dicimus, ꝙ quũ Chr̃s panẽ acceptũ benedixisset, ac uerbo suo conuersum in suũ ipsius corpus discipulis porrexisset, dicẽs: Hoc est corpus meũ, non ipsa accidentia panis indicauit, sed id substantiæ qd sub illis accidentibus operiebat. Neq; tñ quũ sic dixit, idem Vide Scotũ quarto sentẽ. distin. 11. ar. 4. 5, & alibi oĩo se de ipso prædicat, sed ꝑ subiectũ, ut Scotus acute docet, singulare quoddã generalioris cuiusdã substantiæ concipit, ꝑ prędicatũ aũt, ipm corpus. Quod quanq̃ re ipsa sit idem cũ subiecto nonnihil tñ discriminis est inter utrũq;, quantũ ad concipiendi modũ, ita ꝙ nõ sit tam identica, sicut illa, corpus Chr̃i, est corpus Chr̃i.

D OEC. Hoc fortasse eẽt, qd Carolstadio reuelatũ, q τοῦτο refert ad corpus. Sed ubi manet sacramenti ratio?

Li. 2. ca. 12. A ROF. Nescio qd corp⁹ intelligas. Nã si Chr̃i corp⁹ in eucharistia iã nobiscũ sentit. Si nihil igiẽ habeas aliud qd obijcias Carolstadio, bene qdem est. Nam istud ipse facile diluet. Neq; eñi (ut ante diximus in exemplo cuiusdã hoĩs ueste obtecti) si qs dixerit: Is est Carolstadius damnat alios [illegible] Lutherus, uestẽ oñdit, sed hoĩem opertũ ueste: Sic & quũ Chr̃us dixit: Hoc est corpus meũ, non accidentia ipsa demonstrat, sub qbus obtegebaẽ, sed id substantiæ, qd sub accidentibus illis erat occultũ. Et hic rursum deo gr̃as agimus, ꝙ repertus sit inter uos, etiã

ex E

ex proceribus quidam, qui non Lutheꝝ ſolum: ueꝝ etiam & tuam damnet hæreſim: Tanta. ſ. eſt ueſtroꝝ dogmatum concordia. Nemo ueſtrũ patiť, ut alius uera dicat: Carolſtadius, qđ aſſerit (ſi te recte concipiam) à deo reuelatum accepit. Lutherus item aſſeuerat ſe om̃ia dogmata è cœlo ſuſcepiſſe. Quid igiť tibi relinquunt, qui penitus illis contradicis, niſi ꝙ uel à ꝓprio ſpiritu, uel à dæmone q̃piam acceperis dogma tuũ. Sed noſti ſcriptũ, uæ his qui ſuũ ſequũtur ſpm̃. O Germaniæ pplus infœliciſſimus, qui talibus magiſtris adeo ſecum pugnantibus, ſuas animas tam ſecure credit. Ezech. 13

OECO. Et quare in poculo etiam non dicitur: Hic ſanguis eſt ſanguis meus, ſed hic eſt calix ſanguinis. E

ROF. Iam (opinor) cunctis innoteſcet, inſana temeritas tua, q quũ de myſterijs auguſtiſſimis diſſeras, non tenes tñ q d euangeliſtæ ſcripſerint. Quis (te precor) euangeliſtaꝝ narrauit de poculo, dixiſſe Chr̃m: Hic eſt calix ſanguinis, quemadmodũ tu affirmas. Sed neq; Paulus, q poſt eos iſta tradidit, ita retulit. Matthęus utiq; dixit: Hic eſt em̃ ſanguis meus. Conſentit Marcus, dicens: Hic eſt ſanguis meus. Lucas uero, hic calix nouũ teſtamentũ in ſanguine meo. Cui ſubſcribit & Paulus: Nullus hoꝝ eſt, qui dixerit: Hic eſt calix aut poculum ſanguinis mei Sed ecce q̃ apertiſſime Matthęus, & Marcus te condemnant. Referunt em̃ dñm Ieſum acceptũ poculum gratijs actis dediſſe diſcipulis, dixiſſeq;: Non hoc eſt poculum, neq; hic eſt calix, ſed hic eſt ſanguis meus: non iam demonſtrantem poculũ, ſed eum liquorẽ qui in poculo continebať. Qua demonſtratione pſpicuũ eſt, ſimili modo quũ dixit Chr̃s: Hoc eſt corpus meum, non iam accidentia panis demonſtraſſe, ſed id ſubſtantiæ quod tum ſub accidentibus ipſis occulebatur. Mat. 26 Mar. 14 Luce. 22 j. Cor. 11 Mat. 26

OECO. Vnde neceſſarium, ut & tropus aſſumať, longe alieni or à ſcriptura, hoc nr̃o, quem non eſſe indignum Chr̃o, nec abſurdum, qũo interpretatio ueſtra non eſt tolerabilis, edocebimus. F

ROF. Quis in his uerbis (precor) tropus ẽ, hic ẽ ſanguis meus, aut in illis, hic eſt calix ſaguinis mei? Nihil utiq; ſimplicius, & ſine omni tropo quiſquã enunciare pt̃, qñquidẽ id qđ ipſa uerba primũ ſonant, Chr̃us eiſdẽ intelligi uelit, hoc ẽ, ueꝝ ſanguinẽ eius in ipſo calice tum fuiſſe. Neq; iſto indignũ eſt, quũ ipſe lõge maiora pro nobis ſit paſſus. Si digne penſitares Oecolãpadi, quanto amore te-

Non eſt tropus in uerbis conſecrationis

Hebr. ij nerrimũ suum corpus ad crucem pro nobis dedit, & preciosum il
j. Petr. z lum sanguinem in terram fundi pertulit, nunq̃ in hoc hæsitares, an
Iohan. j9 eandem carnem, ut ederetur à nobis, & eundem sanguinem, ut bi
Apoc. j beret, tradere sit dignatus, & maxime quũ id iam à nobis, & sum
mo nostro compendio, & citra quoduis illi' dispendium. Cæterũ,
quòd polliceris te iam edocturum nr̃am interpretationem nõ esse
tolerabilem uellem ut fidelius ea reddas, quę polliceris, aut aliquã
do pollicendi finem facias. Nam hactenus eorum quæ pollicitus
es, nihil te præstitisse certum est.

¶ Producit canonem interpretandi scripturas, qui contra seipsum apertissime pugnat. Ca. XV.

OECO. A



CErtum habemus canonem, ubi admittẽdi sint tropi uel
non. Neq; eñ ita exponenda scriptura, ut incõuenien
tia sequanť, qm̃ eloquia dei exinanita sunt, sicut aurũ &
argentum, quibus nihil adhæret scoriæ. Deinde obser
uandum quid series orationis doceat, ut non uideať hiulca & discer
pta. Constat eñ sibi spirit' sanctus, nec confusaneum habet sermo
nem, qualem arreptitij Ad hæc scripturas cum scripturis conferre
oportet, ne sibi pugnent. Hæc pro nobis sunt omnia, & ut tropum
agnoscamus, urgent hic maxime, si uspiam.

ROF. Hæc omnia tibi penit' aduersanť. Primũ: An nõ sum
mũ inconueniens ẽ, Chr̃m tui similem esse? hoc est mendacem, ut
Iohan. 6 id tam serio pollicereť, quod nunq̃ esset pręstaturus. Promisit autẽ
Duo pollicit' est Christ' se daturũ panem, q foret caro sua: nimirũ eãdem quam daturus itẽ
esset, p mundi uita. Panis (inquit) quem ego dabo caro mea est, quã
dabo p mundi uita. Ecce duo pollicitus est in his uerbis. Alterũ,
ꝙ daturus esset panem quendam qui contineret eius carnem. Al
terum, ꝙ eandem carnem daturus item esset p mundi uita. Nunq̃
autem illud præstitit, si non in pane eucharistiæ quem dedit Apo
stolis, caro eius continebatur. Id quod mihi p summo inconueniẽ
ti uisum ẽ. Scd̃m etiã reclamat errori tuo. Nobis eñ simplex & pu
Sermo Christi qualis rus & plenus est Chr̃i sermo, non mancus, non resartiẽdus, aut sup
Math. z6 plendus alijs uerbis, ut tu moliris. Dixit Chrũs: Hoc est corpus me
Lucæ. zz um. Tu consuenda putas, his uerbis alia, & sic intelligi uis, ut uer
bum, ẽ, interpretemur, significat, & corpus, figuram corporis. Di
xit etiam Chr̃us: Hic est sanguis meus. Tu supplendũ existimas,

Est

Est, id est, significat. Sanguis, id est, figura sanguinis. Tertium etiam apertissime tuam interpretationem condemnat, uerborum uidelicet eorundem circumstantiae. Nam, praeter ea quae sexto Iohannis tradita sunt. Agnus ipse paschalis, quem tum proxime Christus cum Apostolis ederat, manifeste docet, uti Hieronymus colligit, eucharistiam quam continenter instituit, uerum illius fuisse corpus. Nam sicut agnus ante comestus fuerat, huius corporis umbra quaedam & figura, sic oportuit & eucharistiam, quam tunc Apostolis dedit sumendam, ipsam rem sui corporis & ueritatem continere. Quamobrem nec tropus hic ullus est, sed simplicissima ueritas, uti circumstantiae luculenter docent. Palàm est igitur, quod ea, quae iam produxisti, singula tibi reluctentur.

Mat. 26 Mar. 14

Agnus paschalis significat ueritatem corporis Christi

Imperitia & inexercitatio ratiocinandi erroris occasionem nonnullam ei praestat. Ca. XVI.



QVamuis autem iam dicta sint, satis multa absona, quae uestram sententiam comitantur, dicemus autem & quaedam alia.

OECOL.

A

ROFFEN.

Profer alia si quidem possis. Nam hactenus contra nos attulisti nihil quod exercitatis tam in acumine disputandi, quam in scripturis uideatur absonum, longe difficiliores nodos ipsi dissecant, quam tu ullos adhuc produxeris. Et fieri haud aliter potest, quin is qui simplicem scripturae puritatem sequi uelit, omnino confiteatur uerum Christi corpus & sanguinem in hoc mysterio contineri. Quae res, quum tam remota sit à sensibus nostris, nequit ab ingenio mortalis cuiuspiam citra fidem concipi, fide tamen opitulante, mens hominis adeo prouehi potest solidis rationibus, ut planè perspiciat, nihil hanc ueritatem comitari, quod aut diuini spiritus artificium superet, aut potentiae eius repugnet, aut denique pietati (quae semper erga nos homines immensa fuerat) sit indecorum.

Fide cognoscere possumus ueritatem corporis Christi in sacramento

OECO. Neque est quod dicitis, mihi & crassulis alijs absurda quidem uideri, sed non esse. Ita nos è sublimi despicitis.

B

ROF. Nulla prorsus ars aut scientia est, quae sit alicuius praestantiae, in qua non plurima uideantur imperitis, non absurda solum, sed et impossibilia. Verum in theologicis id multo magis accidit, quandoquidem ea tantopere captum humanae rationis transcendunt. Nec inficior, notitia literarum, una cum fide, plurimum iuuabit, ad theologica capescenda, maxime si non desit assidua sacrorum codicum simul & probatissimorum autorum euolutio. Sic (inquam) iuuabit haec literarum peritia studiosum, ut mox uerborum quae legit sensum deprehendat. Caeterum quum de mysterijs occultioribus ecclesiae sententiam suam dicturus sit, nisi fuerit

Scientiae conducunt ad theologiam

praeterea

Necessariaad theologiam

Exercitatio scholastica est necessaria ad theologiam

præterea solidæ ratiocinationis acumen, aut singulari de munere collatũ, aut lõga in schol exercitatõe congsitũ, metus erit ne termi nos à maioribus nr̃is constitutos, facile prætergrediat. At certũ est sine altero istoꝝ illum nunq̃ uel ecclesiæ retrusiora mysteria conci pere, uel quum conceperit ea defensare posse. Neq; negauerim ali quot fuisse qui peculiari dono dei, tm̃ naturalis acuminis consecu ti sint, uel alijs etiam præcelluerunt, qui fuissent in scholis exercita ti, sed hi rarissimi semp fuerant. Ego de cõi hoim sorte loquor, qui tametsi triade linguaꝝ instructi sint, tñ si defuerit eis scholasticũ exercitiũ, sensum quẽ conceperunt, enarrare licebit, at ubi narraue rint iam finis est. Nequeunt em̃ deinceps, aut suas cõstabilire sen tentias, aut alioꝝ errores fortiter impugnare. Annales euoluat q̈s quis uelit, non reperiet multas hæreses exortas, citra q̃ incepissent scholæ, quũ tñ ecclesia semp antea fuisset hæresibus infestata. Ex ortæ sunt quędam post scholas non inficior, sed p eum adinuentę, qui supbissimo corde scholas contempserat: nempe, Wiclefum. Is utiq; propriam sibi dialecticam excogitauit, ne communi scho larum dialectica refelli posset, quum tamen dialecticæ notitia, cũ ctis ratione utentibus, unica sit.

Hæreses Vui clefi,

Dialectica o mnium una

C OECO. At non est quod dicitis, nam hæc spirituales, & hi qui gloriam pr̃is, & Chr̃i quærunt, indicabunt absurda: carnalibus oĩa plana sunt, & nullus offendiculo fit scrupulus.

Lucæ. 5
Iohan. 3
& alibi
Matth. 25. 28
Iohan. 20
1. Iohan. 2. 4
Iohan. 6

ROF. Neges etiam Chr̃m ludibria crucis fuisse ppessum, & à patre fuisse missum ad ea subeunda, & dicas te nihilominus pr̃is & Chr̃i gloriam quærere, negare in eis tantã charitatẽ, ut nos (q̃s ipse pater filios, & ipse filius fratres appellat) dignent pascere carne & sanguine agni, qui p nr̃is peccatis olim factus ẽ ppitiatio. Nescio q̃s tu spũales uocas. Carnalibus em̃ ista displicuisse, cõstat ex euan gelio. Tales em̃ murmurabãt, dicẽtes: Qũo pt̃ hic nobis carnẽ suã dare ad edẽdũ. Si plębeios q te audiũt spũales uocas, ad istos iã du dũ appellauit Luther⁹. Q̃obrẽ si iudicijs suis & tuã & Lutheri sen tẽtiã, q̃ tãtope pugnãt, cõprobẽt, iã nõ Chr̃i, sed satanæ spũ spũales

D OECO. Quid idigni⁹ Chr̃iano, q̃ multos asserere (hñdi sunt. Chr̃os, & multa sacrificia unũ cẽ Chr̃m in cœlis, & alteꝝ in terris, imò innumeros, & tot q̃t sunt aræ, & in una ara plurimos: id qđ ex uestra sñia sequi necessariũ, si in pane corpus Chr̃i realiter est.

Rossen

ROF. Hoc ad eos dixeris, q panem una cum corpe Christi cõfitentur in eucharistia: nempe Lutherũ & sectatores eiꝰ Sed qm̃ ad nos, hæc nõnihil spectant, respondendum etiam à nobis est. Hic mirũ est, ni lectores, helleboro tibi opus esse, cuncti censeant. Realiter certe nos, & in cœlo, & in sacramento Chr̃m esse confitemur, nec tñ ob id consectaneũ est, ut sint plures Christi. Nam ex diuis ipsis qdam tradit, φ simul in duobus fuisset locis, neq; tñ hunc unũ ꝓpterea fuisse duos asserimus. Si scholasticas Oecolampadi calleres disceptatiões, planè cerneres nihil repugnare corpꝰ idem simul in pluribꝰ locis esse posse. Cęterũ qm̃ animus tuus adeo spiritalis ẽ, ut ista nõ capiat, exẽplo spiritali rem aperiemus. Num credis aĩam tuam totam simul, & in corde & in capite esse? Si istud credas, iam intelligis istam consecutionem nullius esse momenti. Anima tota est in capite & tota est in pectore, ergo sunt plures animæ. Sin illud non credas, ego facile credo aut caput tuum, aut pectus omnino mente carere.

Chrifꝰ simul in cœlo & sacramento est

Corpus idem simul in pluribus locis

¶ Deteguntur eius sycophantię in recensendo Chrysostomo. Caput. XVII.

OECOLA.



HAnc absurditatem non ego, sed Chrysostomꝰ colligit in epl'a ad Hebræos, cuiꝰ sñiam Gratianus tribuit Ambrosio, sed nõ fuit illi rarũ, authorem ꝓ authore citare, ut uideas indiligentiam ac incuriam, dum temere, quęuis adnotantur, non consultis originalibus.

ROF. Non fuit tibi fortassis ociũ iterũ inspiciendi Chrysostomũ suo loco, quẽ & apertissimũ est ꝓ nr̃a sñia uelis remisq; cõtendere. Nam q tot locis aliis hanc rem tam aperte tradidit, non p̃t hic sibi contradicere. Affirmat em̃, ut ante citauimus, plęrisq; locis panem in corpus transmutari. Cæterũ incuria Gratiani, quẽ suggillas, nr̃æ causę nihil derogabit. Idem tibi aut cuiuis alteri cõtingere potuit, ut nimis ꝓperando, cites diuersum authorem. Aut forte nec illius, sed librarii culpa fuerat. Cæterũ hæc ineluibilis culpa est quum ex industria quędam subtrahas, quæ tuæ sñiæ reluctantur, & uicissim quædã adiicias, quæ tuas partes fulciant, quẽadmodũ ipse iam facis in Chrysostomo recensendo, lõge deteriorẽ notã incurrens, q̃ Gratiano impingis. Sed ipsum Chrysostomũ audiamus.

Li.1.ca.25. A

Gratianus excusatur

OECOL. Verba aũt Chrysostomi hæc sunt: Nonne per singulos B

gulos dies offerimus, offerimus quidem, sed ad recordationẽ mortis eius facientes. Et una est hæc hostia, non multæ. Et quia semel oblata est hæc hostia, oblata est in sancta sanctoꝝ. Hoc aũt sacrificiũ, exemplar est illius: idipm semp offerimus, nec nunc quidem aliũ, crastina alium, sed semp idipsum. Proinde unũ est hoc sacrificiũ, alioqui qũo in multis locis offert. Multi sunt Christi. Nequaquam, sed unus ubiq; est Chr̃us, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut em̃ qui ubiq; offertur, unũ corpus est, & non multa corpora, ita etiã unum sacrificium. Pontifex aũt noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit, ipsam offerimus & nunc, quæ tũc oblata quidem, & consumi non potest, hoc autem quod nos facimus, in cõmemorationẽ quidẽ eius fit, quod factũ ẽ Hoc em̃ facite (inqt) in meã cõmemorationẽ. Nõ aliud sacrificiũ, sicut pontifex, sed idipsum semper facimus, imò recordationem sacrificij operamur. Hæc Chrysostomus.

Chrysostom⁹ non recensetur syncere

ROF. Hic primũ oportet annotemus sycophantias tuas q nobis nõ ueꝝ tradis Chrysostomũ, sed alibi quidẽ exuberantẽ, alibi uero mancũ, quo magis inseruiat instituto tuo. Sic enim post hæc uerba. Et una est hæc hostia, nõ multæ, ipse Chrysostomus continenter subdit, quærens: Et quõ una est, non multæ? Hoc tu expunxisti. Expunxisti & alia quæ longe maiorẽ lucem afferunt. Ille uero pergit explicans quem in modũ fieri potest, ut illa hostia quæ pro nobis in cruce fuerat oblata, prorsus eadem sit, cum hac quam nos offerimus quotidie. Et hic etiam prætermissio quod ipse dixerat, tua non citra dolum intermisces id quod lector quiuis deprehendet. Vbi ueꝝ Chrysostomũ cõtũlerit commentitio. Ceterum ut tua sycophantia qua iam usus es neminem lateat, ueꝝ Chrysostomũ subijciemus, & ea uerba quæ tu subdole resecasti, per literas maiusculas ab alijs discriminabimus: quæ uero adiecisti, quiuis facta collatione facile dijudicabit à cæteris. Sic enim habet uerus.

Chrysostomi uerba recensentur

Chrysostomus homilia. 17. ad Hæbreos. Nõne per singulos dies offerimus? Offerimus quidẽ, sed ad recordationẽ facientes mortis eius. Et una est hæc hostia, non multæ. Quomodo una est, & non multę? Et quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum: Hoc aũt sacrificiũ exemplar est illius, idipsum semper offerimus. Nec nunc qdẽ aliũ agnũ, crastina aliũ, sed semper idipsum. Proinde

unum est hoc sacrificium, alioquin hac ratione, quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquā, sed unus ubiq; est Chrs, & hic plenus existēs, et illic plenus, unū corpus. Sicut eñ q ubiq; offertur, unum corpus est, & non multa corpora, ita etiam & unum sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit: ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidē consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in cō memorationē quidem fit eius, quod factum est. Hoc enim facite (inquit) in meam commemorationē. Non aliud sacrificium, sicut pontifex, sed idipsum semper facimus: magis autem recordationē sacrificij operamur. Hæc uerus ipse Chrysostomus. Vbi dilucide perspicis lector Oecolampadij fraudes. Neq; eñ huic bonus animus est, qui tantū authorem corrumpere non ueretur. Intelligis itaq; Chrysostomū nō rei quidē, sed rationis inter hæc sacrificia discrimen ponere, quū dicat illā hostiā corporis Christi semel in cruce fuisse oblatā: hoc autē sacrificiū quod offerimus in missa uelut exemplar illius, semper offerri. Id est ergo discriminis inter hæc, quòd illa hostia sub uera specie carnis, nō nisi semel offerebatur. At istd sub specie panis offertur q̊tidie. Sed iā uide cōuenietiā utriusq;. Quanq̄ tunc offerebat̃, & nunc iteratis offerat̃ diebus, non tamen alius atque alius agnus offertur, sed idem prorsus, & idipsum (ut ait Chrysostomus) offert̃ semper. Hic nobis respondeat Oecolampadius. quandoquidem ipse nihil præter panem in hoc sacramento statuit, quomodo fiet, ut idipsum semper offeratur, & non magis aliud atq; aliud quotidie? quandoquidem alius atq; alius panis indies offertur. Colligit ergo Chrysostomus, proinde sacrificium istud unum esse, quòd in ipso non diuersum, sed idipsum offeramus semper. Subinde collectionē factā ita confirmat, subijciens. Alioquin hac ratione quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi. Proinde ac si dixerit. Si diuersitas temporum & locorum diuersum faciat sacrificium, iam oportet sint plures Christi iuxta locoꝝ & tempoꝝ diuersitatem, in quibus offertur. Sed iam obserua lector, quemadmodum istud refellat Chrysostomus. Nam ex hoc quod iam sequitur totius negotij pendet intellectus. Nequaquā (inquit) sed unus est ubiq; Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, unū corpus. Quis iam nō planè pspicit, quid sentiat

Lucę. 22

Discrimen inter hostiā corporis Christi, & sacrificium missæ

Diuersitas locorum & temporum non officit uni tāti corporis Christi.

Chrysostomi sentētia de eucharistiæ sacramento.


Chrysostomus, quum dicat unum ubiq; Chrm esse, plenũ uidelicet, & integrum in hostia crucis, & plenum itẽ in hoc sacrificio, & utrobiq; idem corpus. Negari ergo non põt, quin Chrysostomus haud dubie sentiat, tam in hoc, q̃ in cæteris locis, ꝙ uere Chrus est in eucharistia, ꝙq; sacrificiũ istud hoc ipm corpus continet, quod pependit in cruce, quemadmodũ alibi nõ semel testat. Cæteꝶ quia Chrysostomus antea uocarat hoc sacrificiũ exẽplar ipsi⁹ hostiæ, q̃ pependit olim in cruce. Et postea similiter dicit istud, qđ ia m facimus, esse cõmemorationẽ & recordationem ipsi⁹ hostiæ tũc immolatæ. Inde Oecolampadius occasionem arripiens, molit q̊đ residuum est, suis artibus in suam partem impudenter trahere. Veꝶ tamẽ sicut Chrysostomus nihil ueret asserere, tam ueritatẽ corpis in hoc sacrificio, q̃ ꝙ exemplar item sit, & recordatio quædã sacrificij crucis, ita nos utrunq; affirmare nihil metuim⁹. Nos utiq; fatemur, hoc sacrificiũ nõ mõ ueritatẽ corpis & sanguĩs Chri cõtinere: ueꝶ etiã exemplar esse, pariter & memoriale Chri ꝓ nobis olim passi. Neq; periculum ullum fuerit asserere sacrificiũ istud, illius uictimæ figuram esse, mõ cõstanter interim teneamus ꝟe Chrm in hoc sacrificio contineri pariter & offerri. Nam uti Paulus ad Hebræos ait: Vmbrã habet lex futuroꝶ bonoꝶ, non ipsam imaginẽ reꝶ, quemadmodum euangelium iam habet.

Oecolampadius torquet Chrysostomũ.

Heb. 10

¶ Fuci reuelantur quibus obtenebrare tam dilucidum conatur authorem. Caput. XVIII.

OECOL. A. ROFFEN.



N non satis nobis astipulatur, si quis purgatioribus uideat oculis?

Si tibi hæc astipulent, mihi nulli sunt oculi. Sed quis deinceps tibi fidem adhibeat in sacris exponendis lr̃is, quum adeo turpiter hallucineris in tam aptissimis dictis uni⁹ interp̃tis scripturaꝶ. Nemo tam brut⁹ est (opinor) ut nõ intelligat Chrysostomũ hic plus q̃ ex diametro pugnare tecũ. Nam ipse dicit, idipm in hoc sacrificio iam offerri, qđ olim offerebat in illa crucis hostia. Tu prorsus negas. Ille testat unũ ubiq; Chrm esse, plenum in hoc sacrificio, plenum item in illa hostia & unum omnino corpus utrobiq;. Tu contradicis. Ille fatetur unum agnum Chrm, & heri, & hodie, & cras, immolari: nec ꝓpterea cõsequi plures eẽ Chros. Tu cõtra colligis, oportere plures eẽ Chros: Et tñ adhuc te neutiq̃

Chrysostom⁹ contra opinionem Oecolampadii.

pude

pudet, illum asserere, tuis erroribus astipulari. B

OECO. Acuti tñ aduersarij sibi seruire hæc dicta psuadere uolunt, quasi idem Christi corpus sit in cœlo & in altari, & ita esse unã hostiam persuasuri scilicet multa esse unum, & præterita esse præsentia, non esse diuersa figuram & figuratum.

ROF. Absurda, pfecto, quæ iam memoras, tuã ipsi⁹ hæresim aperte consequunt̃, si tñ cũ Chrysostomo confitearis idip̃m esse qđ offert̃ ubiq;. Nam si præter panem nihil aliud in sacro sit, ut tibi uisum est, & hoc ip̃m hic dicat̃ offerri, qđ olim in crucis hostia, tã necesse ẽ, ut diuersa multa sint unũ: & p̃terea pñtia & figura figuratũ. Sed hęc nihil ad nos, q nullam aliam asserimus esse sub eucharistia substantiã, q̃ ipsi⁹ corpis & sanguinis Chr̃i. Quum igit̃ eadem utrobiq; substantia sit, idem sit oportet, q̊d hic est & q̊d illic. Idem (inq̃) scdm substantiã, tametsi iuxta rationem accidentariã sit diuersum, secundũ quam etiam hoc ip̃m qđ idem est, multiplicat̃: & quę multa uidẽt̃ scdm rationem accidentiũ, unũ sunt quantũ ad substantiã. Passio etiam Christi quæ præterijt, iam refricat̃ ex præsentia sacramenti. Et demũ hoc ip̃m qđ iam sub specie panis & uini tractat̃ exẽplar ẽ & figura ipsi⁹, qđ in cruce sub alia specie pepẽdit, nimirũ sub specie carnis. Ad quẽ modũ nihil repugnat idẽ exẽplar eẽ & exemplatũ, figurã & figuratũ, sub alia uidelicet ratione.

Vnum secundum substantiam diuersificatur penes rationem.

Sacramentũ altaris figura Christi crucifixi

OECO. At nos beati patris expendamus uerba, concedentes interim, quod eucharistiam sacrificium uocat & oblationem, sensu quidem pio, uoce uero non omnibus probata. Sed de uerbis & uocula nihil attinet contendere. C

ROF. Hoc tollis primũ qđ ipse Chrysostom⁹ modis oib⁹ ubiq; cõfirmare nitit̃: nimirũ q istud uere sacrificiũ sit. Istud lector, si nõ grauaberis Chrysostomi cõmentarios & homilias euoluere, com pluribus⁹ locis inuenies, præcipue tñ homilia quã scripsit de sumẽtibus indigne diuia & sancta mysteria. Silr in homilia de sacrorũ participatõe mysteriorũ. Rursum in homilia de pditõe Iudæ, & in cõmentarijs epistolæ posterioris ad Timothæũ, Chrysostom⁹ ubiq; confitet̃ & cõstantissime qdem hoc salutare sacrificiũ, ecclesię necessariũ esse, qđ quanq̃ tu nõ recipias, ut mox patebit, simulas tñ interim te cõcedere nec uelle cõtendere de uoculis: nimirũ. ut uideatis etiã in his primis uerbis nihil ab ipso dissentire, quũ longe alia tibi mẽs

Sacramentũ altaris est sacrificium authore Chrysostomo.

Simulatio dolosa Oecolampadij

bi mens interior sit, plena uidelicet dolo.

D OECO. Declarat autē seipsum, quid sacrificiū & oblationē dicat: nēpe nihil aliud, q̃ recordationē oblationis.

Chrysostom⁹ nō inficiatur sacrificium

ROF. Vbi (precor) istud usquā declarauit? Quin ꝓfers ipsius uerba? Sic utiq; dixit: Non aliud sacrificiū sicut pōtifex, sed ipsum semp facimus, imò recordationē sacrificij opamur. Num his uerbis asserit Chrysostomus, sacrificiū istud nihil aliud esse q̃ recordationē oblatiōis? An ista cōsecutio tibi ualida uidet. Sacrificiū istud recordatio illius oblatiōis, ergo nihil aliđ q̃ recordatio. Sic enī ipse resurrectionē ꝓbabo nullā rem esse. Nam quòd Christus à morte ad uitā resurrexit, nostræ (si Paulo credimus) à morte peccati in uitā gratiæ, resuscitationis exemplar, & figura quædā fuit. Ergo secundū tuā dialecticā nihil aliud erat mors & resurrectio Chri, q̃ figura. Adde, quòd Paulus de Christo dicit: In similitudinē hominū factus. Quāobrē & iuxta dialecticā tuā Christus neutiquā hō fuit. Huc accedit, quod quū idem Paulus de filio dei scribit, qđ sit expressa imago substantiæ patris, eadē ratiocinatione tua neq̃q̃ sub hac imagine uerā substantiā patris obtinebit, quòd orthodoxis omibus blasphemia est. Sicut igit Chr̃us in similitudinē hominū factus nihilominus homo uerus est, & sicut idē est expressa imago substantiæ patris & nihilominus ipsam substantiā possidet, ita nos dicimus corpus Chr̃i sub specie panis à sanguine Chr̃i sub specie uini separatū, Chr̃m in cruce passum & exanguē repſentare figurāq; esse, & esse nihilominus eandē rē quæ fuerat in cruce leuata.

Rom. 6.

Philip. 2

Heb. i

Corpus Christi sub specie panis est figura atq; res corporis Christi crucifixi

E OECO. Et sicut sacrificium se habet, ita & corpus. Vnde hic est recordatio corporis, quæ ipsum corpus dicitur.

ROF. Si liceat hunc modū expendere & interpretari doctoꝝ cōmentarios, quid tam circūspecte dici queat ab eis, ut non facillime ꝑuertatur. Sacrificiū nihil aliud haberi pateris, q̃ recordationē sacrificij, & corpus nihil aliud q̃ recordationē corporis. At ubi est quòd ante dixit Chrysostomus: Vnus ubiq; Chr̃us est, & hic plenus exeistens & illic plenus unū corpus. Quæ duo postrema uerbula, tu malo, prauoq; ingenio sustulisti. Sed rñde mihi: Si Chr̃us plen⁹ hic existat, & unū corpus cū ipso sit q plen⁹ etiā in cruce pepēdit, quō nihil ē hic aliud q̃ sola sacrificij ipsi⁹ recordatio? Et si unum utrobiq; corpus fuerit, & hic & illic, qui fieri pt, ut hic sola credat esse figura?

Li. 2. ca. 17. B

Oecola-

OEC OL. Distinguit autem inter oblationem, quæ semel facta, & quotidianam. Nam illa est unica, & in sancta sanctorum illata. Oblatio autem quotidiana, est exemplar & μνημόσυνον. F

ROF. Distinguit certe, sed nõ id solũ uerũ etiam conciliat, & unit quoq;. Nam si tantum distinguat, inter illam crucis hostiam, & hoc altaris sactificium, ubi est quod dicit: Idipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum, crastina alium, sed semper idipsum. Proinde unum est sacrificium. Ecce non distinguit solũ: uerum etiã unũ & idipsum facit. In quibus uerbis tu nullam agni mentionem facis, sed callide uerbulum illud exemisti. Hoc scilicet est expendere Chrysostomi uerba, an expungere magis? uocat itidẽ & hãc oblationem quotidianam, exemplar & μνημόσυνον illius semel factæ quod & nos concedimus, at non solum exemplar uocat, & nihil aliud q̃ exemplar, ut tu moliris.

Li. 2. cap. 7B. Oblatio quotidiana, exemplar est, at nõ solum

OECO. Nam licet multæ sint recordationes & gratiarum actiones, unius tamen hostiæ sunt, cuius ubiq; memoria par. G

ROF. Hoc uerum dicis: Vnius hostiæ sunt, sed illud taces quod dixit Chrysostomus: Et una est hęc hostia, non multæ. Et ad illud conniues, quod subditur: Sicut enim qui ubiq; offertur unum corpus est, & non multa corpora, ita etiam unum sacrificium. Hic mihi dicas precor, quid referat ipsum relatiuum, qui, quũ dicit: Qui ubiq; offertur, unum corpus est. Profecto uel agnum uel Christum, nam de utroq; supra locutus fuit. Christus ergo uerus agnus qui ubiq; tam in cruce q̃ in altari offertur, unum corpus, nõ multa corpora, ac proinde unum sacrificium.

Sacrificium unum est crucis & altaris. Lib. 2. capi. 7.

OECOL. Nam unus ubiq; est Christus: alioqui multi essent Christi. Vnum, & eundem per recordationem in multis locis esse, non est absurdum. H

ROFFEN. Si uerba Chrysostomi recte trutinare uelis & expendere, non cætera quæ sequuntur, prætermitteres. Non enim, ut tu ea recenses, enunciauit Chrysostomus, sed ita. Vnus ubiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, unũ corpus. Si plenus hic est Christus, quemadmodum illic plenus fuerat, quid ultra contendis hic solum exemplar & memoriale tantũ esse? Sin Christum hic neges plenum & integrum, quid tam perfricta fronte nõ erubescis asserere Chrysostomum astipulari tibi?

Verba Chrysostomi male recenset

Oecolam-

I OECO. Etiã ea q̃ præterita uel futura sunt, recordatõe fiũt p̄sentia & rep̄sentant, alioquin om̃ibus modis impossibile, ut ea quę non sunt, sint: sicut & ea quæ sunt, dum sunt, non possunt non esse.

Christus præsens in altari.

ROF. Et passionẽ ipsam quæ præteriit, iam repræsentari fatemur & recordatõe quadã fieri quasi præsentẽ. Neq; id solũ, sed & ipsum Christũ qui tum fuit passus, hic sub specie panis uere pręsentem asserimus. Neq; eñ sic passionẽ eius esse præteritam, affirmare poteris, ut ipse neutiquam adhuc existat.

K OECO. Et ad finem iterum explicat, hoc quod nos facimus, in commemorationem fit.

Eucharistia continet eandem substantiam in cruce oblatam

ROF. Et si millies hoc replicet, nihil cõtra nos, q non negam⁹ hoc sacrificiũ in cõmemorationẽ illius hostiæ fieri, & si uis in exẽplar & figurã quoq;, ue℞ ita ut nihilominus ipsum Christũ plenũ, & integrũ contineat, hoc est rem eandẽ & substantiã eandẽ quę in ara crucis pro nobis uictimabatur.

L OECO. Nec contentus repetiisse, exponit per correctionem quid sit quod dixit idipsum semper facimus, nempe recordationem sacrificii operamur.

ROF. At ubi legis eũ dixisse, ꝙ solã illius sacrificii recordationem operamur. Q̃ sacrificiũ altaris in recordationẽ hostiæ crucis offeramus, om̃es ingenue cõfitemur. Nec istud solus nos Chrysostom⁹ docuit, sed ante illũ Paulus quoq; & Lucas Cæte℞ & si fiat in cõmemorationẽ Chr̃i passi, nihil tñ istud uetat Chr̃m, q passus fuit, eundẽ iam offerri, quũ & Chrysostomus dicat. Id ipsum sp offerimus, neq; nunc aliũ agnũ, crastino aliũ, sed semp idip̄m offerimus, itaq; Chr̃m in hoc sacrificio, non quidẽ sub specie ꝓpria suæ carnis, sed sub panis specie, ueruntñ idẽ utrobiq; Christus est.

j. Co℞. ij
Lucæ. zz

Christum sub aliena specie offerimus.

M OECO. Deniq; ne quid uulgare dictum credamus pręter morem suũ addit: Non nostra sunt, sed diuini spiritus quæ loquimur.

ROF. Hoc maxime nostrã sñiam corroborat. Nã eo maior fides uerbis ei⁹ est adhibẽda. quo nõ q̃ spũs ꝓprius, sed quæ diuin⁹ ei suggesserit spũs, iam ꝓtulisset. Verissimũ igit est, & citra scrupulũ quẽuis credendũ, ꝙ unus ubiq; Chr̃us ẽ, & hic in altaris sacrificio plenus ac iugiter existẽs, & illic in ara crucis plenus quoq;, & unũ utrobiq; corpus. Ex his iam opinor p̄spicis lector quantũ Oecolampadii institutis Chrysostomus aduersef, quũ inter se tãtope discrepat a

Chrysostomi & Oecolampadii controuersio.

Prima.

pat alter ab altero. Tollit eñ Oecolampadius oẽe sacrificiũ altaris penitus, ut mox apertius ex eius ipsius uerbis intelliges. Chrysostomus uero ceu rem ecclesiæ cũ primis necessariã modis oĩbus ipsum cõprobat. Negat Oecolãpadius in eo sacrificio Chrm esse, nedũ offerri. Chrysostomus cõtra prorsus affirmat, non diuersum, sed idipsum tam in altari, q̃ in ara crucis immolari. Veret Oecolãpadius ne si Chrs in hoc sacrificio dicat, idẽ qui fuit in cruce passus ꝙ erũt plures Chri Chrysostomus audacter clamat eũdẽ utrobiq; Chrum esse, plenũ & integrũ tam in hoc sacrificio q̃ in ara crucis, neq; tñ ob id plures esse Chros. Et tñ his modis Oecolãpadius magnificis illis ꝓmissis q̃ paulo supius iactitabat, se putat satisfecisse. Secunda Tertia Li. 2. ca. 16. D

¶ Nihil vetat hoc mysterium exemplar dici pariter & rem veram contineri. Ca. XIX.



Olligitur ergo, quod corpus Christi exemplar sit, & ut Basilius dixit, ἀντίτυπον. OECOL. A

Tu p̃posteras admodũ collectões facis. Unde p̃cor istud colligis? An tale qddã affirmauit Chrysostomus? Minime, pfectò. Sed dixit sacrificiũ istud q̃d in altari facimus illius hostiæ quæ in cruce immolabat exemplar esse. Verũ ex eo nõ recte colligis corpus istud exemplar illius esse. Q̃d nemo nõ pspicit, qui uel mediocriter in dialectica fuerit exercitatus. Nã aliud est sacrificiũ corpis, aliud ipsum corpus. Nos tñ concedimus iuxta sanũ intellectũ, nõ ꝙ absolute corpus hoc sit illius exẽplar. Nam sic, idẽ exẽplar esset & exemplatũ, figuratũ & figura. Sed ꝙ corpus istud q̃tenus ẽ sub specie panis repñtet & referat ipm q̃d corpꝰ exangue sub uera specie carnis pependit in cruce, atq; ꝙ ita sit exemplar, & figura modis oĩbus cõprobamus. Nec aliud Basiliũ uoluisse cõpertissimũ habemus ex eo, ꝙ idem Basilius, quũ ex aliis locis, tum ex uerbis missæ quã inter sacrificandũ legere solebat, sensisse uerũ Chri corpus sub ipsa panis specie cõtegi. Sic eñ ipse p̃catur. Rogamus ut ueniat spũs sanctus tuus sup nos & sup hæc ꝓposita munera & benedicat ea, sanctificetq; & faciat hunc quidẽ panẽ ipsum p̃ciosum corpus, & uinũ p̃ciosum sanguinẽ dñi & dei & saluatoris nñi Iesu Chri, qui effusus est ꝓ mundi uita. Hactenus ille. Nec offendat te lector, ꝙ dicit. Et faciat hunc quidẽ panẽ ipsum p̃ciosum corpus. Nam is modus loquendi fuit apud ueteres, quanq̃ recẽtiores nõ

ROFFEN. Corpus Christi in eucharistia non est exemplar, sed sacrificium eius Iohan. 19 Supra libr. 2 cap. 14. A Lutherani dicunt substantiam panis remanere cum

corpore Oecolampa. nunc secus quam antea interpretatur Basilius

res non cupiãt, ꝓpter hæreticos qui dicũt substantiã panis una cũ corpe manere. Cæteꝝ, ut cernis, Basilius om̃ino censuit in hoc sacramento ꝑciosum Chr̃i corpus esse credendũ. Sed & tuipse in cõtione, quã hac de re primã emisisti, ita Basiliũ citas. Basilius (inquis) mysterium hoc ἀντίτυπον, hoc est exemplar scite uocat Nullũ utiq; tunc in hoc Basilij uerbo scrupum reperisti, sed iam Polypi mente obtines. Et sanè mysteriũ hoc: Hoc est corpus Chr̃i sub specie panis, & sanguis Chr̃i sub specie uini, nõ incongrue dicunt exemplaria, seu si mauis exemplar esse corpis q̃d ꝓ nobis in cruce pependit.

B OECO. Si exemplar, ergo figurã & habitudinẽ alterius gerit corpis q̃d q illud in figura & significatiõe exprimit.

ROF. Cõcedimus & istud ad priorẽ intellectũ, hoc est, ꝙ corpus Chr̃i sub specie panis, figurã quandã & habitudinẽ gerit, nõ alteri' sed eiusdẽ corpis, sub specie ꝓpria carnis exhausto sanguine,

C OECO. Nec est q̃d argutet quis, idẽ corpus q̃d nunc in pane, figuram esse suipsius, ut erat in cruce: nam si figura est, sua in pane præsentia, necesse erit, ut tale quiddam in se recipiat, per quod se absens figuret. Iterum igitur crucifigendus?

Corpus & sanguis in euchauistia quid repræsentet

Iohan. 19

ROF. Intellige quod nos dicimus, & nullus om̃ino scrupus manebit. Nos asserimus ipsum Chr̃i corpus, ut est sub specie panis, repræsentare corpus exangue Chr̃i, q̃d in cruce pependit, & sanguinem in calice sub specie uini reꝑsentare sanguinem eundem, q fundebat in cruce ꝓ salute mundi, & hoc in altari sacrificari ad recordationem & cõmemorationẽ illius sacrificij quod in ara crucis fiebat, ac ꝓinde corp' nõ simpl'r figuram eẽ corpis, neq; sanguinẽ sanguinis, sed corpus & sanguinem sub speciebus panis & uini figurã & signũ & exẽplar eẽ corpis eiusdẽ & sanguinis, quæ tunc ab inuicẽ in cruce separabant. Satis igit abunde repræsentant ista fidelibus Chr̃i crucifixionẽ olim factã, ut nihil opus sit denuo crucifigi.

D OECOL. Erant uituli legales figura, sed cædebant. Si igitur corpus præsens, figura erit absentis, & passione quadã præsenti refricabit prioris passionis memoriam, aut dices, corpus quidem præsens, exemplar autem esse in his quæ pani accidunt. Ociosus igitur aderit Christus, & corpus non erit exemplar.

ROF. Nihil hoꝝ Oecolampadi. Neq; enim Christus hic denuo patit, neq; tñ ociosus adest. Nã præter hoc, ꝙ nos in hoc sacra

men-

mento realiter & ſubſtãtialiter ſuo corpore paſcat, & ſanguine re-ficiat, atq; ita uere conglutinet ſecum & cum patre ſuo, facit etiam ut per fidem præſentiæ ſuę, multo uiuatius, ad cõmemorandã ſuæ necis acerbitatem, & multo ardentius ad amorem mutuum, ei pro tam eximijs impenſis muneribus rependendum, excitemur. Nam ſi nihil aliud eſſe crederemus in altari, q̃ panem & uinũ, ipſa ubicũ-q; fuerint, etiam in cõmunibus menſis æque commemorationem necis Chri nobis ingerent. Quamobrẽ nemo fidelis non ſatis intel ligit, oportere quiddam aliud in altari fore, præter nudum panem & uinum. — Effectus fidei circa euchariſtiam

OECOL. Vide ergo, quantarum abſurdita-tum parens ſit unica abſurditas. E

ROF. Nihil adhuc abſurditatis oñdiſti quod communem ec-cleſiæ ſententiã comitat. Sed quæ tuã ſequunt innumera ſunt. Nã præter hoc, quòd eſſemus incerti de ſalute nr̃a (quum nemo ſcire queat an uerã & efficacẽ habeat fidẽ) adhuc tam eximio ſalutariq; fraudaremur cibo, tantoq; fructu qui ꝓuenit ex ipſius eſu, priuare-mur, uerba Chri ꝑuerterent. De ſcripturis eſſet actũ penitus. Ridẽ dum Ethnicis Chrm faceremus, quẽ quũ amore noſtri crucis hor rendam necem ſubijſſe prædicemus, nobis tamen in monumentũ ſui nihil præter fruſtulum panis reliquiſſe docemus. Sed & menda cem eum facimus qui contra pollicitationem ſuam tantum erro-rem & tam diu paſſus eſſet in eccleſia ſua. Spiritum quoq; ſanctum fruſtra cõmoratum in eccleſia tot annoꝝ centenarios, neceſſe eſt, fateamur. Deniq; patribus, per quoꝝ ora ſpũs ipſe locutus eſt, nul la fides in cæteris adhibebit. ſi in re tanti ponderis aberraſſe cõperi-antur. Quæ omnia longe abſurdiſſima ſunt. — Abſurditates ad Oecolam-padij aſſertionem — j. Cor. 1 — Mat. 28

OECO. Iam quæ auris Chriana Marcionitaꝝ blaſphemiam ferret patienter? q hac ur̃a expoſitiõe ſuã tutari nitebant hęreſim, di cebantq; corpus Chri phantaſticum, non quale hoc noſtrum, ſed quod oculis ac tactui illuderet atq; ita eſſe uere paſſum. F

ROF. Longe magis ex alijs Chri factis eã anſam arripere po-tuit Marcion, q̃ ex hoc loco. Nimiꝝ qñ Nazarei duxerant Chrm uſq; ad ſupcilium montis, ut præcipitarent eũ, & ipſe tranſiens ꝑ medium illorum ibat. Et rurſum, quum Iudæi molirent eũ lapida-re, abſcondit ſe, & exiuit de templo. Sed & quando ſuper mare pe-dibus ambulabat non minus conſtanter, q̃ ſuper æquabile ſolum — Lucæ. 4

Iohan.8 Ad hæc, quando ad Aplos suos itrauit ianuis clausis. Ex his atq;
Mat.14 alijs eiusmodi locis cõfirmare suã hæresim potuit Marcion, hoc ẽ
Mar.6 Chrm haud uerũ, sed imaginariũ corpus habuisse. Cæterũ, ut hæc
Iohan.6 neutiq̃ ex euangelijs eximunt, ob metũ hæresis Marcionitarũ, ita
Iohan.20 neq; nos genuinũ scripturæ sensum ob eius periculi suspitionẽ auferri patiemur. Alioqui, si ꝓpter hæreticos, ne uidelicet illi suscipiant cõfirmandi sui erroris occasionẽ, scripturarũ sensus immutaremus, quid ẽ qđ ad hunc usq; diem haberemus in scripturis integrũ, præsertim quũ ex scripturis ipsis ꝑperam intellectis, nullus ad huc hęreticus non suxerit erroris sui uenenum.

Propter hæreticos non sunt scripturæ mutandæ

¶ Tertullianum, quem pro se facere iactitat, nihil ei suffragari. Caput. XX.

OECO. A



Vod autẽ hæc ꝑ errore suo cõfirmando assumpserint, indicat Tertullianus libro cõtra Marcionẽ quarto, dicens: Professus itaq; se cõcupiscentia cõcupisse edere pascha, ut suũ (indignũ eñ ut qđ alienũ cõcupisceret de⁹) acceptũ panẽ, & distributũ discipulis, corpus suũ illũ fecit: Hoc est corpus meũ, dicendo. i. figura corpis mei: Figura autẽ nõ fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Cæterũ uacua res q̊d est phantasma, figuram capere non posset. Ita Tertullianus.

Tertullianus hæreticus.

ROF. Possem hic, uel uno uerbo, testimoniũ istud, cui tu cum primis inniteris exufflare: nimirũ ꝙ sit ab hęretico traditũ, atq; ideo minime recipiendũ cõtra nos. Possem & aliter argutiã tuã eludere, dicens: ꝙ iuxta Marcionis traditionẽ hoc recensuit Tertullianus, qñquidẽ lib. 3. refert hoc ipsum in euangelio Marcionis ita scriptũ esse. Cæterũ ut donemus tibi, nec hic hæreticũ fuisse Tertullianum neq; alterius q̃ sui ipsius hoc loco sententiã dixisse, nihil tñ contra nos asseruisse cõperiet, si quæ Tertulliano mens fuerit, & quid sibi uelint singula uerba, diligenter excusseris. Primũ, ego nõ dubito sensisse Tertullianũ in hoc sacro uerũ corpus & sanguinẽ Chri cõtineri. Quæ res quũ ex alijs locis, tum ex libro, quẽ de resurrectiõe carnis ædidit, abunde cõstat. Sic eñ, ubi multis alijs ꝓconijs extulisset carnẽ, hæc adijcit. Videamus nunc de ꝓpria etiã Chriani nominis forma, quanta huic substantiæ friuolæ ac sordidæ, apud deũ ꝓrogatiua sit. Et si sufficeret illi, ꝙ nulla oĩno anima salutẽ posset adipisci, nisi dum est in carne, crediderit, adeo caro, salutis ẽ cardo,

Tertullianus sensit corpus Christi in sacramento.

de qua quum anima deo alligit ipsa est quæ efficit ut anima alligi possit. Sed & caro abluit ut anima emaculet. Caro ungit ut anima cõsecret. Caro signat, ut & anima muniat. Caro manus impositiõe adumbrat, ut aĩa spũ illuminet. Caro corpe & sanguine Chr̃i uescit ut & anima de deo saginet. Ecce q̃t p̃rogatiuas carnis enumerat, & inter has postremã oim p̃cellentissimã. Vera fides, ueræ pdest animæ, sed nisi dum est in carne. Emaculat anima & uere, sed p baptismũ carnis. Cõsecrat anima, p sacrã carnis unctionẽ. Minuit ania, p signũ crucis in carne factũ. Spũaliter illuminat anima, p manus impositionẽ sup carnẽ. Hæc (inq̃) omĩa uere fiunt. Ergo & postremũ quoq;. Nimirũ q anima de deo saginat, eo q uere corpe & sanguine dñi uescit caro. Liquet igit sensisse Tertullianũ corpus & sanguinẽ dñi in eucharistia cõtineri. Cæterũ (ut iam ad eius uerba quæ tu recenses, accedamus) principio uelim illud aduertas, quũ dicat: Et corpus suũ, illum fecit. Si nobis hæc uerba cõcesseris, nempe q Chr̃us ex pane suũ ipsius corpus effecerit, nos uicissim tibi nihil cęterorũ negabimus. Nã paulo supius ex Chrysostomo pspicuũ fuit, hic prorsus eandẽ esse rem, & substantiã ipsius corpis, q̃d fuerat in cruce, & nihilominus tñ eandẽ, quatenus ipsa iam sub specie panis est, figuram esse corpis illius quod cruci fuerat affixum. Iam intelligis (opinor) nihil hic nobis reluctari Tertullianũ, qui dicit utrunq; & quòd Christus, ex pane fecerat suum corpus, & q hoc ipsum nihilominus sit figura quædam. Li.2.ca.18.A Lib.2.cap.18. B,D,G.

¶ Fuci quibus obtenebrauit Tertullianus sensum detegitur. Caput.XXI.

Verum operæprecium fuerit, uerba Tertulliani pluribus expedire. Sunt enim, qui errorem suum manifestis uerbis stabiliunt, quibus illum ponere ualerent. OECO. A

Sic pcul dubio iam & ipse facis Oecolãpadi. Nam hæc ipsa uerba quæ nunc ex Tertulliano causa erroris tui stabiliendi pduxeris, tibi sufficerent, ut eundẽ ptinus errorem poneres, & maxime si tam ea quæ præcedunt, q̃ ea quæ subsequunt, uigilãter expenderes. Sed ad multa conniues, quę nec parui momenti sunt, alia fucatis interpretationibus tuis transformas, complura pertransis, ex industria quoq;, ne dicam ex Sycophantia. ROFFEN.

OECO. Agit autem contra Marcionẽ, qui inter cętera deum B.

ueteris testamenti, & legem, & creaturas, tanq̃ mala, Chr̃m uero putatiuum corpus assumpsisse, blasphemabat.

ROF. Istud ue℞ est: At hoc ad rem facit, quod prætermittis: nempe ꝙ in hoc ipso quarto libro penè totum euangeliũ Tertullianus ꝑcucurrerit ad hũc usq; locũ, quo iam de paschate agit cum discipulis edendo. Hunc igitur locum aggressus Tertullianus, docet Moysen olim huius rei ꝓnunciasse sacramentum, quum dixisset: Pascha est domini. Subinde meminit Christum indicasse, quanto affectu cõcupiuerit, hoc pascha cum discipulis suis edere, non utiq; Iudaicã illã, quã ꝓpter contemptũ Tertullianus uerucinã carnẽ uocat, q̃q; fuerat, alioq figura sui corpis. Nã & illa Iudæi uescebant, sed pascha ueri sui corporis & sanguinis intellexit, quod sub specie panis & uini tunc edendũ, & bibendũ ꝓposuit. Erat em̃ ipse, quemadmodum subdit Tertullianus, qui tanq̃ ouis ad uictimam adduci habens, & tanquã ouis corã tondente, sic os non aperturus. Quare figurã sanguinis sui salutaris implere cõcupiscebat. Ecce quid dicat, figurã sui sanguinis implere cupiebat, hoc est sanguinis, tum effundendi, aut mortis suæ potius, quæ tum instabat. Hic tuam appello conscientiam, si figura Christi fuerat agnus ille Iudaicus, quem & ipse cum discipulis prius ederat, & nunc itidem hoc sacramentũ nihil aliud p̃ter eiusdem rei figuram contineat, cur tanto affectu cibũ istũ magis, q̃ illũ, discipulis suis cõmunicare gestijsset. Nam agnus ille qui fuerat occisus, longe maiorẽ energiam habuit mortis Christi, q̃ panis ullus habere potuit.

Leui. 23 Num. 28 & alibi Lucæ. 22 Esa. 53

C OEC. Dicendo igitur, quod indignũ sit concupiscere aliquid alienũ, docet panem esse bonam creaturam dei boni, alioqui non accepisset illum in manus nec desyderio desyderasset.

ROF. Hic planè fingis, & infartis tua. Vbi (te quæso) quicquã tale dixit Tertullianus? An nõ satis nouerat agnũ etiã ab illis añ comestũ, bonã quoq; fuisse creaturã dei boni? Fuit em̃ agnus p naturam creatura dei. Panis uero per artificium, talis factus: at nihilominus creatura dei (quantũ ad substantiã) fuit, quanq̃ igitur agnus cũ suis appendicijs pascha Iudæo℞ fuerit, nec tamen de ipo uoluit Tertullianus intelligi, quum dixisset Christũ professum se concupiscentia concupisse edere pascha, ut suũ. Hoc expendas uelim, cur istud peculiariter suum, hoc est ipsius Christi pascha uocauit.

Tot se

Tot festis Iudæorū, ut idem Tertullianus paulo superius aiebat, paschæ diē egit Christus, & nunc solū, quū instare nosset passiōis suæ tempus, hoc suū pascha miro affectu concupiuit edere cū discipulis suis. Nunquid agnus ille recenter occisus & assus, non multo expressior figura mortis Chri fuerat, q̃ panis? & tamen hunc, non illum pascha suum, hoc est Christi ꝓpriū, Tertullianus appellat. Et qua ratione (precor) panem istū potius, q̃ agnum illum, pascha Christi cognominat, nisi quia Christū in hoc sacramento uere cōtineri credidit? uerumq́ꝫ corpus in hoc edi, uerumq́ꝫ sanguinem potari. Fuit utiqꝫ figura mortis Chri, tam agnus ille, q̃ duplex ista panis & uini species. Sed quoniam ibi sola figura fuerat: hic autē non sola figura, sed uerū Chri corpus sub specie panis, & uerus eius sanguis sub specie uini, ob eam rationē haud dubie Tertullianus hoc pascha, suum pascha, peculiariter dixit.

Lucæ. 22
Panis dicitur potius pascha Christi quam agnus

D

OECO Deinde cū dixisset: fecit illum corpus suum, exponit, ne fortasse quis sentiat, quod ego olim persuasus eram, sed ut intelligatur, sicut docet. Exponit autem sic: Hoc est corpus meum, dicendo; id est, figura corporis mei.

ROF. Facile credo te sic aliquando sensisse: nimirū, ꝙ tam eximijs ingenij donis à deo p̄ditus eras. At uide, ne ꝓpter īgratitudinem tuam sis iam in mentē reprobā traditus. Tunc em̄ quando ꝓfessione fueras orthodoxus, quando nondum eras apostata, fidei iuxta, atqꝫ religionis, & priusq̃ afflasset te satanæ spiritus, ita tuis auris hanc Tertulliani lectionē insonuisse minime dubito. Sed nunc aliter. Et tamen eadem est lectio. Eadem omnino uerba manent. Neqꝫ illa mutata sunt, sed tu iam à dæmone quopiam adeo fascinatus es, ut iam alijs oculis uideas q̃ prius ipse legisti. Nunc parui pōderis istud uerbū fecit, æstimas, quū Tertullianus dicat. Acceptū panē & distributum discipulis, corpus suū illū fecit. Si Chrus uere corpus suū ex pane fecit, ꝑfecto fecit ut ibi iam esset corpus suū, ubi pridē fuerat panis. Sed exponit (inquis) quū postea dicit: Hoc est corpus meū, id est, figura corporis mei. Nequaq̃. Non em̄ exponit priora uerba, sed hanc expositionē, id est, figura corpis mei, uerbis adiecit posterioribus, nimirū his: Hoc est corpus meū, id est figura corporis mei. Tu prius illud recipe, Christus uidelicet ex pane, fecerit corpus suum, & nos istud posterius nequaq̃ respuemus.

Rom. 1
Eadem Tertulliani uerba Oecolampadius secus iaꝫ atqꝫ olim intelligit

Christus panem fecit corpus suum.

Nos

Nos eñ fatemur Chri corpus sub hoc sacro pariter & figurã eẽ, licet igit his posterioribus uerbis, hanc particulã Tertullianus adiecerit, manent nihilominus in suo uigore priora illa uerba, nimirꝫ hæc: Acceptũ panẽ & distributũ discipulis, corpus suũ illũ fecit: Hic certe nihil addit, q̊d sensum imminuat, hic absolute ꝓnunciat ꝙ Chrs ex pane corpus suum fecit. Et omẽs nouimus, quam uim habeat hoc uerbum fecit.

B OECO. Vides quõ interptet, est corpus, id est, figura corpis? Siue igit dicas, est, ꝓ significat: siue corpus, id est figura corpis, meam cõfirmabis, tuamq́ꝫ destrues sententiam.

ROF. Siue hoc siue illud quis dixerit, nõ ob id tua snia confirmabit, qua statuis panẽ esse figurã solã corpis. Nam si Chrs (ut asserit Tertullianus) panẽ illũ corpus suũ fecit, nõ erit panis figura sola. Nos uero fatemur hoc q̊d Chrus demõstrauit sub specie panis esse uerꝫ Chri corpus ab eodẽ factũ, & ipm idẽ nihilominus figurã esse corpis sui passi, q̊d in cruce fuerat exangue redditũ. Quare nostrã sniam Tertullianus haud dubie corroborat, & tuã iugulat.

Matth. 26 Lucę. 22 Iohan. 19

¶ Commẽtitiam quandam argutiam, quasi a Marcione factam inducit, lectoris fallendi gratia. Ca. XXII.

OECO. A



Recte aũt hoc opponit Marcioni, qui ex uerbis illis fere in hunc modũ arguisse colligit. Chrus dixit: Hoc ẽ corpus meum, & corpus illud uisui & tactui imponit, nec sentit: eius ergo naturę est corpus Christi, nempe phantasticum, & quale corpus in pane, tale est & in cruce.

ROF. Iã caligine quadã oculos nros obducere paras, at nihil tibi ꝓderit. Vbi p̃cor in his quinqꝫ libris, q̊s cõtra Marcionẽ ædidit Tertullianus, talẽ argutiã usquã repperis Marcioni tributã. Nusq̃ ꝑfecto filis argutiæ Tertullianus in tot libris meminit, sed hoc est, merꝫ cõmentũ tuũ, sicut & illud, q̊d supra de pane ꝓduxeras: nempe ꝙ esset bona creatura dei boni. Talibus interfectis mendacijs os nrm sublinire moliris. Et quid si Marcion ad illũ modũ argutatus fuisset, nos ꝓpterea scripturæ integritatem non seruabimus?

Tertullianus 5. libr. scripsit contra Marcionem. Commentuꝫ Oecolampa. Lib. 2. ca. 7. B & alibi uide.

B OECO. Neqꝫ parui momẽti fuisset argumẽtũ, siqdẽ ura subsisteret opinio. Quis eñ nõ suspicari posset, Chrm se potuisse subducere, & in similitudine tm̃ passum esse, q in hunc modũ delitescere se dicit, maxime subdens: hoc esse corpus, q̊d ꝓ ipsis tradat.

Roffen

ROF. Supra monstraui, non solum ex his Chri uerbis: ueruetiam ex alijs eius factis talem ansam à Marcione capi potuisse. Quis non suspicari posset Chrm è cruce potuisse facile se subducere, q quũ tentus à Nazareis ante fuisset, & ductus in supciliũ montis, ut inde præcipitaret, inuitis illis omibus seipsum subduxerat. Expungamus igit istud ex euangelijs, ne Marcionitæ suã heresim inde confirment. Intrauit & Iesus ad discipulos suos, quũ essent obseratis foribus, pariter in una domo. Quis nõ facile suspicabit illũ imaginarium corpus habuisse, qui ianuis clausis ingredi potuit ad discipulos. Eximamus igit & istud etiã ex euangelijs, ne Marcionitæ suam inde corroborent opinionẽ. At quid tandem relinquemus in euangelijs, si nihil in eis manere sinamus, unde suis erroribus hæretici patrocinium arripiant. Li. 2. ca. 19. F Lucæ. 4 Iohan. 20

OECO. In tpe igit notham & adulterinã expositionẽ detegit, docens p corpus figurã corpis intelligi. Porrò ne aliud quiddã somnies p figurã, q̃ quòd uolebat, mentẽ suam clarius aperit: figura (inquiẽs) nõ fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Cæterũ uacua res qđ est phantasma, figuram capere non posset. C

ROF. Cur Tertullianus corpus figurã corpis appellauit, superius opinor satis explicauimus, ut iam nõ sit opus hoc ipm iterare. Neq3 em dixit, id esse figurã solã, sed affirmauit, & ipm esse corpus Chri pariter & figurã corpis, quorũ utrunq3 nos recipimus. Nã & Augustinus eius conterraneus fatet utrunq3. De priori satis patet ex his locis, quos & plurimos quidem ante citauim9. De posteriori uero sic ait in plogo psalmi tertij, ubi de Iuda loquit, dicens: quòd quũ Chrus ei9 cogitatiões nõ ignoraret, eũ adhibuit ad conuiuiũ, in quo corpis & sanguinis figurã discipulis cõmendauit & tradidit. Ecce corpis & sanguinis figurã Augustin9 dicere nõ ueret, quũ tñ alibi locis innumeris, uerũ corpus eẽ fateat. Cæterũ, & aliã accipe rõnem, cur dixerit Tertullianus, hoc corpus esse figurã corpis: nimirum, qp inde basim iacit argumentatiõis suæ. Hoc em fundamentũ est ei9 argumenti, quòd aduersus Marcionẽ consequenter uibrat, quũ dicit: Figura aũt non fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Cæterũ uacua res, q̃d est phãtasma, ueritatẽ capere nõ posset. Propter hoc ergo Tertullianus dixit, hoc corp9 esse figuram corpis, ut inde probationem depromeret aduersus Marcionem. Li. 2. ca. 20. A Libr. j. capi. 8 E, & G. capi. 10. C, E Tertulliani ratio ob quam uocat corpus Christi figurã

D OECO. Quibus uerbis docere uult, figuram non esse, nisi rei figuratę. & ubi non est res solida figurabilis, ibi neq; figura in re solida erit. Iam si corpus Chri phantasticum, non erit figura eius in pane, quæ res est solida. Imprimat enim quis in corpus somnium, & erit Apelle pingendo superior?

Figura rerum incorporalium est relatio

ROF. Videris mihi Tertullianum intelligere, quasi ipse locutus sit de figura, quæ sit de genere quãtitatis. At hæc nihil ad hoc negotiũ attinet. Hic ẽm figura pro signo & exemplari seu repsentatiuo capitur, quod relationẽ dicit, nõ quãtitatẽ. Quomodo nihil phibet rerum etiã incorporearum figuras quasdam eẽ. Quemadmodũ in libro Numerorũ tradit, deũ per ænigmata & per figuras uisum esse. Et paulus dicit omnia in figura cõtingebãt illis. Nunquid & panis in scriptura nõ apte figurat uerbũ dei, qđ alioqui res spiritualis est? Sed & in re spirituali, figura nõnunq̃ reperitur. Sonus enim qui res nõ solida est, sed spiritualis qualitas, figura qędã fuit. Nam & buccine sonitus, referebat ipsũ uerbũ dei. Et odor item unguenti, quod olim super pedes Christi, Mulier quædã effuderat, uirtutũ fragrantiam figurauit.

Num. 12. I. Cor. 10 Tren. 4. & ali. Hiere. 4 Ezech. 33 Osee. 5 & alibi Matth. 26 Mar. 14 Luc. 7.

E OECO. Non est autẽ mens Tertulliani. Figura nõ fuisset, nisi ueritatis eẽt corpus: quasi dicat, nisi uerum corp' Chri lateret in pane.

ROF. Neq; ego hoc dixerim. Cæterum si corpus ueritatis referas ad panẽ, ut sic intelligam' dixisse Tertullianũ, panis non esset figura corpis, nisi fuerit idem ueritatis corpus, iam planè consequit, quòd uerum Chri corpus occulit sub pane. Sed in hoc ego minime contendam.

¶ Inserit etiam aliud Augustini testimoniũ simili dolo, quo lector abducatur a vero Tertulliani sensu. Ca. XXIII.

OECOL. A



Sicut dictũ Augustini qdam putide exponit, donec seculũ finiat sursum est dñs, sed tñ etiã hic nobiscũ ueritas est dñi, Corp' ẽm, in quo resurrexit, in uno loco eẽ oportet: ueritas aũt ei' ubiq; est. Veritas, exponunt. i. uerum corpus in forma panis, in altari q̃libet, ubi cõsecrat, hoc est ubiq;.

Loca authorum designãda.

ROF. Vellẽ ubi citaueris authorẽ aliquẽ, etiã locũ designares, quo scripta reperiam' ipsi' authoris uerba. Nõ ẽm impsentiarum occurrit mihi loc', quo dixerit, hæc Augustin'. Et qs cũcta quæ legit, tenere queat memoriter. Verumtamẽ ut uerba ipa sonant, uident

bi q

hi qui sic interpretant, ut tu dicis, haud longe abesse à scopo. Nam Chrysostomi lectio paulo ante citata, sic etiam intelligenda uidet, quũ dixit: Vbiq; Chrũs unus est, nimirũ in omnibus altaribus. Ibi Supra libro.2 eñi sub forma panis ueritatẽ corpis eius eẽ sentit uterq;. Quare ni capi.18.D,G, hil ꝓhibere uidet, quo minus tam Augustinum q̃ Chrysostomũ liceat ad hunc modum intelligere.

OECOL. Bellas profecto nugas, ut ibi Christus per gratiam B illic sit & corpore.

ROF. Est aliqñ corpe p̃sens, ubi non adest p grãm: nimirũ in 1.Cor.11 peccatoribus, qui sacrm indigne suscipiunt. Et ẽ aliquãdo p grãm præsens, ubi nequaq̃ adest corpe, ut in his qui fidem habent citra sacramentalem corpis esum. Et demũ est alicubi, ubi neq; per grãm Hiere.23 adest, neq; p corpus, sed p potentiam suæ deitatis, qũo nusquam eum non esse credimus. Sed nihil horũ uetat, quo minus ubicunq; fuerit hoc sacrm, ibi sit & Christus in eo realiter.

¶ Redit ad Tertullianum, quem omni studio, sed frustra conatur in suam sententiam detorquere. Ca.XXIIII.



AT nos Tertulliani sensum indagemus. Non enim ponit OECOL. A corpus impanatum (nouare liceat in re noua uerbum) sed corpus Christi è uirgine uerum quod nisi uerum esset, per nullam rem solidam, figurari posset.

ROF. Non tu primus huius uerbi nouator es, sed p Berengarium, qui primũ asserere conatus fuit Chrĩ corpus una cum substãtia panis manere diu, priusq̃ natus esset, repertũ fuit. Quam hæresim (ut diximus) haud multo post abiurauit. Cæterũ si non senserit Tertullianus Christi corpus impanatũ esse, tanto magis nobis astipulat. Nã ita subscribit nobis in trib⁹ articulis maxĩe difficilib⁹. Primus est, ꝙ Chrũs ex pane corpus suũ fecit. Secundus, ꝙ nõ manet substantia panis, alioqui corpus ipsum esset impanatum. Tertius, ꝙ idem corpus sub specie panis, sit figura corporis, quod in patibulo crucis dira morte necabatur.

(Marginal notes: Corpus impanatum asseritur. Lib.1.ca.2. B & capi.27.C. — 1, 2, 3 beside the three articles.)

OECO. Et ne Marcion in pane, uerũ corpus, & extra panem, B phantasticũ dicere queat, ultra eũ ꝓtrudit, & refutat, dicens: Aut si ꝓpterea panem corpus sibi finxit, quia corpis carebat ueritate, ergo panem debuit tradere ꝓ nobis. Faciebat ad uanitatem Marcionis, ut panis pro nobis crucifigeretur.

Tertulliani sẽtencia de eucharistia

Psalm.14. tem sanctũ dei, de quo dictũ est: Quis habitabit in tabernaculo tuo aut qs requiescet in mõte sancto tuo? Innocẽs manib⁹ & mũdo corde. Hęc dicim⁹ fratres charissimi, ut oẽs de nouo testaměto discatis, nõ inhærere terrenis, sed cęlestia adipisci. Discussa ergo ꝓcepta aut oĩa eadẽ iueniunť, aut uix aliqua in euangelio, quæ non dicta sint à ꝓphetis. Præcepta eadẽ, sacraměta nõ eadem, ꝓmissa non eadẽ. Videam⁹ quare ꝓcepta eadẽ, quia secũdum hæc, deo seruire debemus. Sacraměta nõ eadẽ, quia alia sunt sacraměta dantia salutem, alia ꝓmittětia saluatorem. Sacraměta noui testaměti dãt salutem: sacraměta ueteris testaměti ꝓmiserũt saluatorẽ. Hactenꝰ Augustin⁹: Vbi quis nõ uidit apertissimã impudentiã tuã Oecolãpadi, q uerba tam ꝑspicua moliris obscurare, & in tuũ sensum repugnãtia trahere. Quid eñ dilucidi⁹ aduersum hæresim tuã dici potest, q̃ ꝙ alia sint sacr̃a dãtia salutẽ: alia ꝓmittětia saluatorẽ, & ꝙ sacr̃a noui testaměti dãt salutẽ: sacr̃a ueteris testaměti ꝓmittũt saluatorẽ. Si nihil unq̃ aliud hac de re dixisset Augustin⁹, nemo tã stupid⁹ est ut ex his nõ intelligat qd de hoc sacraměto pater ille senserit. Sed & continěter subdit: Quũ ergo iam teneas promissa, qd quæris promittẽtia, saluatorẽ iam habẽs? Hęc dico, teneas promissa, nõ ꝙ iam acceperim⁹ uitã æternã, sed quia iam uenit Christ⁹, qui ꝑ prophetas ꝓnunciabať. Mutata sunt sacraměta, facta sunt faciliora, pauciora, salubriora, fœliciora. Hactenꝰ ille. Cæteꝝ ut mãnæ cõferamus eucharistiã, quo modo uel salubri⁹, aut fœlici⁹ dici queat hoc sacramẽ tum, si tñ hic solus panis fuerit, & nõ Christ⁹ ipse sub specie panis, quũ in mãna tot (ut ante docuimus) & tam insignia fuissent miracula, Sequiť adhuc in eodẽ prologo. 73 psalmi. Nunquid qñ puero danť quædã puerilia ludicra, qbus puerilis anim⁹ auoceť, propterea grãdescěti nõ excutiunť è manib⁹, ut aliqd iam utili⁹ tractet, q̃d grandẽ decet? Non ergo, quia illa quasi ludicra pueroꝝ, deus ꝑ nouum

Marginal notes: Pręcepta utriusq; legis eadem. Sacramenta utriusq; legis diuersa. — Augustin⁹ in prologo Psalm.73. — Li.1. ca.12.D Li.1.ca.27.D

uum testamentum excussit de manibus filiorum, ut aliquid utilius daret grādescentibus, propterea priora illa nō ipse dedisse putādus est. Hæc ille. Ecce priora ueteris testamēti sacra, quasi puerorum ludicra uocat. Quāobrem & longe potiora censet ea quæ sunt noui testamēti. Et quare potiora? Nimirum, quod illa promittāt solum, ista pstent salutem. Non solum quod indicent Chrm (ut contēdit Oecolampadi⁹) sed quod gra sancti spūs infallibiliter adsit cunctis, qui digne suscipiunt ea, quoties administrantur. At imprimis hoc prestat eucharistiæ sacrm, quod uere salutis fontē: nempe Chrm, in se cōplectatur.

OECO. Vnde in finitiōe sacramēti qn dicit: Sacrm est sacræ rei signū, ita ut imaginē gerat, & causa existat. Causa nō ad efficientiā, sed ad significātiæ euidentiam referri debet. B

ROF. Aberras Oecolāpadi. Neque enim ad significātiæ euidētiā causa refert, sed ad efficaciā: alioqui supuacanea foret ea particula. Et causa existit. Nam ex eo quod dixit, ut imaginē gerat, significātiæ rō satis exprimit. Est igit sacrm nobis infallibile quoddā organū diuinæ efficientiæ. Operat etem diuina uirtus infallibiliter grām in cunctis digne suscipiētib⁹, quoties hæc sacra (ut dixim⁹) administrātur. Propter quod & nō solū signa sunt euidētia, uerumetiā efficacia. Vos tn hæretici, q totū qdem fidei tribuitis, nihil aūt sacrorum efficaciæ, dicitis ea esse signa dūtaxat. At hoc q̄ sit aperte falsum, paucis ondam. Constat nō omes Chrianos fidē habere tantā, quæ sufficiat ad salutē. Alioqui saluarent omes: Veniat igit quispiā talis ad baptismū: Credat Chrm dixisse: Qui crediderit & baptizatus fuerit salu⁹ erit. Sed credat (inq̄) istud tenuiter, nō plene: neque formata fide: sis tāetsi fidē habeat, que de se nō sufficiat ad salutē: baptizat⁹ tn haud dubie grām salutis assecutus est. Et qua rōne? Certe nō propter fidē, quæ manca fuerat, sed propter eā fidē una cum baptismo. Astitit enim ex pacto Chrus ministerio baptismi, per quod sacrm ceu per organū quoddā grām infudit: qua fides illa prius informis iā formata reddit. Atque hoc est quod dicim⁹ grām per sacrm efficaciter pstari, nō significāter solū. Cæterum in hoc preminet eucharistia cæteris sacris, quod ista nunq̄ sunt, nisi dū cōficiunt. Verum eucharistia posteaq̄ cōficit, adhuc manet: Et qm ipsa q̄diu manet, habet itra se uerum corp⁹ Chri, unde uita salusque scaturit abūdāter, certū est hoc sacrm nō solū esse signū efficax, ut cætera: uerumetiā efficaciā in se realiter cōtinere.

Effectus sacramenti

Vide doct. 4. sententiarum, distinctiōe pria.

Sacramenta nō sunt signa tantum

Mar. 16

Eucharistia pstat aliis sacramentis.

C OECO. Interim tñ animaduerte, quãdo patres dicunt. Sacr̃a nouæ legis præstare salutẽ, respicere eos ad Chr̃m ipsum incarnatum uel passum, multipharia in ueteri testamẽto, p̃signatũ, qm̃ & ipse μυστήριον & sacramentũ nostrũ est, etiã si è medio tollant omnia symbola externa, quibus utit ecclesia. Quod quia attẽdere plærique non curarunt, fœde nonnunq̃ sunt lapsi.

Sacramenta habent uirtutem ex institutione Christi.

ROF. Non est dubiũ, quin ad Chr̃m, salutis om̃is fontẽ respiciãt patres, quoties asserunt sacr̃a nouæ legis conferre salutẽ. Nam Chr̃i uirtus illis adest infallibiliter, ut si digne suscipiãtur, præstatur haud dubie gratia. Non enim ex seipsis hoc habent, sed ex institutione Christi. Neque Christus unquàm instituisset ea, nisi perspexisset ea cum primis ecclesię suæ fuisse necessaria. Aequum est igitur ut Christo cuncti obtemperemus, & tui dogmatis insani, uitemus peruersitatem, qui Christũ doces sine his abunde sufficere Christianis quasi hæc inutiliter & citra fructum, ab ipso tradita fuissent. Neque inficiamur Christum sine his suã grãm conferre, quum ipse liberrimus sit, & nõ ad unũ astrictus modũ suę gratię conferendæ. Cæterum quum non certo constet de fide cuiusque, quãdoquidẽ & pessimi se testãtur habere fidem, pfecto citra susceptionẽ sacramẽtorum, nulla põt esse gratiæ certitudo, ppter q̃d & Christus quum de fide locutus esset, adiecit etiã sacramentũ: Qui crediderit (inquit) & baptizatus fuerit, saluus erit. Accedat baptismus fidei, & tũc haud dubie præstat salutis gr̃a. Non q̄ existat in baptism[illegible]tus quædã efficiens gratiam, sed q̄ Christi uirtus assistat, ex pacto grãm præstans, quoties hoc sacramentũ rite suscipitur. Patres igitur qui rem istã attendere curarunt, neutiquàm in errores lapsi sunt, sed uos qui ista negligitis fœdissime corruistis.

Mar. 16

Vide hic doctores super quartũ sententiarum.

D OECOL. Et uide, an non hoc & in eucharistia contigerit, id quod mihi uerisimile est.

ROF. Egregia scilicet argumentatio. Mihi uerisimile est. Si quicquid tibi uerisimile uisum fuerit, protinus esset recipiendũ, iam scio de Christianorum salute penitus actum esset.

E OECO. Dicentes eñ pij, Christũ ipm cibũ animarum suarum, & sacramentũ illud oim seculorum, non externũ panẽ, occasionem dederunt simplicioribus, Christum in ipso pane realiter (ut aiunt) esse & panis substantiam fieri Christi corpus.

Roffen

ROF. Si nihil aliud dixissent, q̃ q̀ tu recenses, fieri potuit, ut simpliciores inde sumpsissent occasionẽ errãdi. Sed quum unanimi ter om̃es affirmarint Chr̃m in hoc sacr̃o uere cõtineri, pp̃lusq; ita constãter hactenus crediderit, q̃uo posset hoc erroneũ existimari nisi uelis impudenter asserere totã ecclesiã aberrasse? Sed & cõplu res eorum, publicis cõcionibus ad pp̃lm habitis, apte docuerũt, panẽ in corpus Chr̃i mutatũ esse, quemadmodũ in Chrysostomo nõ raro legimus. Quo factũ est, ut in cõcilio Lateranensi decretũ sit, ut credat panis in corpus trãssubstantiari. Panis in corpus transsubstantiatur

¶ Idem de Chrysostomo facit, cuius eodem loco testimonia plurima rem nostram apertissime confirmant. Ca.XXX.



OECOL. A Inualuit postea pnicio sus error, scriptoribus luxuria uerborum magnificentiã rei astãtib⁹, nũc trãselementationẽ, nũc uersionẽ uocare audentibus, q̃d crassiores capere non potuerunt, sua somnia fingentes.

ROF. Tibi uidet error, qui præ cæteris om̃ibus erras ipse maxime: nimirum excæcatus, & in reprobã datus mentẽ, ne cernere que as quod est uerissimũ. Vtcũq; fuerat, errare nõ põt sp̃us, qui iuxta Chr̃i pollicitationẽ suggessit patribus huius rei ueritatẽ. Errare põt ipse Chr̃us, qui constãter asserebat hoc q̃d ipse porrexit Ap̃lis, fuisse corpus suũ. Et qui fieri põt ut patres om̃es errassent, quũ in ipsis & Chr̃us & Chr̃i sp̃us locuti sint. Apage sis hæretice: Nõ errat ecclesia quę tã Chr̃m, q̃ eius sp̃m. pñtes ad finem usq; seculi (si Chr̃o credimus) habitura sit. Amẽtissimi sunt qui tibi fidũt, quũ adeo dissentias ab ecclesia, quæ sanctorum patrũ dogmata sequit, per quos & Chr̃s & sp̃us ei⁹ loquẽtes erudierũt ecclesiã, in om̃i ueritate necessaria ad salutem. Quare nihil præter mera somnia tua, merasq; phreneses, & mendacissima commenta nobis fingis? Rom.1. Iohan.14 Mat.26 Lucę.22 1.Pet.1 Matth.28

B OECO. Q̃uo & illud in sermone q̃dã Chrysostomi, aduersus eos q hora terribilis mẽsæ mysticæ in uaniloquis cõuẽticulis occupati sunt. Quid facis hõ, inquit: Non p̃misisti sacerdoti qui dixit: Sursum mentem & corda. Et dixisti: Habemus ad dñm? Non reuereris & erubescis. Et illa ipsa hora mẽdax inueniris. Papę: Mensa mysterijs instructa ẽ, & agnus dei pro te immolat. Sacerdos p̃ te angit, ignis sp̃ũalis ex sacra mẽsa refluit, seraphin astãt sex alis faciẽ dei regẽtes; oẽs incorporeæ uirtutes p̃ te, cum sacerdote interce-

 dunt,

dunt. Ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in cratere, in tuã purificationẽ, ex immaculato latere haustus ẽ. Et nõ erubescis, reuereris, & cõfunderis, neq; deũ ꝓpitiũ tibi facis. Non conscia tua te iudicat, ò homo. Centũ sexagintaoćto horas habente hebdomada, unã & solã horã sibiipsi segregauit deus, & hãc in opera secularia, & in ridicula, & in cõuenticula insumis? cum qua postea fiducia ad mysteria accedes? O q̃ polluta conscia. Num si stercus manib⁹ haberes, auderes appropiare fimbriæ regis? Minime. Num uides panẽ? num uinũ? num sicut reliqui cibi in secessum uadũt? Absit, ne sic cogites. Quẽadmodũ eñ sicera igni adhibita, illi assimilaṫ, nihil substãtiæ remanet, nihil sup̃flui, sic & hic puta mysteria cõsumi à corpis substãtia. ꝓpter q̃d & accedentes ne putetis, q̃d accipiatis diuinũ corpus ab homine, sed ab ipsis Seraphin ignẽ quẽ. s. Esaias forcipe uidit eos accipere. Reputate salutarẽ sanguinẽ, qua si è diuino & impolluto latere effluere, & ita approximãtes, puris labijs accipite. Hæc in quodã sermone Chrysostomi. Cui nõ absimilia, & Roman⁹ Gregori⁹ dicit: At si q̃s hebetior illa legit, statim iurabit & Chrysostomũ cõsentire, non attendens q̃uo loquaṫ.

Chrysostom⁹ credit corpus Christi in eucharistia

ROF. Quis nõ hic planè cernit te traditũ in mentẽ reprobã, q̃ negas hoc loco sensisse Chrysostomũ, uer; Christi corpus & sanguinẽ in eucharistia cõtineri. Non eñ potuit rem uerbis efficacioribus explicasse. Et hæc ad pp̃lm dixit, ad hũc modũ Christi gregem sibi sub animæ suæ periculo cõmendatũ instruxit. Longe sp̃ alibi Chrysostomus abfuit à mendacio, uer; hic modis oĩbus caruisse debuit, ubi plębẽ suæ fidei curæq; cõmissam, erudijt Hic certe nunq̃ hmõi ꝓtulisset, nisi planè sensisset in hoc sacramẽto Christum uere cõtineri. Neq; istud uno dũtaxat loco docuit, sed ubiq; quoties de eucharistia sermo incidit, ut nemo nisi mẽte captus, negare possit eum ita uere sensisse. Q; si tua eruditio diuersum iudicet, ego iurare ausim, tuã istã eruditionem tandem in altissimum gehennæ puteum, te demersuram.

C OECO. Q; si ita ĩterpretari cõtenderit, quid faciet ex sacerdote, & ministris, & altari, & igni, & calice? Nonne illos mutabit in Christũ: istos, in Seraphin: ignem, in spiritũ sanćtũ: calicẽ, in latus Christi? Sed de hoc non contendit, & diaconi uere diaconi, & non Seraphin esse, salua significatione concedunt. In solis pane & ui-

no controuersia fine caret, & præter significantiam exiguntur miracula supra modum stupenda & incredibilia.

ROF. Impudenter, etiã admisces mendacia quæ non dixit hic Chrysostom⁹. Nõ em̃ hic sacerdotẽ Chr̃m facit, sed dicit sacerdotẽ ꝓ improbis angi. Neq; ministris hic mutat in Seraphin, sed astare dicit Seraphin, sex alis tegentes faciẽ dei. An tu putas diaconos tegere faciẽ dei? Asserit & om̃es incorporeas uirtutes, ꝓ nobis cũ sacerdote orare. Sed & de igne non corporeo, sed sp̃uali loquitur. Ignis (inq̃t) sp̃ualis ex sacra mensa refluit. Et rursum: Ignis spiritualis è cœlo descendit. Neq; calicẽ hic in Chr̃i latus uerti docuit, ut tu falso cõminisceris, sed sic bibendum admonet, quasi biberes ex Chr̃i latere. Reputate (inq̃t) salutarem sanguinẽ, quasi ex diuino & impolluto latere effluere, & ita appropinquãtes puris labijs accipite. Sed & uerba quæ paulo superi⁹ dixit, nõ sunt prorsus p̃tereũda. Num uides (inquit) panẽ, num uinũ? Num sicut reliqui cibi in secessum uadũt? Absit, ne sic cogites. Sed quemadmodũ si cæra igni adhibita illi assimilat, nihil substãtiæ remanet, nihil sup̄fluit. Sic & hic puta mysteria cõsumi à corp̄is substãtia. Consumit ergo substãtia panis & uini, p̄ præsentiã corp̄is, sicut & substãtia cæræ consumit ab igne. Quãobrem & nihil relinquit substãtiæ panis, quadat in secessum. Apertissima igit sunt mẽdacia, quæ tãto patri p̃ter omnem pudorem, aut reuerentiã impingis. — *Male interpretatur Oecolampadius uerba Chrysostomi.*

D

OECO. Similes prope occurrunt locutiones, homil. 83. super Matth. ubi sacerdotẽ Chr̃m, & mensam nr̃am, mensam cœnaculi q̃d in Hierl̃m, & templũ, cœnaculũ: & pauperes, montẽ oliuaꝝ facit: & adhuc in una re ita hęremus.

ROF. Rectissime ꝑfecto Chrũs admonuit, quatenus attẽderemus nobis à falsis ꝓphetis, qui ueniunt in uestimẽtis ouiũ, quũ sint intrinsec⁹ lupi rapaces, id q̃d manifestũ est in Oecolãpadio cernere. Nã si quis uultus & sermonis ipsius grauitatẽ aspexerit, ut hi fatent, qui hoĩem conspicati sunt, putabit eum ingẽti sanctimonia præditũ esse. Veꝝ istæ sanctimoniæ p̃textus, & forinseca species, ouilla pellis ẽ, sub qua delitescit lupina rapacitas, ad deuorandum Chr̃i gregẽ. Nã is libellus manifestat ip̄m esse ueꝝ lupũ, & nihil aliud moliri, q̃ p̄niciẽ animaꝝ, legat q̃squis uelit Homil. 83. Chrysostomi sup̄ Matth. quã hic citat Oecolãpadi⁹, & p̄spicue cernet, — *Matth. 7.*

Causa institutiõis eucharistiæ.

quid sibi uelit Chrysostomus. Nos aũt inde quædã breuiter excerpemus, ex qbus dilucidũ erit, q̃d asserimus. Quærens igit̃ primũ, cur hoc passionis tp̃e Chr̃us, mysteriũ istud instituisset: rñdet, ut discamus eundẽ, etiã legẽ sanxisse ueterẽ, & oĩa quę in illa sunt, ꝑpter nouã adumbrata fuisse. Hac igit̃ de causa, ueritatem figuræ adiunxit. Ecce lector, quoniã prius edissent agnũ paschalẽ, qui figura sola Chr̃i fuerat, iam figuræ ueritatem asserit adiunxisse, & sacramentum istud instituisse, quod ipsam ueritatem cõtinebat. Propter q̃d & postea subdit: Si figura à seruitute liberauit, multo magis ueritas orbẽ terrarꝝ uindicabit. Et paulo post, præcipuã aũt solennitatem eorꝝ: nẽpe paschalis agni dissoluit, ac ad aliã eos mensam horroris plenã conuocãs, ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod ꝓ uobis franget̃ in remissionẽ peccatorꝝ. Continenter quærit, cur Apl̃i nõ expauerint corpus ipsum edere. Quomõ (inquit) turbati non fuerũt, quũ hoc audissent. Rñdet. Quia multa iam, & magna de hoc antea disseruit. Et istud certe dicit ꝑpter longũ sermonẽ, quẽ hac de re apud Capernaitas habuit. Io. 6. Rursum adijcit idem Chrysostomus. Quemadmodũ uetus testamentum pecudes & uitulos habebat, ita nouũ testamentũ, dñicum sanguinẽ. Et sicut illud in rememorationẽ miraculorꝝ, quæ in Aegypto fiebãt, ita hoc in Chr̃i memoriã fieri debere, Chr̃m iussisse docet. Cætera plurima quæ nõ minus ad rem faciunt: p̃terco, festinãs ad ea uerba, quæ nunc citauit Oecolãpadius. Ante quæ sic ipse Chrysostom⁹, ait: Non sunt humanæ uirtutis hæc opera, quæ tunc in illa cœna confecit Chr̃us. Ipse nunc quoq; operat̃, ipse ꝑfecit, ministrorꝝ nos ordinẽ tenemus. Qui uero hæc sanctificat & transmutat ipse est. Ecce & hoc loco, quemadmodũ & in cæteris oĩbus Chrysostomus ipse, sui similis ẽ, sibi consentit ubiq; trãsmutationem asserens ipsius panis in corpus. Et postea subdit: Hæc eñ illa nõ alia mensa est. Hęc nulla re minor q̃ illa ẽ. Non his uerbis ĩtelligit Chrysostomus, ꝙ mensa illa, in qua primũ Chr̃us corpus suũ consecrauit, ex eĳsdẽ lapidibus construebat̃, ex quibus altare nr̃m ẽ constructum. Sed ꝙ hoc altare nr̃m, illã referebat, & ẽ paris cũ illa dignitatis, quãdoquidẽ & Chr̃m habeat pñtem, qui suũ corpus ex pane cõsecrat, & substãtiã panis in corpus transmutat. Propter quod & adiungit Chrysostomus. Non enim illã Chr̃us, hãc homo quispiam facit.

Matth. 26
Lucę. 22

Apl̃i non turbabantur ad Christi uerba

Panis trãsmutat̃ in corpus Christi scd̃m Chrisostomũ

Ex

Ex his nunc, ut in aliјs homiliјs solet, post expositum euageliũ, ad exhortationẽ ppl'i se conuertit Hortaẽ aũt, ut ppl's pccpta cõione se existimet, quasi in illo cœnaculo cum Chr̃o fuisse, & sic ut ip̃e hinc in montẽ oliuarꝝ est egressus, ita & illi ad manus pauperꝝ exeant. Nam has oliuas esse dicit plantatas in domo dei, & ab eorꝝ manibꝰ oleũ distillare guttatim asserit, quale nobis opus erit, ne cũ illis, scilicet fatuis uirginibus excludamur, quæ suis in lampadibus oleo caruerunt. Ecce lector, propter has paucas metaphoras, quibus hic usus est Chrysostomus, superiora omnia contendit Oecolampadius esse metaphorica, quod quantum à ueritate dissideat nemo sani iudiciј non dilucide perspicit.

Concionandi forma a Chrisostomo seruata.
Mat.26
Marci.14
Matth.25

¶Cyprianus vindicaẽ a suggillatõe, pariter ⁊ Oeco. arguitur optimos authores corrupisse. Ca.XXXI.



OECO.
A

Nemo offendiẽ legẽs in Cypriano ad Cęciliũ, populum adunatũ in sacramento, ꝑpter mixtionẽ aquæ, & offenduntẽ, quod post Chr̃m uinum sanguinẽ dicimus, absq; transelementatione miraculosa.

Cypriani sententia de eucharistia

ROF. De Cypriano nullus oĩno scrupus ẽ, quin ipse cęteris accesserit, p̃ribus affirmãs in eucharistia uerꝝ Chr̃i corpus & sanguinem cõtineri, panisq; substãtiã, in Chr̃i carnẽ, trãsmutari. Caterꝝ, ꝙ ais illum in ep̃la ad Cęcilium scripsisse populum adunatũ in sacramento ꝑpter admixtionẽ aquæ, neminem tñ offendi uerbis illius. Profecto sic ille scribit, ut nemo iure debeat offendi. Nam ex eius ṽbis nihil aliud accipi p̃t, q̃ ꝙ hac admixtõe, significeẽ nobis adunatio populi cum Chr̃o. Neq; eñ ullus hic metus est, ne populus in calice sit, quũ ita scribit. Qñ in calice uino aqua misceẽ, Chr̃o populus adunaẽ. Ecce adunari dicit Chr̃o populũ, hoc est adunationem istã figurari, per hoc ꝙ aqua uino misceaẽ in calice. Ipsa certe res urget, ut sic, & non aliter accipiamus. At ꝙ ais, nos tuis uerbis offendi, quũ uinum sanguinẽ affirmes, atq; istud etiã (ut dicis) post Chr̃m. Vbi (te quæso) Chr̃us hoc dixit? Si locũ indicaueris, ero tibi perpetuo seruus. Sin id nequeas, cur te non pudet toties inueniri mendacem. Cæterꝝ, esset longe tolerabilius, ut cũ Luthero quis dixerit, uinũ esse uerꝝ Chr̃i sanguinẽ, q̃ ꝙ tu dicis, uinũ nõ esse sanguinẽ, nisi tropice. Nã ille saltẽ fateẽ sanguinis in eucharistia ueritatẽ, tu penitus eximis & aufers ab ecc̃lia, tã inæstimabile præsi-

Aquæ admixtio in calice symbolum esse

Cyprianus Sed ad Cyprianũ reuertamur. Is pluribus in ea ep̃la docet aquã uino miſcendã in calice, & illã commixtionẽ ſignificare nobis adunationẽ Chr̃ianorꝝ cum Chr̃o, cuius corpus & ſanguinẽ affirmat in euchariſtia eſſe. Sic em̃ ſcribit: Nec uideri põt ſanguis eius q̃ redẽpti & uiuificati ſum⁹ eſſe in calice, qñ uinũ deſit calici, quo Chr̃i ſanguis oñdit, q ſcripturarꝝ oĩm ſacr̃o ac teſtimonio p̃dicat. Et rurſum

Pſal. 106 Heb. 9 Gene. 14 Nã qui magis ſacerdos dei ſummi, q̃ dñs nr̃ Ieſus Chr̃us, q ſacrificiũ deo pr̃i obtulit, & obtulit hoc idẽ, qđ Melchiſedech obtulerat, id ẽ, panẽ & uinũ, ſuũ ſcilicet corpus & ſanguinem.

B OECO. Heu qs ſatis deplorarit ſcriptorꝝ miſeriã, quorꝝ labores, apri & beſtiæ diſperdunt, & antidotã uenena conuertũt.

ROF. Rectiſſime dicis, at parꝝ aduertens hoc ipſum in tuum ipſius caput recidere. Deploras ſcriptorꝝ miſeriã, qui quũ tot laboribus noſtri cauſa ſuſceptis, eruditiſſimos pariter & ſanctiſſimos libros ædiderint: nunc tñ eorꝝ libri p apros & beſtias diſperdunt, & antidota uertunt in uenena. Apertiſſime profecto. Nam & tu ex apris & beſtijs, unus es oĩm truculentiſſimus, qui ſanctiſſimorꝝ iporum patrum ſcripta per falſas gloſſas, & uiolentas interpretationes fœde conſpurcatis, dilaceras, & diſperdis, ac deniq; ſaluberrimum iſtud ſacramentum, quod ab eis, ceu ſalutis antidotum unanimiter approbatum, tu perniciosiſſime uertis in uenenum.

Oecolampadius conſpurcatur bonos authores

¶ Producit Auguſtinum, qui ſententiam illius plane reuincit. Ca. XXXII.

OECOL. A



Aeterꝝ ad Auguſtinũ redeo, qui cap. 18. ad Petrũ diaconũ, qđ ſolũ hãc litem dirimere poterat, dilucide ſup hac re agit. Oſtẽdit em̃ Petro illi, quã in ea re ſcire ſatis, ſufficientem'q; fidei regulã tradit, uelut orientales uerſaturo ſenſus aliquis hæreticæ prauitatis ſurripere queat, at nos q̃uis eã regulã ſynceriter fateamur, hac tẽpeſtate peſſima non defendit, quin & hæretici & inſani uocemur, quã contumeliã deo patri relinquimus, an eã ulciſci uelit. Noſtrũ eſt, & patienter ferre, & uindictã non ſolũ non rogare, ſed & deprecari.

ROF. Nihil ꝑfecto mentiunt hi, qui quũ adeo ꝑſpicuã Chriſti doctrinã inuertere coneris, te uocent hæreticũ, pariter & inſanum. Nã haud ſcio an qcq̃ inſani⁹ cogitari poterit. Cæterꝝ, de ultiõe qđ dicis, id ad teipm potiſſimũ ſpectat, q Chr̃o tã iniuri⁹ es, ut ueritatẽ

uerbo

uerbo℞ eius tanto studio, tantaq́ꝫ malicia puertere queras.

OECO. Dicit autē Augu. firmissime tene, & nullatenus dubites, ipsum unigenitum dn̄i, uerbū carnem factū, se ꝓ nobis obtulisse sacrificiū & hostiā deo, in odorē suauitatis: cui cum p̄re & spū sancto, à patriarchis, ꝓphetis, & sacerdotibus, tp̄e ueteris testamēti animalia sacrificabant, & cui nunc. i. tp̄e noui testamenti, cum patre & spiritu sancto, cum quibus ille ē una diuinitas, sacrificium panis & uini, in fide & charitate, sancta ecclesia catholica per uniuersum orbem terræ offerre non cessat. B

ROF. Quid hic p̄cor, in his uerbis aduersum nos facit? hic ut legis, Augu. duo tp̄a distinguit: nempe ueteris & noui testamenti. Sub illo pecudum carnes in sacrificiū offerri, sub isto, panis & uini sacrificiū immolari. Quibus em̄ uerbis plębi notioribus hoc sacrificium appellaret, q̄ panis & uini, ꝓpter ipsas panis & uini species, quę palàm ibi cernunt. Neqꝫ enim res noua ē, ut quidpiā nominet eius rei nomine, ex qua factum fuerat. Sic em̄ homo sæpius in sacris lr̄is terra dicit: quippe, ꝙ ex terra ꝓgenitus esset. Sic & serpēs quum in eum uirga cōmutaret, uirgæ nuncupationē tetinuit, dicēte scriptura: Sed deuorauit uirga Aaron, uirgas Mago℞. Exo. 7. Sil'r & Iohā. 2. scriptum ē: Post q̄ autē gustasset architriclinus aquā in uinum uersam. Ecce & hic aquę nomenclaturā uinū sortit, ꝙ uidelicet ex aqua factū sit. Ad hunc modū & Augu. istud sacrificiū qđ in altari celebramus, panis & uini sacrificiū uocat: nimi℞, ꝙ ex pane uinoq́ꝫ corpus & sanguis Chr̄i (quæ sacerdos ibidē offert) uirtute uerbo℞ Chr̄i conficiant. Nam si nihil ibi fuerit aliud, q̄ frustulum panis, & pusillum uini, quid hæc iam tot alijs corpalibus sacrificijs ante repudiatis ecclesia sancta, ꝑ uniuersum orbē tā iugiter offerat deo. Quid igit Augu. in hoc sacrificio censeat offerri, non ē obscu℞ ex locis innumeris, si quis diligentius libros ab eo scriptos, euoluerit. Non aliā igit huius sacrificij rem intelligit, q̄ eam de qua orsus fuit: nēpe carnē & sanguinē Chr̄i, quæ ꝓ nobis olim p̄riobtulit. Quid em̄ iā solā umbrā in sacrificiū iuberet imolari, q quū cęteras umbras, tū paschalē agnū (exp̄ssiorē utiqꝫ passi Chr̄i figurā, q̄ panis & uinū sit) dudū reiecisset. Sed pgamus in Augustino.

Eucharist. uocatur panis & uinum

Res nominatur nomie rei uad e facta ē.

Supra librose eundo, capite 12. F.

OECO. In illis enim carnalibus uictimis, figuratio fuit carnis Chr̄i, quā ꝓ peccatis nr̄is, ipse sine pc̄ tō fuerat oblatur⁹ & sanguis C

quē erat effusurus in remissionē pctoꝝ nroꝝ. In isto aūt sacrificio, grāꝝ actio, atq; cōmemoratio ē carnis Chri, quā ꝑ nobis obtulit: & sanguinis, quē ꝑ nobis idē de' effudit. De q̄ beatus Paulus dicit: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spūs sanctus posuit epos, regere ecclesiā dei, quā acquisiuit sanguine suo.

ROF. Hic haud dubie cōfert sacrificiū istud, cum ueterib' illis sacrificijs, olim antiquatis, & docet carnales illas uictimas, figurationē fuisse carnis & sanguinis Chri, sicut & reuera fuerāt, sola figuratio. Veꝝ nrm sacrificiū nō ita sola figuratio ē, sed res ipas praeterea continet, quas offerim': alioqui nihil interesset inter illud uet' sacrificium, qd tum offerebat, & istud nouum, quod hodie catholica ꝑ orbem offert ecclesia, sicut & tu contēdis. Sed longe alia mens Augustino fuerat, uti quū ex alijs innumeris locis, tum ex ca. 6. li. cui titulū fecit de quarta feria, liquet. Sic em̄ ibi recenter baptizatū alloquit, dicēs: Tu aūt anīa Chriana, quae ascensura es ex sacratissimo fonte rubore atq; decore ꝑfusa: nimis speciosa & cādida, serua decorem tuum. Agnosce quid fueris, & quid eris: Vide ne deseras mensam sponsi tui. Vt pulchra ꝑmaneas, carnem eius quotidie mādúcabis: ut uitā aeternā habeas, sanguinem ei' potabis. Vide ne deseras hāc mensam. Et paulo post: Mensa spōsi tui panem habet integrum, & calicem sanctum: quem panē, & si fractū comminutumq; uidim' in passione, integer tn̄ māsit in illa sua cum patre indiuidua unitate. De isto pane, & de isto calice dicebat ipse dominus: Panis quem ego dedero, caro mea est ꝑ seculi uita. Et calix quem sanctificauero, sanguis meus est: qui ꝑ uobis fundet in remissionē peccatoꝝ. Superi' enim dixerat: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. Quod uerbum audientes, nec intelligētes discipuli, dixerunt: durus est hic sermo. Quis eum potest audire? Et multi ex hoc uerbo scandalizati, discesserunt. Haec Augustinus: Vbi perspicis lector, quid in hac mensa censeat Augustinus contineri, & quomodo id quod panem hic appellauit, affirmat in cruce fuisse fractum, & comminutum. Videre licet etiam ex his uerbis. 6. ca. Iohannis Augustini sententiam ad eucharistiam pertinere.

Eucharistia figura & res ē.

Iohan 6. Matth. 26 Iohan. 6

Augustini sententia de eucharistia.

D OECO In illis ergo sacrificijs, quid nobis esset donandum, figurate significabatur: in hoc autem sacrificio, quid nobis donatū

sit,

sit, euidenter ostenditur.

ROF. Hic rursum alterā facit Augu. cōparationē. Et attende qualē. In illis (inquit) sacrificijs, qd nobis esset donādum, figurate significabat. In hoc aūt sacro, non dicit figurate significari, sed qd donatū sit, euidenter oñdi. Profecto si quid donatū sit, nobis euidēter oñdat in hoc sacramento, non solum figura, quemadmodum in illis prioribus, sed & ipsa corpis ac sanguinis Christi ueritas nobis in hoc sacramento tradita est.

OECOLAM. In illis ergo sacrificijs prænunciabatur filius Dei pro impijs occidendus: In hoc autem, pro impijs annunciatur occisus. Hæc Augustinus. B

ROF. Tertiā supioribus conferentiā annectit, inquiens: In illis sacrificijs pnunciabat filius dei, p impijs occidēdus. In hoc autem pro impijs annunciabatur occisus. Et uere quidem annunciatur, quandoquidem, ipsius uerum corpus, & uerus sanguis populo singulis diebus ostendit. Quid precor in his uerbis reperit, quod contra nřam sententiam militet. Quòd si tu paria contendis hic ueteris & nouæ legis esse sacramenta, manifeste tibi reclamat Augustinus, plogo Psalmi septuagesimitertij: ubi p ordinem hæc tria memorat, quę sequunt. Primum, sacramenta nouæ legis testatur dare salutem, & sacramenta ueteris legis tantum pmittere. Secundū sacra nouæ legis affirmat esse faciliora, pauciora, salubriora, fęliciora, q̄ sacra ueteris legis. Tertium, sacra ista uocat ludicra puerilia, comparatione sacroꝝ nouæ legis. Hæc (inquā) tria p ordinem habent in plogo Psalmi. 73. Cęteꝝ neq; si uocasset Augustinus hoc sacrificium figurā, ægre tulissemus, quādoquidem & tria distribui tpa nouerimus, ex Ambrosio: Vnum legis, alteꝝ gratiæ, tertium gloriæ. Sub tempore legis, tantum umbræ fuerāt. Sub tpe glīæ, sola ueritas citra quàmuis umbrā. Sub hoc tempore, nempe gratiæ, nec sola ueritas, neq; umbra sola, sed sub umbra latens ueritas, quēadmodum haud dubie factum ē, in hoc sacramento. Est enim hic & ueritas, & figutatio ueritas latentis corpis: figuratio uero, quędā & repñtatio corpis, quod in cruce pallidum & exangue pependit. Quicunq; sunt orthodoxi, utrāq; hoc est, & ueritatē & figurationē fide spectant. Oecolāpadius uero qui figurā tantum respicit, in barathrum huius hæreseos misere collapsus est.

Sacramenta utriusq; legis differunt

Tēp9 triplex.

Tempore gratię ueritas sub umbra latet. Iohan. 1.

F OECO. Nonne omnia satis aperte & pspicue pdidit, ac prorsus nostræ consentanea sententiæ? Rationem sacramenti docet impanationem carnis, quæ tamen necessaria erat, siquidem ad fidem pertinebat, non commendat.

Panis nõ manet in eucharistia

ROF. De carnis impanatione rñdeant tibi Lutherani. Nã hi manere panẽ existimãt, una cum corpe Chri. Nos istud negam⁹, quemadmodũ & Aug. alibi docet. Quũ de sacramẽtis (inquit) tractarem, dixi uobis, q̃ ante uerba Chri id q̃d offert, panis dicat, ubi Chri uerba deprompta fuerint, iam nõ panis dr, sed corpus appellat. Quare ergo in orone dñica, quæ postea sequit, ait: Panem nrm quotidianũ. Panẽ quidẽ dixit, sed ἐπιούσιον dixit, hoc ẽ, supsubstãtialem. Non iste panis, qui uadit in corpus, sed ille panis uitæ æternæ, qui animæ nræ substantiã fulcit. Hæc Augustinus de uerbis dñi, sermone. 28. Ecce hic palàm asserit Augu. non manere panẽ, qui quũ edat, transit in substantiã corpis nri: sed ille, p uerba Chri sacramentalia, uere mutat in corpus Chri: sic q̃ id quod offerebat añ uerbor prolationẽ, panis erat uerus, platis autẽ uerbis, trãsit in corpus Chri. Nihil igit ad nos ptinet impanatio, quã dicis. Cæter q̃ Augu plane sentiat in hoc sacrificio, quod superius uocauit panis, & uini uer Chri corpus contineri pspicuum ẽ ex. 17. de ciuitate dei, ca. 20. ubi de sacra mẽsa altaris loquit. Participem (inquit) fieri mensæ illius ipsum ẽ incipere habere uitã. Nã & in alio lib. qui uocat Ecclesiastes, ubi ait: Non est bonũ homini, nisi q̃ manducabit & bibit. Quid credibilius dicere intelligit, q̃ q̃ ad participationem huius mensæ ptinet, quã & sacerdos ipse mediator testamẽti noui exhibet, scdm ordinẽ Melchisedech, de corpe & sanguine suo. Id eñ sacrificium successit oĩbus illis sacrificijs, ueteris testamẽti, q̃ immolabant in umbra futuri. Hactenus ille. Et paulo post subiungit: Quia p illis oĩbus sacrificijs & oblatõibus, corpus ei⁹ offert, & participantibus ministrat, quid põt his uerbis expressius cogitari? Et certe manifestũ ẽ, si nihil esset in hoc sacrificio, pter panẽ & uinũ, ut tu moliris Oeco. nihilo magis hoc sacrificiũ nob cõferre potuit, quã sacrificiũ uitulor, & tauror illis cõtulissent, q fuerãt sub lege ueteri, de qbus Paulus ait, q̃ ipossibile ẽ sanguine taurorum & uitulor deleri pctã.

Augustinus de uerbis domini sermone uicesimooctauo.

Matth. 6

Psalm. 109

Augustinus.

Hebr. 10

¶ Non esse tropũ in Pauli verbis, vbi dicit: Petra autem erat Christus. Ca. XXXIII.

Et liqui


ET liquidum est, non minus admittendum tropum sermonis, dum dicit Chr̃us: Hoc ẽ corpus meum, q̃ dum Paulus inquit: Petra erat Christus. OECO. A

Superius tibi respondimus: Paulum nõ de petra ipsa corporea, sed de spirituali quæ Iudæos ubiq; comitabat fuisse locutum. Et hæc petra spiritalis petra citra tropũ omnem fuit Chr̃us. Consule Græcum codicem. Consule pariter & Chrysostomum, hæc ipsa uerba interp̃tantem, & uer esse reperies. quæ dico: Nec inficior, quin hic Augustinus ita planè senserit, non satis attendens Græcum codicem, qui de spirituali petra palàm loquit. Sed quum Origenes, quemadmodum alibi dicimus, ita quoq; uidetur Paulũ intellexisse, culpa uacat Augustinus. Sensit enim uterq; quòd petra ipsa corporea figurabat Chr̃m, q̃d & uer esse, quis negat? Cæterũ istud modis omnibus reĳcio, q in illis Pauli uerbis tropus aliquis fuerit, quum dixit: Petra erat Christus. ROFFEN. Lib. 2. ca. j. A Augustin⁹ excusatur

OECOL. Sicut enim patres, per corporalem cibum instruebantur de spiritali: ita & nos quoq;. B

ROF. Procul erras à scopo. Nam patribus haud dubie cibus qui dabat, figurabat alium cibum, qui postea fuerat Chr̃ianis exhibendus: hoc est, ipsum Chr̃i corpus in eucha. Illis cibus figura fuit cibi, at noster cibus est ipsa res, per cibum illor corpalẽ designata. C

OECOL. Et sicut nobis corpus Christi ẽ panis, ita illis Christus erat manna.

ROF. Sĩ'itudinẽ hãc tuã de mãna & pane altaris, sępius explosimus, mõ sic intellexeris, q panis altaris nihilo uerius in se contineat corp⁹ Chr̃i, q̃ mãna, sed q utrũq; figura dũtaxat esset. Verũ q dem ẽ, q utrũq; Chr̃m repñtabat, at hoc interest, q hic p̃ter figurationẽ etiã corpis ueritate potiat, illud uero, tm̃ figura fuerit, & huius haud dubie cibi figura, quemadmodũ sæpius oñdimus. Lib. 2. ca. 8. A B, & ca. 28. B.

OECO. At patribus, & amicis dei dilectissimis, & oĩm sanctissimis denegatũ fuisset, quod nunc in pollutis impientissimor hominum manibus tractari uulgo dicitur. D

ROF. Hoc ẽ, q̃d in errorẽ istũ te p̃cipitauit: nimir fidei patrũ tm̃ tribuens, ut nihil p̃ illis nobis relinquas. Patribus ꝑfecto recte negata fuit, ipsius corpis cõtrectatio: qppe q nondũ extabat. Neq; eñ tũc uerbũ caro factũ ẽ, neq; sacr̃m istud cõfectũ, in q̃ Chr̃i cor- Iohan. 1.

 pus rea-

pus realiter ederet, quemadmodum & nūc nobis datur edendum. Quare stulte contendis aduersus ueritatē, quæ cunctis ē notissima.

E OECOL. Ignosce quæso digressionibus lector, quandoquidem ita digredi est in ipsissima orbita mansisse.

ROF. Si lector fuisset attentus his quę hactenus per te scripta sunt, liquido perspiciet te nunquàm diu in orbita fuisse moratum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

PROOEMIVM

TERTII LIBRI IN QVO QVATVORDEcim corroborationes afferuntur ad confirmandam ueritatem corporis & sanguinis in eucharistia.



NVNC igitur in huius tertij libri præfatione, priusq̄ illis rationibus respondeamus, quibus Oecolampadius ostendere molitur, non esse uerum Christi corpus in eucharistia, sed tantum corporis ipsius figurā, nos quatuordecim corroborationes afferimus, quibus (modo digne trutinent) quisq; Christianus haud dubie suū animum in huius sacramenti fide solide constabilire poterit.

¶PRIMA.

¶Veritas corporis Christi in eucharistia, uerbis eiusdem clarissimis comprobatur.

¶SECVNDA.

¶Immensitate amoris Christi fulcitur eadem.

¶TERTIA.

¶Consensu patrum eadem corroboratur.

¶QVARTA.

¶Pollicitationibus Christi confirmatur

¶QVINTA.

¶Concilijs pluribus stabilitur.

¶SEXTA.

¶Miraculis innumeris demonstratur.

¶SEPTIMA.

¶Reuelationibus fide dignissimis communitur.

¶OCTAVA.

¶Christi patrocinium aduersus hæreses nunquàm defuit.

¶NONA.

¶Pie frequentantes hoc sacramentum, in omni uirtute profece (runt

¶DECIMA.

¶His, qui perperam de hoc senserunt, infęliciter successit.

¶VNDECIMA.

¶Hostes huius sacramenti nullas pro se claras habent scripturas.

¶DVODECIMA.

¶Nullius orthodoxi solidum afferunt testimonium.

¶TERTIADECIMA.


¶Miracula nulla nulla súe reuelationes adducere queunt.

¶QVARTADECIMA.

¶Dissentientes ab ecclesiæ communi fide, mutuo se iugulant.

¶Corroboratio Prima.

¶Veritas corporis Christi in eucharistia, uerbis eius dem clarissimis comprobatur.



PRima sumit ex scripturis ipsis, quæ cōem ecclesiæ sniam testant aptissime, atq; id citra glossam aliquā, aut tropū, ut in. 4. lib. dicturi sumus copiosius. Circūstantiæ ipsæ scripturarū, à quib⁹ & illuminari scripturas Aug. affirmat, litē hui⁹ negocij potēter & efficaciter dirimūt. Nā & lōgo tpe, priusq̄ Chrs cœnā illā, quā dn̄icā uocamus, cū discipulis habuisset, pollicit⁹ est se daturū suis panem carnis suæ: nempe quum dixit: Panis quem ego dabo caro mea ē, quam dabo pro mundi uita. Meminit pauloante panem alterius generis à Moyse Iudæis fuisse datum: nempe manna, quod neutiquàm edentibus immortalitatem præstare ualuit. Meminit & patrem postea dedisse panem uerum hominibus: nempe uerbum incarnatum, quod & per manna figurabatur. Tertio loco subiungit se daturum panem carnis suę cunctis edendum, neq; solum, sed & eandem carnem itidem se morti daturum, recepit pro mundi uita. Bis enim dixit: dabo, neq; frustra certe, quanquàm hunc locum oscitanter multi prætereunt. Nam hic translatio nostra semel habet dabo, quum tamen græci codices cōstāter bis habeant dabo. Sed

Iohan. 6

Christus bis dixit, dabo, libro. j. cap. 7.

Semel eñ in ipsa cœna, iuxta pollicitationem illam, Chr̃us panem carnis suæ dedit Apl̃is, nimirũ qñ panem acceptũ in suas man⁹, benedixit, fregitq;, & dedit discipulis, dicens: Accipite & mãducate
Matth. 26 ex hoc om̃es: Hoc ẽ corp⁹ meũ. Dedit rursum & postridie, q̃ hoc
Luc. 22 dixisset, carnẽ suã ad mortẽ crucis ꝓ toti⁹ mundi uita. Iam aduerte lector, q̃ citra tropum aliquem scripturæ sibi consentiãt, ꝙ in eucharistia sit uerũ corp⁹ Chr̃i. Accedit his, ꝙ pauloañ paschalẽ agnũ iuxta ritum Iudaicæ legis, ederat cum Apl̃is. Erat autẽ & is agn⁹ figura quædã corpis Chr̃i, & necem Chr̃i futurã repñtabat, neq; tñ quum illũ ederet, affirmauit illic fuisse corpus suũ, neq; discipulorũ pedes antea lauit, neq; uehementẽ affectũ edẽdi se habere testabat, quemadmodũ fecit, quũ eucharistiã instituisset. Hic eñ palàm asseuerauit suũ corp⁹ esse, pariter & quo puriores discipuli sui forent ad
Iohan. 13 esum tãti sacramenti, pedes eorũ antea lauit, Sed & p̃misit se magno desyderio desyderasse nouũ istud pascha, is quo uer⁹ ipse agn⁹ continebat, una cum discipulis suis mãducare. Hæc nunc strictim cõmemorasse sufficiat, quãtum ad primã corroborationẽ attinet: nimirũ, ut intelligamus ipsas ꝓ nr̃a parte scripturas robustissime diiudicare, de quibus postea fusiorem tractatum habituri sumus.

¶ Corroboratio secunda.

¶ Immensitate amoris Christi fulcitur eadem.

B SI nullæ penitus essent scripturę, quib⁹ huius sacramenti ueritas comprobet, non esset tñ alienũ à munificentia tanti principis, imò tam amãtissimi spõsi, mun⁹ tam incõparabile suæ spõsæ relinquere. Nã is affect⁹ natura cõparat⁹ est, & insit⁹ oĩm hoĩm pectoribus, ut quũ ab his, q̃s uęhemẽter amãt, sint aliquãto tp̃e discessuri, monimentũ aliq̃d eis relinquãt, q̃ dũ absentes fuerint, ipsi facili⁹ & crebri⁹ ad memoriã reducant. Hunc affectũ ignorat nemo q uim
Cant. 1. amoris aliqñ p̃senserit. Quãobrem, quũ tãta charitate sponsam suã
Iohan. 3 ecclesiã ardebat Chr̃us, ut ꝓ ea nõ recusauerit corp⁹ suũ oĩbus ærũ
Apo. 1. nis & cruciatib⁹ mortis exponere, pariter & uniuersum effundere
Mat. 17 sanguinẽ, cur alienũ ab hui⁹ amoris immẽsitate putari debet, ut no
Luc. 23 bis eadẽ tribuat ĩ memoriã sui. Pauperculũ sane munusculũ fuisset,
Mar. 15 & prorsus ĩdignũ tãto principe, ꝓ monimẽto sui, frustulũ donasse
Iohan. 16 panis, uel figurã quandã, & nudã repñtationẽ sui tribuisse. Q̃obrem & cõspicuũ cuiuis eẽ põt, friuolã assertionẽ eẽ, quę statuit nihil

amplius in hoc sacro contineri, p̃ter panem & uinũ. Nam & hoc Lucę. 22
sacrũ in Chri memoriã, ab ipso Chro, sponsæ suę relictum, nemo
negare poterit, q̃nquidem ipse dixit: Hoc in memoriã mei facite.
Q si diligẽter explorauim⁹ affectũ cuiusq;, qui quũ sit à coniuge
sua charissima discessur⁹ xeniũ quoddã relinquere meditat̃, compe
riemus illum ea mente esse, ut si fieri posset, seipsum in ipso xenio
relinqueret. Nam & principes, qui curãt imagines efficacissime sui
rep̃ntatrices depingi, uel donãdas, uel mittẽdas amicis, eadem faci
litate, si p̃stari p eos posset, seipsos donarent sub imaginib⁹ illis. Ani
mus pfecto non deest, istud p̃standi, tametsi potentia pariter & ar-
te careãt, quò min⁹ istud ualeãt exequi. Cæter̃ Chro nec anim⁹ de- Lucæ. 1
est, quippe qui nos adeo deamauerit, ut longe duriora p nobis ag- Gene. 1
gressus sit, neq; potentia, qui & imperio suo cuncta fecit ex nihilo, Iohan. 1
neq; demũ sapientia, qua tã commode p̃stet hoc ipsum, ut & citra Psal. 103
q̃uis iniuriã sui corpis, & citra crudelitatem & horrorem edentiũ, Rom. 11.
suã carnẽ nobis edẽdã ĩpẽdat. Certe si dedisset corpus suũ in ea spe
cie, qua nunc residet ad patris dexterã in summa gloria, quis ferre
posset fulgorem tãtæ maiestatis? uel si dedisset in mortalis cuiuspiã
hominis effigie, quis tã crudelis est, ut dentib⁹ suis carnem adeo p̃-
ciosum lacerãs, tantã iniuriã Chro faceret? Si deniq; portiunculam
aliquã carnis crudæ nobis exhibuisset, qs non abhorreret, sub eo
simulachro cibum eiusmodi mãducare? Modum igit̃ aliũ excogi-
tauit illa summa Chri sapientia, quo nobis carnem suã donaret edẽ
dam: nimir̃ impassibilem, & sub specie panis, ut ita nec iniuriã ĩpe
pateret̃ ullã, neq; nos horrorem aliquẽ ex ipsius esu caperem⁹ Quo Rom. 11
fit ut merito cum Paulo exclamem⁹: O altitudo diuitiar̃ sapiæ &
sciæ dei. Liquet igit̃ ex his, q̃ sit amatori tanto & tã incõparabiliter
ardenti consentaneum, ut quum p corpalem p̃sentiã esset à charis Mat. 26
sima sua sponsa discessur⁹, seip̃m in monumento quodã reliquisset. Marci. 14
Quã rẽ quũ & ipse suis uerbis abunde sit testat⁹, dicẽs: Hoc ẽ corp⁹ Lucę. 22
meũ, qs tã impi⁹ est, ut nõ credat ibi uer̃ Chri corpus contineri?

¶ Corroboratio tertia.

¶ Consensu patrum eadem corroboratur.

TErtiã his duab⁹ annectem⁹ corroborationẽ, hanc uidelicet, q̃ C
uniuersa patrũ orthodoxor̃ authoritas huic sniæ cõcorditer
assentitur: nimir̃ q̃ in eucharistia uerum Christi corp⁹ contineat̃.

 Cæte-

Cæterum quoniam hanc rem prolixius ostensuri sumus in præfatione. 4. lib. iam indicabimus quid sup his Chri uerbis quidã eorum senserint, quorum authoritas nemini cõtemnenda est. Chrysostom' igit Homili. 83. sup Matth. ubi de uerbis illis copiose disseruisset & dilucide sanè tandẽ subdit: Credam' itaq; ubiq; deo, nec repugnem' ei, etiã si sensui & cogitatiõi nræ absurdũ esse uideat, qđ dicit, superet & sensum, & rõnem nrãm quoq; in omib', & pcipue in mysterijs faciamus, nõ illa q̃ ante nos iacẽt, solũmodo aspiciẽtes, sed uerba quoq; ei' tenẽtes. Nã uerbis eius defraudari nõ possumus, sensus uero noster deceptu facillim' est: illa falsa esse nõ pñt, hic sępi' atq; sæpius fallit, qm̃ ergo ille dixit: Hoc est corp' meũ, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellect' id pspiciamus.

Matth. 26 Lucę. 22

Aduertis lector quid hic dicat, nequaq̃ in hoc sacro sensibus nris fidẽ adhibendã sed deo, qui nõ fallit, sed Chri uerbis, quib' ipse dixit: Hoc est corp' meũ. Cyrillus item Chri uerba tractans, nimirum hæc: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ei' sanguinem &c̃. Sic ait: quomodo quidem carnem suã dabit ad mãducandũ, non docet quia intelligere illi non potuerunt: q̃ magna uero bona, si cum fide manducabunt, adipiscent, id iterum atq; iterum aperit, ut æternæ desyderio uitæ ad fidem compellant, per quã etiam doceri facilius poterint. Sic em̃ Esaias dixit: Si em̃ (inquit) non crediderítis, nec intelligetis. Oportebat igit fidei primũ radices in animo iacere: deinde illa quærere, quæ homini quærenda sunt. Illi uero anteq̃ crederent, importune quærebãt, hac igit de causa dominus, quomodo id fieri possit non enodauit, sed fide id quęrendũ hortat: sic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicẽs: Accipit & manducate: Hoc est corpus meũ, Calicem etiam similiter circũtulit, dicẽs: Bibite ex hoc omnes, hic est calix sanguinis mei, qui p multis effũdet in remissionẽ peccatorum. Perspicis, quia sine fide quærentibus mysterij modũ, nequaq̃ explanauit: credẽtib' aũt etiam non quærentibus exposuit. Audiant hæc, qui ex arrogãtia nondũ Chri fidem suscipere uolunt. Nisi manducaueritis (inqt) carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habibetis uitam in uobis. Non em̃ possunt cum sanctificatione beatæ uitæ fieri participes, qui per mysticã benedictionem, Iesum nõ susceperũt. His accedit & Cyprianus in contione de cœna domini, sic dicens:

Iohan. 6
Esa. 7
Matth. 26. Lucę. 22
Iohan. 6

Cœna itaq; disposita inter sacramentales epulas obuiarunt sibi instituta antiqua & noua, & consumpto agno, quē antiqua traditio ꝓponebat, insumptibilē cibū magister apponit discipulis, nec iam ad elaborata impēsis, & arte cōuiuia populi inuitant, sed immortalitatis alimonia dat à cōmunibus cibis differens, corporalis substātiæ retinens speciē, sed uirtutis diuinæ inuisibili efficientia probans adesse p̄sentiam. Significata olim à tpe Melchisedech ꝓdeunt sacra, & filijs Abrahæ facientibus opera eius suū sacerdos panem profert & uinū: Hoc est (inquit) corpus meū. Manducauerunt & biberūt de eodē pane scđm formā uisibilē, sed ante uerba illa cibus ille cōis tm̄ nutriendo corpori cōmodus erat, & uitæ corpalis subsidiū ministrabat. Sed ex quo à dn̄o dictū est: Hoc facite in meam cōmemorationē, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, q̄tienscunq; his uerbis & hac fide actū est panis ille substantialis, & calix benedictiōe solenni sacrat⁹, ad toti⁹ hominis uitā, salutēq; ꝓficit simul & medicamentū & holocaustū ad sanādas infirmitates & purgandas iniquitates existens. Et paulo post subijcit Orta fuerat aliqñ, sicut in euangelio Iohannis legit: de nouitate uerbi huius quæstio, & ad doctrinā mysterij huius obstupuerant auditores cū diceret dn̄s: Nisi manducaueritis carnē filij hois, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitā in uobis. Qđ quidā quia nō credebāt, nec poterāt intelligere, abierūt retro, qa horrendū eis & nephariū uidebat uesci carne humana, existimātes hoc eo mō dici, ut carnē eius uel elixā, uel assam, sectamq; membratim edere docerent. Gene 14 Matth. 26 Lucæ. 22 Lucæ. 22 Iohan. 6

¶ Corroboratio quarta.

¶ Pollicitatiōibus Christi confirmatur.

Colligitur & huius sacramenti ueritas, ex ipsius Christi pollicitationibus. Plurima sane pollicitus est ipse dn̄s noster, ex quibus colligere certo possumus, eam neutiq̄ fuisse passum ecclesiam suam in errore tanti discriminis ꝑ tot annoꝝ centenarios iacuisse. Sic em̄ frustra nobis dixisset: Ecce ego uobiscū sum oībus diebus usq; ad cōsummationē seculi. Quomodo (precor) affuisset ecclesiæ suæ, si tantā idololatriā tot seculis eam exercere permisisset nimirum ut creaturam pro creatore adoraret, & merum panem ꝓ uero Christo. Quod enim scelus diuina maiestas plus unq̄ abhorruit, & odio ꝑsecutus est implacabiliori, q̄ idololatriæ flagitium? D Num. 28

 Qua

Quare si fœdari sustinuisset ecclesiā tam horrēdo crimine tātoq; tē porū currriculo quō uerū esse potuisset qđ pmiserat se nobiscū futurū omibus diebus usq; ad cōsummationē seculi? Pollicitus insup fuit, & spm̄ sanctū in ecclesia pmansurū, quatenus eā instrueret in
Iohan.14 omi ueritate. Ego (inquit) rogabo patrē & alium consolatorē dabit uobis, ut maneat uobiscū ī æternū spm̄ ueritatis. Et rursus: Quū ue
Iohan.16 nerit ille, qui est spūs ueritatis, ducet uos in omnē ueritatē. Ad hæc paracletus aūt ille, qui est spūs sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omia, & suggeret uobis omia quæcunq; dixi uobis? Num non uieracē in pmissis suis Chr̄m existimabimus? Q si uerax sit, de quo uel quicq̄ dubitare nephas est, haud dubie spūs iste ueritatis nobiscū in ecclesia residet eamq; duxit in omnē fidei
Iohan.14 ueritatē, sed & erudiuit & explanauit, si quid in his Chr̄i uerbis fu
Matth.26 isset ambiguū. Suggeret (inquit) uobis omia quæcunq; dixi uobis.
Lucæ.22 Quare si uerba Chr̄i sunt: Hoc est corpus meū, dilucidū est, q̄ & spūs horū ueritatē ecclesiæ Chr̄i suggessisset. Accedit his q̄ de fi
Lucæ.22 de sit pollicitus itidē, eā uidelicet ecclesiæ non defecturā. Non deficiet (inquit) fides tua Petre. Hæc certe fides catholica quæ à sede beati Petri manauit ad nos, q̄ diu nostra successio mansura sit, in hac miseriarū ualle nunq̄ deficiet & extinguet. At si tāto tpe pperā de his Chr̄i uerbis credidissemus, quis non uidet extinctā fuisse fidem? Neq; istud nobis inficiabit Oecolampadius, qui uerbis hisce rem ipsam dilucide testat. Necesse est (inquit) uel Chr̄m abnegare in omibus, & mendacē facere, uel illi in omibus credere. Nā qui in uno discredit in nullo credit, & si in qbusdā non cōtradicit, non tn̄ in illis Chr̄m audit. Ecce q̄ aperte docet, q̄ qui Chr̄o discredit in uno, idem in nullo credit. Quāobrem & ecclesia si nō hactenus huic uerbo Chr̄i recte credidisset, recta pariter fide caruit cæterorū oim.
Matth.16 Succurrit & illud q̄ pmisisset insup Chr̄us, portas inferi minime pualituras aduersus ecclesiā suā. At qs nō intelligit iam p tot secula pualuisse portas inferi, si tam pestifero errore, uicta ecclesia, panem tam pfide p Chr̄o coluisset. Nā si pcipitasset eā satanas in tantā pfidiā, ut nec de Chr̄i uerbis ad hunc usq; diem recte sensisset, neq; rectū hoc toto tpe cultū omipotēti deo tribuisset, sed merā adorasset creaturā loco dei, quis non plane pspicit miserrima seruitute catholicā ecclesiā à portis inferi pressam & deuictā eē? has igit & cæteras

Chr̄i

Chri pollicitatiões, si quis exacte trutinauerit, comperiet (ni fallor) ipsam quam hactenus de eucharistia fidem & tenuit & docuit ecclesia, solidissimam confirmatissimamq; esse.

¶ Corroboratio quinta.

¶ Concilijs pluribus stabilitur.

Corroborat etiã concilijs pluribus, quæ & p confirmãda fide catholica p summos pontifices in spũ sancto cõgregata fuerat. Prodit in historia tripartita lib. 7. ca. 11. Messalianos quosdam hæreticos fuisse, quos εὐχίτας, id est, orãtes uocarunt, qui inter cætera dixerunt diuinũ cibũ nihil, nec pdesse, nec ledere, cibũ uidelicet illũ, ut Theodericus illic ait: dc quo dñs Iesus dixit: Qui comedit carnem meã & bibit sanguinẽ meũ, uiuet in ęternũ. Aduersum hos primũ Litoius præsul Melitensis ecclesiæ diuino zelo decenter ornatus, quũ cerneret hac hæresi multa monasteria, quasi latronum speluncas euasisse, curauit ut incenderet, & ut ab ouibus lupi separarẽt. Silr & Amphilochius famigeratus Lycaonens antistes dum hęc pestis illic cresceret, eẽ ualde repressit, & oues q̃ tali tibi cõtagione uexabant, eripuit. Flauian' quoq; p̃sul Antiochęn' accersita turba monachorum Antiochiã, quorum usus prudentia, complures ex eisdẽ hereticis, qui in Edessa uicinisq; oppidis uenenũ illud sparsit, conuictosq; mox è Syria cunctos expulit. Et quid aliud in hoc libello docet Oecolãpadius, q̃ qđ illi hæretici docuerãt. quũ asserat hoc sacrm symbolũ duntaxat esse, ut paulo post intelliges lector, neq; p ipsum nos grãm aliquã consequi, sed fide sola in Chrm, panemq; solũ hoc esse, nec in eo uerum Chri corp' contineri. Post hæc in Ephesina synodo, in qua ducenti patres, ob Nestorianæ hæreseos condemnationẽ, congregati fuerãt, diffinitũ & hoc ipsum fuit, nimirum qđ uerã Chri carnem, quæ uiuificatrip est, in eucharistia sumimus, de qua synodo postea plurib' dicturi sumus. Erat enĩ apud ueteres magnæ authoritatis. Nã quatuor illa cõcilia, Nicænũ, Cõstãtinopolitanũ, Ephesinũ, Calcedonense Gregori' pontifex sanctissim' approbauit, tanq̃ quatuor euãgelica: cuius uerba subijciã. Sicut sancti euãgelij quatuor libros, sic quatuor Cõcilia suscipere, & uenerari me fateor, Nicęnũ. s. in quo puersum Arrij dogma destruit: Constãtinopolitanũ quoq;, i quo Endonij & Macedonij error cõuincit: Ephesinũ etiã primũ, in q̃ Nestorij impietas indicat:

Iohan. 6.

Concilia quatuor approbata

Calcedonēſe uero, in q̄ Euthiçis Dioſcoriq́ꝫ prauitas reprobat, tota deuotiōe cōplector, integerrima approbatiōe cuſtodio: quia in his, uelut in q̄drato lapide, ſanctę fidei ſtructura cōſurgit. Et cuiuſlibet uitæ atqꝫ actiōis exiſtat, quiſquis eoꝝ ſoliditatē nō tenet, etiā ſi lapis eſſe cernit, tn̄ extra ædificiū iacet. Rurſum, Berengarius q̄dam homo nullius eruditionis, glorię tn̄ cupidus, aduerſus eucharistiæ ſacr̄m eandē hæreſim, quā nunc Oecolāpadius aſſerere molit, ſuſcitauit: docens ip̄m ſacr̄m ſolā figurā eſſe corpis Chr̄i. Cuius occaſione, Leo nonus, uir (ut oēs hiſtorici referunt) ſanctimonia uitæ cōſpicuus, Conciliū Vercellenſe celebrauit, in quo & Berengariū compliceſq́ꝫ eius, niſi q̄ primū reſipiſcerent, ꝑpetuo dānauit anathemate. Cuius rei platina meminit his uerbis: Ad Leonē redeo, uirū certe pietate, innocentia, benignitate, gr̄a, hoſpitalitate adeo inſignē, ut eius domus peregrinis, & pauperibus ſemꝑ patuerit. Nam quū ſemel ante fores ſuas, leproſum pauperem inueniſſet, eumq́ꝫ pie miſericordia collocari in lecto ſuo mādaſſet, apertis mane à ianitore forib⁹ nuſquā pauꝑ īuent⁹ ē, Chr̄m paupis nomine eo loci recubuiſſe creditū. In rebus p̄terea ad religionē pertinentib⁹ tāta diligentia & ſolertia uſus eſt, ut & in cōcilio Vercellēſi Berengariū hæreſeos authorē damnauerit. Hacten⁹ Platina. Interea Leo non⁹ morit, & Berengari⁹ in obſtinatia ſua ꝑgit, uenenū ſuæ hæreſis ꝑ Gallias diffundēs, quo factū eſt, ut Hildebrādus, eccleſiæ Romanæ tūc archidiacon⁹, ſynodi Turonis cōgregatæ p̄ſidens, eundē Berengariū ꝑ quoſdā eruditiſſimos uiros. & maxime ꝑ Lanfrancū conuincit. Sed nec ſic deſtitit miſer ille, quin adhuc inſani ſui dogmatis ſemina ſpargeret, ob q̊d & Nicolaus ſecundus (ut Gwimundus & alij tradūt) eum Romā accerſiuit, ubi cōcilio .113. ep̄oꝝ habito, Berengari⁹ hæreſim ſuā, cōceptis uerbis quæ in decretis recenſent. abiurauit. Cæteꝝ adhuc poſtea mutauit animū & diuerſam hæreſim excogitauit. Nam ubi primū aſſeruit, ꝙ ſacramentū ip̄m, tm̄ figura fuerat corpis, nō ipſum ueꝝ corp⁹ Chr̄i, iam docere cœpit, illic ueꝝ affuiſſe corp⁹ ſed una cū eo manere ſubſtantiā panis. Cuius rei gratia ꝑ Gregoriū ſeptimū iteꝝ ad cōciliū multoꝝ epiſcopoꝝ Romæ habitū accerſitus Berengarius, errorē ſuū reuocauit, quā reuocationē factā eſſe Blondus ꝓdidit in hiſtoria. Meminit & Sabellicus lib. 3. nonæ Enneadis ita ſcribēs, diuus

De conſecra. diſtin. 2. cap. Ego Berengarius.

Grego

Gregorius Romæ frequens conciliũ habuit, in quo Berengarius, de quo alio loco mẽtio incidit, suũ errorẽ fassus, ueniã impetrauit. Confessionis forma hęc fuit: Ego Berengari⁹ corde & animo credo, quod ore confiteor. Hoc Sabellicus. Cæterꝝ si quis desyderet integrã ipsius Berengarij abiurationẽ, quã secundo fecit, eã in uetustissimo codice, qui & ꝑter canones Aplõꝝ, etiã decreta ueterꝝ pontificũ & acta conciliorꝝ complectit̃, in actis eiusdẽ cõcilij integre descriptam repperi in his uerbis: Ego Berengarius corde credo & ore cõfiteor panẽ & uinũ quæ ponunt̃ in altari ꝑ mysteriũ sacræ orationis, & uerba nr̃i redemptoris substãtiliter cõuerti in ueram & ꝓpriã ac uiuificatricem carnem & sanguinẽ Iesu Chr̃i domini nostri, & post consecrationem esse uerꝝ Christi corpus quod natum est de uirgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram patris, & uerꝝ sanguinẽ Christi qui de latere eius effusus est, non tantũ per signũ & uirtutem sacramẽti, sed in ꝓprietate naturæ & ueritate substãtiæ. Sicut in hoc breui continet̃, & ego legi & uos intelligitis, nec contra hãc fidem ulterius docebo Sic me deus adiuuet, & hæc sacra euangelia. Postea dominus papa pręcepit Berengario ex authoritate dei om̃ipotentis & sanctorꝝ Aplorꝝ Petri & Pauli, ut de corpe & sanguine domini nunq̃ ulterius cum aliquo disputare præsumeret, excepta causa reducendi eos ad hãc fidem, qui ꝑ eius doctrinã ab ea recesserant. Nihil hic de cõcilio qđ celebrauit Innocẽtius tertius, in quo manifeste declaratũ fuit & definitũ, ꝙ panis in Chr̃i corpus conuertat̃. Nihil de Basiliensi & Constantiensi cõcilijs, in quibus hæc hæresis damnat̃ apertissime. Vides ergo lector, hoc dogma ꝓ hæresi fuisse cõdemnatũ à tot cõcilijs quæ nõ est dubiũ in spũ sctõ fuisse cõgregata, pariter & uniuersalẽ ecclesiã eadẽ repñsentasse. Forma abiurationis Berengarii.

¶ Corroboratio sexta.

¶ Miraculis innumeris demonstratur.

Corroborat̃ insuꝑ huius sacramẽti fides, ingẽti miraculorꝝ copia, quę uarijs tpibus ad cõfirmandos infirmorꝝ animos diuinitus oñsa fuerãt. Primũ illud occurrit qđ ex Dionysio, qui fuerat Alexandriæ p̃sul. Eusebius in ecclesiasticæ historiæ lib. 6. ca. 34. refert, Serapionẽ quendam fuisse apud Alexandriã, unũ ex his q lapsi sunt, eundẽq; sæpe deꝑcatũ, ut susciperet̃, nec tñ impetrasse. F Miraculum primum

Oppressum deinde hunc esse ægritudine, ita ut triduo iam sine uo ce prorsus iaceret: paululũ uero quarta die respirantẽ uocasse ad se filiã suã, & dixisse. Quousq; me detinetis? Quæso uos, cito aliqs p̃sbyteꝝ roget, ut possim aliqñ dimitti. Et cũ hæc dixisset, rursum sine uoce p̃mansit. Abijt cursu puer ad presbyteꝝ noctis tp̃e, infirmabat presbyter, uenire non potuit, tñ quia p̃ceptum fuerat, ut lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maxime his, quos prius id rogasse constaret, parꝫ eucharistiæ puero, qui ad se uenerat, dedit: quod infusum, iussit seni p̃beri. Regrediente adhuc puero, anteq̃ regrederet domũ, rursum Seraphion respiciẽs. Dedisti (inquit) fili? Et licet presbyter uenire non potuit, tu tñ imple q̃d tibi præceptũ est, ut possim discedere. Cunq; impleta esset solennitas, uelut cathenis quibusdã uinculisq; diruptis, lętiorẽ iam spm̃ reddidit. Ex quo (inquit) cõstat certissime huius boni auxilio nullũ debere fraudari. Vides hic lector, quãtæ necessitatis hoc sacramentũ sit, & q tãto & tam graui authore, nemo debet fraudari, quum hinc sit exiturus. Quod ille certe nõ scripsisset, neq; mors huic infirmo tam diu fuisset dilata, si nihil aliud in hoc sacr̃o fuisset q̃ merus panis. Memorat & Cyprianus quædã, sermone quinto, de lapsis, quæ & nouerat, ipse fuisse facta. Pręsente (inquit) ac teste meipso, accipite quid euenerit. Parentes forte fugientes dum trepidi min⁹ consulunt, sub nutricis alimento paruulã filiã reliquerũt, relictã nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolũ quo pp̃ls cõfluebat, q̃d carnẽ necdũ posset edere p̃ ętatẽ panẽ mero mixtũ, q̃d tñ & ip̃m de ĩmolatõe p̃eũtiũ superat tradider̃t. Recepit filiã postmodũ mr̃. Sꝫ facin⁹ puella cõmissum, tã loq & ĩdicare nõ potuit, q̃ ĩtelligere pri⁹ potuit, nec arcere. Ignoratõe igit̃ obreptũ ẽ, ut sacrificãtibus nobis, eã secum mater inferret. Sed eñ puella mixta cum sanctis, p̃cis nr̃ę & or̃onis impatiens, nunc ploratu concuti, nũc mẽtis æstu fluctuabũda iactari, uelut tortore cogẽte, qbus poterat indicijs cõsciam facti in simplicib⁹ adhuc annis, rudis anima fatebat̃. Vbi uero solẽnibus adimpletis calicẽ diacon⁹ offerre p̃sentib⁹ cœpit, & accipiẽtib⁹ cæteris, loc⁹ eius aduenit, faciẽ suã paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere, os labijs obturãtib⁹ premere, calicẽ recusare, p̃stitit tñ diaconus, & reluctãti licet, de sacr̃o calicis infudit. Tunc sequit̃ singultus & uomitus. In corpore atq; ore uiolato,

Su. li. 1. c. 12. A

Miraculum secundum

Eu-

Eucharistia permanere nō potuit. Sāctificatus in dñi sanguine potus, de pollutis uisceribus erupit. Tanta est potestas dñi, tanta maiestas. Aduerte lector quid dicit. In corpore atq; ore eius quæ de cibis immolatis idolis prius ederat, eucharistia pmanere nō potuit, sed erupit de pollutis eiusdē uisceribus, potus in sanguine dñi sanctificatus. Tanta est potestas dñi p̄sentis in eo sacro tantaq; maiestas. ¶ Cōsequēter subdit & aliđ miraculū, de altera q̄ fuerat ætate puecta, & in annis adultioribus cōstituta. Hæc (inquit) sacrificātibus latenter obrepsit, nō cibum, sed gladiū sibi sumēs, & uelut quędam uenena lęthalia intra fauces & pectus admittēs, angi & aniā exæstuāte cōcludi postmodū cœpit. Et pressurā nō iam psecutionis, sed delicti sui passa palpitans & tremens cōcidit. Impunitū diu nō fuit, nec occultū dissimulatæ consciæ crimē quæ fefellerat hominē, deū sensit ultorē. His & tertiū subijcit inquiēs. Et quū quædam arcā suā, in qua dñi sanctū fuerat, manibus indignis tentasset aperire igne inde surgēte deterrita ē, ne auderet cōtingere. ¶ Adiūgit istis & quartū. Et quidā (inquit) alius & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partē cum cæteris ausus est latēter accipere, sanctū dei edere & cōtrectare nō potuit, cinerē ferre se aptis manibus inuenit, documēto unius ostensum est, dñm recedere, cū negat, nec immerētibus ad salutē pdesse qđ sumit, cum gratia salutaris in cinerē sanctitate fugiēte mutet. Ecce dñm recessisse dicit, quū negat, & grām salutarē in cinerē, sanctitate fugiēte mutari fatetur, qñquidē is qui sacrm indignus accepisset nihil p̄ter cinerem in ore manere sensit. ¶ Ambrosius insup de morte sui fratris Satyri lugubrē orationē scribēs, mitaculi cuiusdā meminit, qđ suo fratri cōtigit. Id q̄q̄ Oecolā. supius attenuare moliat, nihilomin⁹ id diu⁹ Ambro. ascribit huic sacro. Habuit eñi Satyr⁹ ipse ligatā in orario eucharistiā, dum forte scopuloso uado nauis in q̄ fuerat, illidebat Huic itaq; sacro cōfisus in mare se deiecit, & liber abūdanꝫ fluctib⁹ uasit, ppter qđ & paulopost dicit, mirādā eē dei grām, q̄ īsensibil natura q̄dā sensibili rōne suos fluct⁹ coercuisset, & suos fines unda cognouisset. De fratre igit subdēs: Referebat (inqt) grām deo, deferebat & fidē. Nā qui tm̄ mysterij cœlestis inuoluti in orario p̄sidium fuisset exptus, quantū arbitrabat, si ore sumeret & toto pectoris hauriret arcano? Hacten⁹ ex Ambro. ¶ Narrat & Aug. 22. lib. de ciui

Miraculum tertium

Miraculum quartum

Supra lib. primū, ca. 17. B.

Miraculum quintum

Supra lib primo, cap. 18. B

Miraculum sextum

de ciuitate dei miraculũ aliud, q̄d suo tpe cõtigit. Vir Tribunicius (inquit) Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussallẽsi fundũ Cubedi appellatũ, ubi quũ afflictõe anialiũ & seruorꝝ suorꝝ domũ suã spirituũ malignorꝝ uim noxiã ꝑpeti cõperisset, rogauit nr̃os, me absẽte p̄sbyteros, ut aliqs eorꝝ illò ꝑgeret, cui⁹ orõib⁹ cederẽt, ꝑrexit un⁹, obtulit ibi sacrificiũ corpis chr̄i, orãs q̄ntũ potuit, ut cessaret illa uexatio, deo'q; ꝓtinus miserãte, cessauit. Hæc August. in lib. illo, ca. 8. ¶ Recenset & Gregorius in dialogis lib. 3. ca. 3. de papa Agapito, ꝙ quũ oblat⁹ ei fuisset quidã, q mut⁹, pariter & claudus erat, ille post sacrificiũ in cõspectu dei om̄ipotẽtis immolatũ, iam cõpletis mysterijs ad claudũ in terra iacentẽ redijt cuius manũ spectãte ppl'o tenẽs, eundẽ erexit. Quum'q; dominicũ corp⁹ in os eius mitteret, illa diu muta lingua ad loquendũ soluta fuit. Mirati cõfestim oẽs, & flere p̄ gaudio cœperũt. ¶ Beda fil'r in historia gẽtis Anglorꝝ memoriæ ꝓdidit suis tpibus, fuisse quendã qui fuerat in carcerẽ coniectus, habuisse tñ fratrẽ abbatẽ, uirũ sanctissimũ, q credidit illum p̄lio quodã occisum ante fuisse. Propter q̄d & idẽ quum esset illius amantissim⁹, deuoti⁹, quo potuit, eius inter sacrificandũ quotidie memor fuit. Factũ est igi' ut nullis uinculis alligari potuit, ea præsertim hora qua frater eius abbas sacrificiũ corpis & sanguinis Chr̄i ꝓ illius memoria obtulit. Prætereo, quæ Vincẽtius in historia sua, lib. 29. cap. 24. cõmemorat, multa sanè miracula ob extinguendã heresin in Vasconia pullulantẽ fuisse facta, nec uno tantũ in loco, sed pluribus, ita ut rex Frãciæ Philippus ter p̄ns fuit eiusmodi miraculis. Sed quid multis moror lectorẽ? Si uellem huc citare, quæ passim in diuorꝝ uitis tradunt: nempe Basilij, Iohãnis eleemosynarij, Gregorij primi, Hugonis, Lincolniẽsis, Hynonis presbyteri, sancti Edwardi regis Anglorꝝ, sancti Stephani p̄sbyteri. sancti Nicolai Tolentini, sanctæ Monacæ matris Augustini, ac cæterorꝝ, nimio tædio lectorẽ afficerẽ. Vt em̄ Paschasius ait in libro, quẽ ædidit de corpe & sanguine dñi: Nemo qui sanctorꝝ uitas & exempla legerit, ignorat, quòd sæpe corporis & sanguinis Christi sacramenta, aut ꝓpter dubios, aut certe propter ardentius amantes uisibili specie in agni, uel pueri forma, aut in carnis & sanguinis colore monstrata sint, ut quod latebat in mysterio, patesceret in miraculo.

Miraculum septimum

Miraculum octauum

Vincenti⁹ recenset miracula diuersa.

Paschasius librum edidit de eucharistia

Corrobo

¶ Corroboratio septima.

¶ Reualatōibus fide dignissimis comminuitur

Constabiliri quinetiā pōt huius sacramenti ueritas innumera multitudine reuelationū, quæ pijs antehac mōstratæ fuerāt. Scribit em̄ Hildegardis uirgo sanctissima, quæ & innumeras dei benignitate reuelatiōes cōspexit. Nā in sexta uisione se uidisse refert, ita scribens, quū sacerdos sacris uestib⁹ indut⁹ ad celebrāda diuina sacrā ad altare illud accederet, uidi q̄ subito magna serenitas lucis cū obsequio angelorū de cœlo ueniēs, totū altare illud circūfulsit, & ibi tā diu p̄mansit, quousq; cōpleto sacro sacerdos ab altari secederet. Sed & ibi euāgelio pacis recitato, & oblatione, q̄ consecrāda erat altari supposita, cū sacerdos laudē om̄ipotētis dei quę est: Sanctus, Sāctus, Sāctus dn̄s deus sabaoth decātaret, & sic mysteria ineffabiliū sacramentorū inchoaret: repente ignea coruscatio inæstimabilis claritatis, aperto cœlo, sup eādē oblationē descēdit & eam totā sua charitate ita p̄fudit, ut solaris lux rem illā illustraret quā radijs suis transfudit. Et dum eā hoc modo irradiaret: sursum illā ad secreta cœli inuisibiliter sustulit: & iterū eā deorsum sup ip̄m altare remisit: uelut cum homo anhelitum suū introrsum trahit, & iterū cū extrorsum emittit, ita eam uerā carnem & uerū sanguinem effectā, q̄uis in conspectu hominū, uelut panis, & uelut uinū apparerent. Et paulo post: Sed dum sacerdos cāticum innocentis agni quod est: Agnus dei qui tollis peccata mundi, decātaret, & ad p̄cipiendum sanctā communionē se exhiberet, p̄dicta ignea coruscatio ad cœlestia se recepit: & ita clauso cęlo, audiui uocem ex eo dicentē: Manducate & bibite corpus & sanguinē filij mei ad abolendam p̄uaricationem Euæ, ut in rectā hæreditatem restauremini. Hæc ex Hildegarde. Quā uisionem & ip̄a latius explicat, ut lectori cuiuis librorū ei⁹ erit manifestū. Elizabeth quoq; uirgo sanctissima reuelatōibus pluribus illustrata, neq; paucis etiā quæ ad hoc sacramentū p̄tinent, sic in primo libro, cui titulus est uiarū dei, testat̄ se uisionē hanc accepisse. Factū est (inquit) in una dierū, ut ueniret quidā ex fratribus ferens in pixide diuinum sacramentū dominici corp̄is, ut opus esse uidebat̄ cuidam sorori infirmæ. Quumq; stare mus in circuitu eius, & ego & quædam sorores loquentes mecum de eo: Ecce subito cor meū liquefactū est, & pene factū est in extasi

G Reuelatio prima

Reuelatio secunda

Et ecce claritas magna refulsit in pixide, & introspexi, quũ tñ adhuc esset clausa, & apparuit species ueræ carnis in ea, dicẽs quidem ista, cõtremisco, sicut & tũc uidẽs cõtremui. Testis aũt est mihi deus, quia nihil in omĩbus his fingẽdo aut ꝓpriã gloriã quærẽdo locuta sum. Hæc Elizabeth. His accedit & sanctissima Birgitta, cui
Reuelatio. 3. ꝑter alias ĩnumeras, cõplures de eucharistia reuelatões factę sunt. Sic em̃ in primo lib. Chrũs ad eã inter cætera loquit: Ego sum panis ille qui in altari, panis uidet & sentit, sed in corp⁹ meũ qđ crucifixum erat, cõuertit. Sicut em̃ aliquid aridũ & cito arsuꝝ, si igni apponeret cito cõsumit, & nihil remanet de figura lignoꝝ, sed totũ est ignis, ita dictis uerbis, illis. s. hoc est corp⁹ meũ, qđ prius fuit panis, fit statim corpus meũ, & incendit sicut ligna igne deitate mea.
Reuelatio. 4. Rursum lib. 6. beatissima uirgo sic ad eã loquit, mentionẽ faciens de auxilio, quo pctõr quidã saluari potuit. Sed ꝑ quale (inquit) auxiliũ? utiq; ꝑ sanctissimũ corp⁹ filij mei, quod quotidie immolat in altari. Panis em̃ ille qui in altari ponitur, ante uerba illa: Hoc ẽ corpus meũ, panis est, sed post uerba dicta, uertit in corpus filij mei, ꝙ
Reuelatio. 5 de me sine macula sumpsit, quod crucifixum est. ¶ Mechtildis insuꝑ & ipsa quoq; uirgo sanctissima, inter alias admirãdas reuelationes, quibus illustrata fuerat, multas memorat de hoc sacr̃o, sed ego quasdã breuiter attingã. Sic em̃ in primo li. uisionũ ei⁹ ca. 1 tradit. Quũ aũt instaret tp̃s nobilissimi cõuiuij, quo ipsa dilectũ aniæ suæ Iesum ꝑcepisset in sacratissimi corꝑis & sanguinis cõione, audiuit eũ sibi dicẽtẽ: Tu ĩ me, & ego ĩ te, & ĩ ęternũ nõ te derelinquã.
Reuelatio. 6. ¶ In eodẽ lib. cap. 29. ubi orat dñm, quatenus eã ad sui dignissimi corꝑis susceptionẽ dignet ꝑparare, & copiose docet ibidẽ à Chr̃o. Rursum ca. 5. uidit, Chr̃m totius missæ cæremonias repñsentantẽ, & quũ instaret hora sacratissima qua eleuãda erat hostia: uisus est eleuare hostiã, quasi aurea pixide inclusam, & syndone uelatã: per q̊d significabat, ꝙ hoc sacr̃m omni humano siue angelico intellectui est abscõditũ: dicto, pax dñi: posita est ibi mẽsa ad quã dñs discũbebat. Cõgregatio aũt tota ad mensam illã accedẽs, unaquæq; ꝑsona sub brachio btĩssimæ uirginis, q̃si geniculãdo accepit corp⁹ dñicum. Cæteꝝ ne quis cauillet nos mulierculaꝝ tm̃ attulisse testi-
Reuelatio. 7 monia, uiros etiã audiat. ¶ Tradit igit Chrysosto. li. 6. dialogoꝝ cap. 4. quendã p̃sbyteꝝ uitæ sanctitate mirabilẽ, & qui reuelatio-

nes

nes uidere solitus erat, aliqñ sacrificij tp̄e conspexisse multitudinē angelorum, sicut ei possibile erat intueri, stolis fulgētibus circūdantē & altare coronantē, cum officio, quo circa regē suum milites stare consueuerunt, quod mihi facile p̄suasum est. Ecce testat̄ p̄suasum sibi fuisse de reuelatōis hui⁹ ueritate. ¶ Subdit & aliā. Alter (inq̄t) retulit se uidisse, quoniam de seculo hoc recedentes, qui participes mysteriorum illorum in conscientia munda fuerint, quum efflauerint ultimum spiritum, subuehi eos alacres manibus angelorum. Necq; alterius rei gratia reuelationes hasce commemorauit, nisi ut ostenderet immensam huius sacrificij dignitatem, & præcellentiam sacerdotalis functionis. Propter quod & paulo superius de sacerdotis officio loquens, hæc dixit. Quum uero etiam spiritū sanctū aduocauerit, & reuerendam illam immolauerit hostiam communemq; omnium dominū subinde contigerit, ubi illum (dic mihi) n̄ra æstimatōe ponemus: quantū ab illo splendorē poscim⁹, & quā tam religionē? Expēde em̄ quales oporteat ei⁹ esse man⁹ tātarum rerum ministras, qualē linguā uerba illa fundentem. Reuelatio. 8

¶ Corroboratio octaua.

¶ Christi patrocinium aduersus hereses nunq̄ defuit. H

NEmo tā hæreticus ē, ut neget ecclesiā ab hæreticis creberrime fuisse oppugnatā, sem p tñ spōsi sui patrocinio fuisse munitā, ne p̄niciosis eorum errorib⁹ fides illi⁹ corrūperet. Qñ Cherinth⁹ insaniit, allatrauit Marcion, Ebion & ip̄e sup̄bissime blasphemauit, nū defuit Chr̄s? An nō opitulatus ē ecclesiæ suæ? Subinde qñ Mōtan⁹ quidā errores cōplures in eccl̄ia seminauit, una cū Priscilla & Maximilla, chr̄s Apollinarē & alios ex orthodoxis excitabat q̄ insana illorum dogmata cōuellerēt. Post hos Florin⁹ quidā, & ip̄e nouo quodā & p̄nicioso dogmate p̄turbauit ecclesiā, affirmās deū authorē eē peccati, sed & hūc Irenæus Policarpi discipulus cōfutauit. Scripsit & idē Irenæus aduersus Valentinū quē & doctissimū fuisse Hieronym⁹ tradidit. Sic em̄ in cōmentarijs sup Osee dicit: Nullus p̄t hęresim struere, nisi q ardētis ingenij est, & habet dona naturæ quæ à deo artifice sunt creata. Talis fuit Valētinus, talis Marcion, q̄s doctissimos legimus, hos tñ dei benignitate uitauit ecclesia. Berillus itē ep̄s, & ip̄e doctissim⁹, in hæresim maximā collapsus, quū à multis ep̄is cōfutari nō potuit, sic tñ ab Origene tan- Irenęus aduersus hereticos

Eusebius lib. 6. ca. 23.

dem est uictus, & ad sanā ecclesiæ fidē redire compulsus, ut sicut Eusebius refert (q̄d in talibus penè causis inauditū est) ita errorē ab ecclesia depulit Origenes, ut emendaret, nō pderet erroris authorem. Nouatus insup sua puersitate uexabat ecclesiā, qui licet multos corrupisset p̄textu puritatis, quā ꝓfitebat̃, ꝓplm̄q; (ut Fabianus pontifex tradidit) iureiurādo astrinxisset, ne se relicto Corneliū se querent̃, cōcilio tn̄. 60. epoꝝ, una cum totidē p̄sbyteris & pluribꝰ diaconis habito Romæ, condemnatus fuit, & ab ecclesia separatꝰ. Manes p̄terea quidā ex Perside ueniēs, à quo Manichæi nomē acceperunt, errorē exiciosum introduxit, q & postea multis seculis, etiā ad August. tp̄a, cōplures abduxit à uera fide. Cæteꝝ & huius insanū dogma, tandē orthodoxis impugnātibus, & auxiliāte Chr̄o prorsus, euanuit. Sabellius etiā hæresiarcha pestilētissimus, q sacræ triadis ꝑsonas haudquaq̄ separat, sed inter se cōfundit, unā ex tribus faciēs, idemq; negat Chr̄m uere filiū dei p̄ris fuisse, pariter & spūi sancto intellectū aufert apud Eusebiū Dionysiꝰ tradit Alexādrinus, q & aduersus eundē scripsit, tāetsi postea tā ip̄e Sabellius q̄ sectatores ipsius p synodos aliq̄t fuissent cōdemnati. Arriꝰ etiā ep̄s Alexādrinꝰ uir eruditissimꝰ & fauore plębis ac principū potētissimus qs ignorat q̄ acerrimis machinis uniuersam ecclesiā arietauit. Sic de illo tradit Hieron̄. Arriꝰ in Alexādria scintilla fuit, sed qm̄ nō statim opp̄ssa ē, totū orbē eiꝰ flāma populata ē. Ille Chr̄m negauit æqualē eē p̄ri: ueruntn̄ opitulāte Chr̄o cōplures orthodoxi suos calamos in illū acuerūt, & synodo trecētoꝝ ac decē & octo patrū Nicææ habita cōdēnatꝰ fuit. Post hūc Macedoniꝰ Cōstātinopolitanꝰ ep̄s aduersus eccl'ię fidē erexit sese, negās spiritū sanctū eē deū, sed idē haud multo post, synodo cētū & qnquaginta patrū habita Cōstantinopoli fuit explosus. Nestoriꝰ uero Cōstātinopolitanꝰ etiā ep̄s, uulgo graciosissimꝰ hęresim suscitauit, asserēs beatā uirginē nō dei, sed hoīs tm̄mō genitricē. Sed hūc synodꝰ Ephesina ducentoꝝ ep̄oꝝ iustissimo ferīt anathemate. Dioscorꝰ itidē Alexandrinus ep̄us, & ip̄se pp̄lo charissimus, eandē eē carnis & uerbi naturam in Chr̄o ꝑperā docens, paulopost à synodo Calcedonēsi sexcētoꝝ ep̄oꝝ, una cū Eutice ꝓiectus ē. Quid Apollinarē uniorē, uirū in disserēdo singl'ariter acutū & in scripturis exercitatissimū. Quid Paulū Samosctanū, uirū nō minus arrogantē, q̄ singulari p̄ditū eloquen

Nouatus cō- demnatur Romæ

Li. 7. ca. 4. 5.

Arrius Nicęę condemnat̃.

Macedonius in synodo Cōstantinopoli.

Nestorius in Ephesina synodo

Dioscorus in synodo Calcidonensi

quentia? Quid Donatū & Donatistas, seculari scia diligenter instructos, uita ꝓbatos, uiribus & diabolica uersutia summos? Quid Albianēses memorē q Lutheranoꝝ ī errorib⁹ nō dissiles, fermè parē cū eisdē acceperūt cladē. Nā obsistentib⁹ eis orthodoxis, cōciderant ex illis uno ꝓlio sexaginta milia uirorū. Preterea Waldenses, Pigardos, Wiclefistas: & cæteros illos ingēti nūero, quos in unū uolumen amici cuiusdam sui gratia collegit Augustinus. Cæterū ab eorū omniū erroribus Chr̄us ecclesiæ suæ fidem hactenus integram & illibatā conseruauit. Quā rem, quū nemo dubitat, sed exploratissimā oēs habeamus, quis unq̄ intra sinum sui cordis admittere potest, ꝙ idem ipse de ueritate sui corporis, ecclesiam suā errare tanto tempore permisisset.

Sexagita milia Albiauensium in uno prælio ceciderunt.

Augustin⁹ de hæreticis

¶ Corroboratio nona.

¶ Hic frequētātes hoc sacramētū, in oī virtute ꝑfecerūt. I

INgens pietatis fruct⁹, quē experimur, in his quotidie magis ac magis augeri, q iugiter hisce mysteriis, ꝑ crebrū eorundē esum cū fide & deuotōe participāt mirifice sacr̄m istud confirmat. Ad quod igit̄ & Cyrillus nō semel adhortat̄ dicens: Si uitam æternam consequi uolumus, si largitorē im mortalitatis habere in nobis desyderamus, ad recipiendā benedictionē libēter cōcurramus. Benedictionē hic eucharistiā intelligit, sicut & inferius, quū dicit paulo post: Quare pias (quæso) cogitatōes suscipias, studiose sancteq̄ uiuas, & benedictiōe participes, quæ (mihi crede) nō mortē solum uerūetiā morbos omnes depellit. Sedat em̄, quū in nobis maneat Chr̄us, seuientē mēbrorū nr̄orū legē, pietatē corroborat, ꝑturbationes animi extinguit, nec in qbus sumus peccatis cōsyderat, sed ægrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bonus, q aīam ꝓ ouibus posuit, ab oīi nos erigit casu. Ecce quantū ꝓficere possit q crebri⁹ cōicat. Ad hūc modū Chrysostom⁹, Cyprian⁹, Ambrosi⁹, Hieronym⁹, Augustin⁹, & cæteri pr̄es, q crebri⁹ & ardēti⁹ huic sacro cōmunicabāt, ꝓfecerunt in omni pietatis genere. Nec illi solum, sed & recētiores quoq̄, Beda, Bernardus, Albertus, Thomas Bonauētura, & reliqui, quorū ingēs est numerus, hi omnes hause rūt grām spūs: hic, scripturarū ītellectū: hic, uitę sanctimoniā: hic, mores ꝓbatissimos: hic, pietatis fructū: hic amoris ardorem erga Chr̄m & ꝓximū: hic, deuotōis gustū & feruorem: hic, didicerunt

Supr. in ꝓlo. 2. libri N.

Effectus saluberrimus eucharistiæ

mūdi

mundi cõtẽnere uanitates, carnis desideria reprimere, ambitõis laq os rũpere, & ꝓprias deniq; relinq̃re uoluptates Et sanè si quis attẽte consideret ꝓfectus & lapsus atq; reformatões, quæ sæpius in ecclesia cõtigerũt, comperiet: lapsuum quidẽ causam fuisse neglectũ & abusum huius sacramẽti: cotra uero, ꝓfectib' & reformatõibus semp fidelẽ cultum & deuotã eiusdẽ sacramẽti frequẽtationẽ ꝓ fuisse magnope. Sic eñ ab ipsis primis cunabulis ecclesia ꝓfecit.

Acto. 2 Nam in Actis tradit, ꝙ erant oẽs pseuerantes in doctrina Aplorꝝ, & in cõicatione fractionis panis & orõnib'. Profuit certe plurimũ doctrina uerbi, sed ea sine cæteris duabus friguit tandẽ, ut & quotidie fieri cernimus. Accedat auditioni uerbi p̃catio crebrior, at pia sacri huius frequẽtatio, & fieri nõ pt, qn maxim' ex eis enascat fructus pietatis. Ex his ꝓfecto manauit tãta martyrꝝ constãtia, ut quũ ĩebriati fuissent hoc sanguĩe, nihil (ut & Cyprian' testat) trepidabãt suum uicissim ꝓ Chro sanguinẽ fundere. Verꝝ ea psecutiõe tandẽ cessante, & post hæreticorꝝ impugnationes ecclesiis pace reddita, sensim inualuerunt ea mala, quæ ex infrugifero otio suppullulare solẽt, adeo ut bona Chrianorꝝ pars ad luxum & pristinos gẽtilium mores fœde collapsa sit. Misertus itaq; tandẽ ecclesiæ suę deus, uiros quosdã spũ plenos excitauit, & duos p̃sertim, nẽpe Frãciscum & Dominicũ, duarꝝ ingentiũ familiarꝝ patrarchas. Porrò quantus fuisset utriusq; feruor & ardẽs studiũ erga sacrm istud, ex eorꝝ uitis & scriptis intelligi põt, Neq; me pudebit hoc Francisci testimoniũ citare, quanq̃ sciam apud supciliosos istos, qui sibi solis eruditionem & lrarꝝ notitiã uendicãt, eum ob sermõis ruditatẽ contẽptui fore. Ego tñ, quantũ ad hoc negotiũ attinet, pluris ipsius Frãcisci testimoniũ facio, q̃ oẽs lras & argutissima sophismata nri aduersarij: Attẽdo sanè, q̃ fuerat ille Chro charissimus, q̃ in tota sua cõuersatione spectabilis, q̃ creber in cõtemplatione, quantũ deniq;, adiutore Chro, in dilatãda p orbẽ tã numerosa familia ꝓfecerit. Is igit in admonitõibus suis ad frẽs ita loquit: Oẽs qui uiderũt dñm Iesum Chrm scdm humanitatẽ & nõ scdm deitatẽ, damnati sunt. Quare oẽs qui uidẽt sacrm, qđ sacrificat per uerba dñi sup altare, p manus sacerdotis, in forma panis & uini, & non uidẽt eũ nec credũt scdm spm & deitatẽ, ꝙ sit ueraciter ibi sanctissimũ corpus & sanguis dñi nri Iesu Chri, dãnati sunt, ipso summo altissimo attestante, qui ait:

Ad pietatem conducentia.

Beati Francisci testimonium de eucharistia.

Hoc

Hoc est corpus meũ, & sanguis noui testamẽti &c. Hæc beatus il le pr. Cuius fidei pariter & studij, p̃sertim erga sacr̃m istud, fuerat Dñicus, qui & ipse non pusillæ familiæ, neq; minimũ habẽtis suc cessum, institutor fuerat. Is tãta & tã ardenti flagrabat erga sacr̃m istud deuotione, ut frequenter dum corpus dñi leuaret in tãto mẽ tis rapiebat excessu, atq; si Christum ibidẽ incarnatũ conspexisset. Et quũ nonnunq̃ futurus esset alicuius miraculi minister, ut & sa nè pluribus choruscabat, libẽter ante participare mysterijs istis cõ sueuit, quẽadmodũ in eius uita tradit. Nã quum nobilissimus qui dam adolescens, cui Neapuleoni nomen erat, ex æquo lapsus esset & fato functus, ab amicis eius Dominicus orabat quatenus eundẽ iam uita functũ, suis p̃cibus deo cõmendaret. Continuo petijt, ut altare sibi pararet, p sacris faciũdis. Quũ itaq; uir sanct' hostiã saluta rem immolaret, stillabãt p ora lachrymæ, & dum Chri corpus san ctissimis teneret manibus, repentè ad unius cubiti altitudinẽ à ter ra subleuat, ita ut q aderant plurimũ admirarent. Celebrata missa, ptinus in cubiculũ se recepit, aliquot eum sequentib' Cardinalib'. Nam hi tunc forte fortuna affuerãt. Accedit ad exanime corpus cuius membra conquassata singula suis locis reposuit, & facta salu taris signi impressione defuncti manũ app̃hendens, magna uoce clamauit, dicens: Te suscitat Neapuleon dñs noster Iesus Chr̃us, atq; ita cõtinenter surrexit iuuenis ille. Vides ergo lector ex his, q̃n tam fidem hi duo patriarchæ repositã in his mysterijs habebãt, & quãtus pfectus eos in cunctis eoꝝ opibus comitabat. At inquiẽs Iam nihilomin' in eoꝝ familijs deuotio tepuit. Quid tum? An nõ & in eã religionem, quã ipse Chr̃us instituit, paulatim surrepsit te por quoq;? Sũt pleriq; mali in his familijs, nõ inficior, & adhuc & pios & sanctos in eisdẽ cõplures esse non dubito. Mihi pfecto p suasissimum est, in illis conuentib' ubi pure & syncere cum sacra le ctione deuotaq; p̃catõe diuinis istis mysterijs assuefaciunt sese, ma gnum pietatis & religiõis exoriri quotidie fructũ, sicut in alijs ubi negligunt ista, uel nõ deuote exercent, nihil bõnæ frugis expecta ri posse. Id qd ad nr̃m institutũ abũde sufficit. Palã est igit ex maxi mo fructu spũs, quẽ generatim cõsecuti sunt oẽs, qui sacr̃m istud ingenti fide & deuotõe frequentabãt, corporis & sanguinis Chri sti ueritatem in eodem contineri.

Mat. 26
Luc. 22
Beati Domi nici testimo nium de eu charistia

Beat' Domi nicus celebra uit missaz an te miracula.

Multi adhuc boni in cœno bijs reperiun tur

¶Corroboratio decima.

¶His qui pperã de hoc senserũt, infęliciter successit.

K SIcut hi qui firma fide frequenter eucharistiæ fiunt participes,
I. Cor. ij pficiunt in omĩ pietate, ita qui min⁹ digne, uel credũt, uel utũtur ea, nullo non impietatis genere contaminant. Quæ res quum in alijs compluribus, tum in ipsa pessima Manichæorũ secta, de qbus Augustinus libro de hęresibus tradit, quæ referre puderet, nisi ut palàm fiat in quàm horrenda præcipitia labi sinant hi, qui recta fide carent huius tanti sacramenti. Sic enim scribit ad quendam ex amicis, q dictus erat quod uult deus. Detecti sunt in ecclesia (sicuti scis) apd̃ Carthaginẽ, iã te ibi diacono cõstituto qñ instãte Urso tribuno, qui tunc domui regiæ præfuit, aliq adducti sunt, ubi puella illa, nomine Margarita, istam nefariam turpitudinem pdidit. Quę cum esset annorũ nondum duodecim ppter hoc scelestum mysterium se dicebat esse uiolatã. Tunc Eusebiã quandã Manichæam quasi sanctimonialem, idipsum ppter hoc ipsum passam, uix compulit confiteri. Cum primũ illa se asseruisset integrã, atq; ab obstetrice inspici postulasset: quę inspecta & quid esset inuẽta totũ illud turpissimũ scelus: ubi ad excipiendũ & cõmiscendũ cõcumbentiũ semen farina substernit, qd̃ Margarita indicãte absens nõ udierat silr̃ indicauit & recẽti tpe nõnulli eorũ reperti & ad ecclesiã ducti: sicut gesta epãlia, quæ nobis misisti, oñdunt. Hactenus Augustinus. Ubi uides lector, q̃ execrandus fuerat horũ hæreticorũ lapsus ppter inopiã fidei de tanto sacro, recensuimus & sub corroboratione quinta de Messalianis hæreticis, ex historia tripartita, qui à qbusdam ευχήτας uocant, hoc est orantes, ab alijs uero ἐνθουσιασαί, hoc est afflati & diuini. Afflabant eñi post aliquantũ tpis initiationis suæ à dæmone quopiam, cuius instinctum sequunt, & eius mot⁹ pñtiã sancti spũs arbitrant. Hi dicebãt eucharistiã neq; pdesse quicq̃ neq; lædere. Opationẽ manuũ uelut rem malã auersant, somnoq; semetipsos tradũt, & somniorũ phãtasias pphetias appellãt. Sen ex quidã illius sectæ pulchris uerbis Antiochæni psulis allect⁹, omẽ uenenũ, qd̃ in corde pridẽ celabat, euomuit. Dixit itaq; nullã prorsus utilitatem ex sancto baptismate baptizatis accedere. Interrogatus uero qũo spm̃ contrariũ recedere & g̃ram sancti spũs accedere crederet, respondit, Per solã studiosam orationem, inhabitan

Supra eod. E in principio.

bitan

bitantem dæmonem effugari posse, tantum scilicet orōni tribuens quantum Lutherani tribuunt fidei. Iam effugato dæmone, uenire spm̄ sanctū, & sensibiliter ac uisibiliter affirmauit eum suā designare pn̄tiam, p quem & corpus à passionibus quibuslibet & animam à mala uoluntate liberare contendebat, neq; deinceps egere ieiunio macerāte corpus, neq; doctrina refrenante, & pgredi ordinate edocente. Pollicitus fuit & sectatoribus suis apertā in hac uita futuroꝝ prænotionem, & sanctæ trinitatis clarā uisionem. Ecce quibus mendacijs, & erroribus inuoluti fuerāt, per spm̄ erroris & nequitiæ. De Albagensibus quid dicā qui & sacramentum corpis ac sanguinis Chr̄i blasphemarunt? Historijs uarijs pditum est, q̄ abominādā uitā duxerint, & in q̄ nepharios icīderint errores, q́q; p eos innumera plebis multitudo corrupta fuisset, de qbus tādē & ultio tanta sumpta fuerat, ut uno die perempti sint ex eis. 60. milia pugnatoꝝ. Wiclefistæ siłr & Beguini, qui de sacro isto puersas & om̄ino diuersas, à totius ecclesiæ sn̄ia, tenuerant opiniones, haud facile dici potest, q̄ infeliciter perierint, & tā in hac uita tēporarios q̄ in futura ppetuos sustinebūt cruciatus. Memoriæ quinetiā pditū est in uita sancti Syri epi, q quū ipse fecisset sacra, Iudęus quidā inter Chr̄ianos ad cōionem accessit, ut sacrā sumptā eucharistiā, pbris afficeret. Sed ptinus ut eam ore suscepit, clamoribus diris se ignem ore accepisse diceret, cruciatusq; se passum ardentissimos testabat. Sed quia prolixum esset de cæteris qui neq; numerari possent loqui, cum Cypriani sn̄ia uice coronidis cōcludemus. Is enim ubi diuinas ultiones memorasset, quæ cōtigerunt indigne tractāti bus corpis & sanguinis dn̄i sacra, subdit. Q̄ multi quotidie immūdis spiritibus adimplent, q̄ multi usq; ad insaniā mentis excordes, dementiæ furore quatiunt. Nec necesse est ire p exitus singuloꝝ, quum p orbis multiformes ruinas, tam delictoꝝ pœna sit uaria, q̄ delinquentium multitudo numerosa. Hæc Cyprianus.

Albagensiuз malicia.

Supr. eod. H

Cyprian⁹. de indigne corpus Christi tractantibus.

¶ Corroboratio vndecima.

¶ Hostes hui⁹ sacramēti nullas p se claras hn̄t scripturas.

NVllum ex scripturis afferre testimoniū hæretici queūt, quo pbent in euchatistia non esse corpus Chr̄i. Neq; em̄ id cōficiunt illæ scripturæ, quæ testantur Christum corpaliter in cœlū ascēdisse, quandoquidē om̄ipotentiæ suæ neutiq̄ repugnat

L

Corpus idem in pluribus locis simul

efficere, ut corpus idem sit in locis pluribus. At præter illas, nullas omnino queunt alias afferre. Verbis utiq; Chri uim afferunt, sua infarciẽtes, quibus ad aliũ detorqueãt sensum. Nã ubi Chrus simpliciter enunciauit, dicens: Hoc est corpus meũ. (Quæ uerba sunt adeo dilucida, ut nullus in eis scrupus esse possit) Illi tñ interptant, p est, significat: & p corpus, figurã corpis. Q, si liceat ad hunc modum scripturas interpretari, q s non pspicit quemuis hęreticũ quãcunq; uelit hæresim facillime tutari posse. Sed aiunt Paulum simili tropo dixisse: Petra aũt erat Chrus: ubi docẽt, uel per erat, oportere uerbum significabat intelligere, uel p Chrm, figurã Chri. Verum ut largiamur eis hoc loco tropũ esse, quanq̃ & hic nullũ subesse tropũ secũdo libro mõstrauim' nõ, ppter illud cõtinuo sequit, ꝙ in illis Chri uerbis aliquis erit tropus. Sed de his pluribus infra disputabimus. Nunc aũt ista non aliter memoramus, nisi ut lector intelligat, hæreticos istos nullis hæresim suã fulciri posse scripturaꝝ testimonĳs, quũ nostra, hoc est, cõis totius ecclesiæ snia, pluribus muniat, & eisdem efficacibus. Sed neq; uerba Chri detorquemus, ut illi paꝝ pudenter faciunt, sed ut simpliciter enunciant, ita simpliciter interpretamur, iuxta canonẽ Hilarĳ, quem lib. de trinitate tradit. Optimus (inquit) lector est, qui dictoꝝ intelligentiã expectet ex dictis, potius, q̃ iponat, & retulerit magisq̃ attulerit, neq; cogat id uideri dictis cõtineri, quod ante lectionem psumpserit intelligendũ. Huic certe canoni palàm cõtrauenit Oecolampadius, intermiscens alia q̃ dixerat Chrus, imò quæ ne cogitarat quidem Chrus palàm enunciauit ad hunc modũ: Hoc est corpus meũ, nõ ita, hoc significat corpus meũ, neq; sic, hoc est figura corpis mei. Quisquis em sic interpretat, non refert simpliciter ipsa Chri uerba, sed affert & intermiscet aliena, quemadmodũ & isti miseri faciunt, totius etiã huius uniuersi, si liceret, ordinem euersuri. Sic em & Hilarius. 3. de trini. lib. de illis asserit. In ipsam (inquit) ueritatẽ infidelitas nostra, pcurrit & uiolenti in excidiũ dei ptãtis irrumpimus. Si liceret, & corpa & manus in cœlũ leuaremus: solẽ, astraq; cætera annui cursus suis limitibus pturbaremus: pmisceremus discessus oceani & accessus, fluenta etiã fontiũ inhiberemus, & naturas fluminũ refrenaremus, cõcuteremus fundamẽta terræ, & toto in hęc opera dei parricidio desęuiremus. Sed bene est, ꝙ nos intra hanc mode-

Su. li. 2. c. j. A.

Canõ Hilarĳ

Matth. 26

Lucæ. 22

Hilarius

modestiæ necessitem, natura corporũ detinet. Certe nõ fallim⁹ q̃d si liceret, essemus acturi. Hæc ꝑpter hæreticos dixit Hilarius, qui diuinis abutunt̃ scripturis, & suo sensui potius credunt, q̃ ipsius dei uerbis. Et ꝑfecto nõ aliud habet Oecolãpadius, quo suã hæresim tueat̃, nisi ꝙ difficilia quædã & absurda sensui consequerent̃, si dixerimus in eucharistia uerꝫ esse corpus Chr̃i. Ceterꝫ id lector diiudicet, an æquũ fuerit nõ credere uerbis dei, ꝑpter ea quæ ratio nostra non capit, neqꝫ uiribus ingenij ualemus ipsi comp̃hendere.

¶ Corroboratio duodecima.

¶ Nullius orthodoxi solidũ afferũt testimoniũ.

NVllus unq̃ orthodoxus aut scripsit aut docuit, non contineri uerꝫ Chr̃i corpus in eucharistia. Cert⁹ esto lector, neminẽ unquã, qui ꝑ uere orthodoxo fuisset habitus, ꝑducet Oecolãpadius, qui negauerit, hic sub uelamine panis opertũ esse corp⁹ Chr̃i. At unde id nouerim quæris? Dicã, partim certe ex mirifico eorꝫ quos legi consensu (& legi sanè plurimos) partim ex eo, ꝙ ad hũc usqꝫ diem nemo ex orthodoxis accusatus fuit sup̱ ea re. Nec defuissent ꝑfecto accusatores, si quisquã eiusmõi repertus esset, q̃ rem hãc adeo receptissimã suis dãnasset scriptis. Vides in rebus longe minoris momenti non fuisse prætermissum, si quid aberratũ esset à scopo ueritatis Cyprianus em̃, qui docuit rebaptizãdos eos qui fuissent ab hæreticis ante baptizati, in ius ꝑpterea uocat̃ à multis. Et quæ de Petro Hieronymus uisus est haud recte tradidisse, non silentio p̃tereũdum censuit Augustin⁹. Quãobrem si de hoc sacro oĩm augustissimo, quisquã aliter, aut scripsisset, aut docuisset, q̃ orthodoxa tradidisset ecclesia, fuisset haud dubie notatus à cæteris, & ceu reus hæreseos ab orthodoxis fuisset habitus, Adde in tanto scriptorꝫ numero, quum tot essent qui rem hãc tã aperte pridẽ asseruissent, si quispiã orthodoxus aliter sensisset aut credidisset rẽ habere sese, ꝑduxisset saltem hoc negotiũ in quæstionẽ & cõtrouersiã, ut si quicq̃ ambiguitatis in ea re fuisset, id exactius ab eruditis discuteret̃, atqꝫ ita ueritas appareret. At nihil eiusmodi factũ unq̃ ab orthodoxo q̃uis legim⁹. Ab hæreticis uero nõ semel audiuim⁹. Verꝫ hi cõfestim à gñalibus synodis ad hoc ip̃m ex toto Christianismo cõgregatis accersiebant̃, & ꝑtin⁹ ut auditi fuissent, unanimi p̃rm decreto cõdemnabant̃, & abiurare cõpulsi sunt sua pestifera dogmata.

M.

Cyprian⁹ de rebaptizatione male sentijt.

¶ Corroboratio decimatertia.

¶ Miracula nulla nullasve reuelationes adducere queunt.

N QVi sic mordicus negant ueritatem corpis & sanguinis in eucharistia, nec uno quidem aut miraculo, aut reuelatione sententiã suã comprobare queunt, quum tamen à nobis & miraculis & reuelationibus innumeris ipsa ueritas confirmet. Sed & illi, ut nihil eis obsistãt miracula, breui compendio uel ea fieri negãt uel si facta sint p̃stigijs dæmonum ascribunt. Cæterū Augustinus memorat suis temporibus miracula complura dei uirtute fuisse patrata. Scribit & Hieronymus carpens Vigilantium, q̄ is aduersabat miraculis. Argumentat (inquit) contra signa atq; uirtutes, quæ in Basilicis martyrū fiunt, & dicit eas incredulis prodesse non credentibus, quasi nunc hoc quærat, quibus fiant, & non qua uirtute fiant. Esto signa sint infidelium, qui quoniã sermoni & doctrinæ credere noluerunt, signis adducant ad fidem: & dominus incredulis signa faciebat, & tamen non idcirco dñi suggillanda sunt signa, quia illi infideles erãt, sed maiori admirationi erunt, quia tãtæ fuere potentiæ, ut etiã mentes durissimas edomarent, & ad fidem cogerent. Itaq; nolo mihi dicas, signa infidelium sunt, sed responde quomodo in uilissimo puluere & fauilla, nescio qua tãta sit signorū uirtutumq; p̃ntia. Sentio sentio infęlicissime mortalium, quid doleas, q̃d timeas. Spũs iste immũdus, qui hæc te cogit scribere, sæpe hoc uilissimo tortus est puluere, imò hodieq; torquet, & qui in te plagas dissimulat, in cęteris confitet. Nisi forte in morem gentiliũ, impiorūq; Porphyrij & Eunonij has p̃stigias dæmonum esse confingas, & non uere clamare dæmones, sed sua simulare tormenta. Hæc Hieronymus. Vides hic lector, uera miracula fieri nonnunq̃ ad mortua sanctorū ossa, carnesq; redactas in puluerē & fauillã. Q̄ si corpora seruorū suorū iam in monumentis quiescentia, tametsi uitæ, pariter & spũs expertia sint, deus huiusmodi miraculis honorare studuit, quanto magis existimabimus eum filij sui corpus in eucharistia, non iam mortuum, sed ipsi uitæ coniunctum, hoc est uerbo quo uiuunt oĩa talibus miraculis glorificari uelle. Profecto qui id negãt nõ gentilibus modo, & impijs ipsis Porphyrio atq; Eunomio deteriores sunt: uerū etiã cum blasphemantibus ipsis Iudæis, in spm̃ sanctũ grauissime peccant: nimirū quum ea dæmonibus

Miraculis detrahunt hæretici.

Hieronymus contra Vigilantiũ de miraculis.

Porphyrij & Eunomij error.

Miracula fiunt ad gloriam corporis Christi.

nibus impuris tribuant, quæ ab ipso spiritu sancto proficiscuntur. Nam sicut malignissimi Iudæi, quum Chr̄m uidissent, tot miraculis doctrinam suam corroborasse, quorum nec minimū ipsi p̄stare ualebant, confestim ea principi dæmoniorum ascripserunt. Sic & hæretici isti, quum satis p̄spiciāt se nullum posse miraculum in sui dogmatis testimonium p̄ducere, maliciose conatur omnia miracula in suspicionem adducere, tanq̄ dæmonum præstigijs, non dei spiritu patrata sint. Hoc ipsum similiter & pari stropha de reuelationibus faciunt, quæ sanctissimis utriusq; sexus hominibus diuinitus ostensæ sunt, eas à prauis spiritibus immitti contendunt: quæ dubio procul, aut à bonis angelis, aut ab ipso sacro spiritu monstratæ sunt pijs, sed harum blasphemiarum, quemadmodum Christus docuit, neq; in hoc seculo neq; in futuro remissionem unquàm consequent. Intelligis ergo lector, quanta sit hæreticorum istorum malignissima cæcitas, & cæca malignitas, q̄ quum pro nostra parte tot modis testificetur deus, nempe ex scripturis sacris, amoris imme̅sitate, consensu patrum, pollicitationibus ueracissimis, sanctissimis synodis, miraculis euidentibus, reuelationibus clarissimis, ipsi scripturis abutunt, non mouent amoris immensitate, consensum patrum floccifaciunt, pollicitationes minime ponderāt, sanctissimas synodos cōtemnunt, deprauāt miracula, reuelatōes irrident. Neq; tn̄ quicq̄ quod solidæ p̄bationis pōdus habeat, afferre queūt. Tm̄ dicunt, absurdū esse, nec ullo sensu rōneq; dep̄hendi posse, q̄ in eucharistia uerum Chr̄i corpus sit. At qd mirum si rōnis & sensu nr̄i captū exuperet tam augustissimū mysteriū, quando neq; minime creaturæ dei rōnem exactā comp̄hendere possumus. Sic em̄ sapientissimus ipse testatur in Ecclesiaste dicens: Et intellexi q̄ omniū operum dei nullam possit homo inuenire rationē, & quanto plus laborauerit ad inueniendum, tanto minus inueniat. Etiā si dixerit sapiens se nosse non poterit reperire. Si non possum⁹ igit alicuius infimę creaturæ rationē exacte cōprehendere, cui mirum erit, si in archanissimis mysterijs cæcutiamus. Neq; em̄ par est ut imbecillitas uirium nostrarum, aut obtusitas ingenij nostri, potentissimus ipsius Christi uerbis fidem abroget, quum eius uerbo creata sunt omnia, quūq; nihil eius potentiæ factu credendum sit impossibile, quod aut ipse fieri uelit aut futurum esse decreuerit.

Mat. 12. Luc. 12 Epilogus

Credenda rationem superant. Eccle. 8.

¶ Corroboratio decimaquarta.

¶ Dissidētes a cōi toti⁹ ecclesie fide, mutuo se iugulāt.

O ET hæc certe nō mediocriter, quemq́ꝫ uere Christianū constabilire potest, in huius sacramenti fide, hoc est, ut firmiter constanterq́ꝫ credat, sicut ecclesia tot seculis iam pteritis docuit, & adhuc docet quotidie. Non utiqꝫ recenter inuentū fuit hoc dogma, sicut quidā insimulant. Neqꝫ em̄ recēs author est Chrysostomus, qui tn̄ apertissime docuit suo tpe substātiā panis absumi confecto sacr̄o. Num uides (inquit) panem? num uinū? num sicut reliqui cibi in secessum uadunt? Absit, ne sic cogites. Quemadmodū enim si cæra igni adhibita illi assimilat̃, nihil substātiæ remanet, nihil superfluit, Sic & puta mysteria consumi à corporis substātia. Adde qđ idem sæpius testat̃, panem & uinum in carnem & sanguinem Chr̄i, nunc mutari, nunc transmutari. Hæc diximus, ut nemini uideat̃ ecclesię dogma recens, de panis (ut uocāt) trāsubstātiatione q̄nquidem & ueteres ipsi palàm id testabātur. Sed iam uideamus, quem in modū hi qui reluctātur huic dogmati, mutuo seipsos interimunt. Duo sunt in primis quæ docet ecclesia de hoc sacr̄o credi debere. Alterꝫ, ꝙ hic uerꝫ Chr̄i corpus, & uerus eius sanguis, uirtute uerborꝫ Chr̄i, iam adsint. Alterꝫ ꝙ panis & uinū, quātum ad substātias suas hic esse desierint. Lutherus quidem & sectatores ei⁹ priorem partem solide tuent̃, & docent nimirꝫ è scripturis, eā necessario sequi, posteriorem uero negāt, imò substātiā panis constāter asserunt in eucharistia manere, panem hunc asserentes esse corpus istud. Ceterꝫ Oecolāpadius cum suis, qui nec pauci sunt, affirmāt ipsius panis manere substātiā, at negāt hic ullo pacto corpus esse Christi. Sed neqꝫ si adesset fieri posse, ut hic panis sit hoc corpus. Adducunt & hi pro hac parte solidissimas rationes, quæ meo iudicio, solui à nemine possunt. Docēt em̄ nulla ratiōe fieri posse, ut indiuiduū panis, sit illud indiuiduū corporis Chr̄i, aut ꝙ hęc substātia panis, sit illa substātia corporis. Quibus haud dubie ratiōib⁹ Lutherꝫ & sectatores eius confodiunt, quatenus ipse cōtendit manere panis substantiā, & hunc panē, nempe demōstrato pane materiali, uere esse ip̄m Chr̄i corp⁹. Lutherus cōtra, ꝓ p̄sentia corpis irreuincibiles affert scripturas, qbus & firmissime colligit, ibi uerꝫ corpus & uerꝫ Christi sanguinē esse, quibus ꝓcul dubio sententiā Oeco-

Chrisostomi sententia de eucharistia

Hereticorum controuersia

Lutheranorū sententia de eucharistia

Oecolampadij sententia contra Lutheranos

Lutherus cōtra Oecolampadium.

Oecolampadianorum subruit funditus, quatenus ipsi negant carnis ueritatem in eo sacramẽto. Quod si iuxta Lutheranos uerissime collectum sit, ex sacris ipsis lr̃is ueram corporis & sanguinis Chr̃i p̃sentiam in hoc sacramento realiter haberi: & rursum per Oecolampadianos uere probatum sit, hunc panem materialem non esse ipsum corpus Chr̃i, neque materiale uinum istud, ipsum sanguinem esse Chr̃i quis iam non uidet utrosque suis gladijs & seipsos mutuo iugulasse, & communem ecclesiæ sententiam corroborasse mirifice. Nam si quod Chr̃us pronunciabat, dicens: Hoc est corpus meum, quis pro nomen hoc, hunc panem interp̃tatus, & per corpus, corporis ipsius ueritatem accipiens, ipsum axioma falsum reddiderit, quemadmodũ & Oecolampadius robustissime collegit. Et si rursum accipiendo corpus, pro sola figura corporis, falsum itẽ effecerit, uti Lutherus apertissime probat. Nunquid non ex utriusque comprobatione dilucide consequitur, uerissimam esse communem ecclesię sententiã, quæ negat manere substantiam panis, sed eam asserit penitus in Chr̃i corpus mutatã esse, & uini substantiã similiter in Chr̃i sanguinẽ? Quã rem & apertissime Chrysostomus testatur Homilia. 83. super Matthęum, dicens: Non sunt humanæ uirtutis opera quæ Chr̃us in illa cœna confecit. Ipse nunc quoque operatur, ipse perficit. Nos ministrorum tenemus ordinem, qui uero hæc sanctificat & transmutat, ipse est. Similibus itidem uerbis idem utitur ad populum Antiochænum, Bernardo Brixiano interprete, Homilia sexagesima. Sed & in canone missæ, quo idem usus est, ita precatur, inquiens: Offerimus tibi rationabilem hanc & immaculabilem Latrian, & rogamus atque obsecramus & supplicamus, mittas sp̃m tuũ sanctũ in nos, & super hæc proposita munera, & fac quidẽ hũc panẽ p̃ciosum corpus Chr̃i tui. & poculũ hoc p̃ciosum sanguinẽ Chr̃i tui transmutas ip̃a spũ sancto tuo. Nec te moueat lector, quod dixerit, fac panẽ hunc p̃ciosum corpus Chr̃i, & poculũ hoc, p̃ciosum sanguinẽ Chr̃i, quasi panis & uinũ maneant, sed respice potius ad id quod sequitur, quo mentẽ suã aperit & declarat, quum dicit transmutans ipsa spũ sancto tuo. Sic ergo panẽ factũ corpus intelligit, quod ipse trãsmutetur in corpus, sicut in superioribus locis ex eodẽ à nobis ante citatis liquet apertissime. Nõ manet itaque substãtia panis, sed in corpus Chr̃i trãsmutatur, & uinũ pariter in sanguinẽ ipsius. Porrò Chrysostomi missam grę ce scriptam, &

Pulcherrima recollectio

Communis ecclesię sentẽtia

Chrysostomus de eucharistia

Lib. j. cap. 29 A, B, C. Lib. 2. cap. 17. A, B, C, D, ca. 18 & cap. 30

Missa Chrysostomi & Basilij.

ptam, & in latinum sermonem traductã, Erasmus ante sedecim annos iam p̃teritos mihi dono dedit, qñ nulla fuerat huius cõtrouersiæ suspitio. Sed & libellũ aliũ, in quo tam Chrysostomi missa, q̃ etiã Basilij grece cõtinet, Reuerendus pr̃ ep̃us Londoniensis mihi cõicauit. In hoc etiã haud lõgè dissilib⁹ uerbis Basilius utit, dicẽs: Oramus & obsecramus sancte sancte, ut ueniat sp̃us sanctus beneplacitæ bonitatis tuæ sup nos & sup hæc ꝓposita munera, & bñdicat ea, sanctificet, & faciat panẽ quidẽ hunc, ip̃m p̃ciosum corpus dñi, & dei nr̃i Iesu Chr̃i Amen, poculũ uero hoc: ipsum p̃ciosum sanguinẽ dñi & dei & seruatoris nr̃i Iesu Chr̃i Amen. Huius missæ Basilij meminit & Damascenus. Sed & Bessario Cardinalis tã Chrysostomi q̃ Basilij missam citat in libello, quẽ scripsit de eucharistia. Citat insup & alios duos illis uetustiores: nẽpe Clementẽ & Iacobũ, ut alibi dicturi sumus. Sed & missa, qua ad hunc usq; diem usa fuit latinoꝝ ecclesia, gręcis cõsentit, quũ & ipsa precet, ut oblatio panis & uini, fiat corpus & sanguis dñi nostri Iesu Chr̃i. Hactenus ꝓ decimaquarta corroboratione. Quisquis igit has corroborationes accuratius expẽderit, pieq; uixerit, mirabor si nõ ꝑsuasissimũ ei fuerit, de ueritate corpis & sanguinis in eucharistia. Sed iam excutiamus & reliqua quæ sequunt, in Oecolampadio.

¶ Finis procemij in tertium librum.

IOHANNIS ROFFENSIS EPISCOPI CONTRA OECOLAMPADIUM DE EUCHARISTIÆ SACRAMENTO, Liber tertius.

¶ Respõdet blasphemię ei⁹ in Christũ, qua dicit eũ ieptijsse ⁊ citra sapiam vllã suũ corpus hic reposuisse. Ca. I.

OECOL. A ROFFEN.



Est & hoc fidelibus auditu graue, si dicunt ꝑ Chr̃m facta, quę sapiam ei⁹ nõ testent, sed frustra, & absq; utilitate cõpareãt. Quõ em̃ ita ineptiret Chr̃us, cuius om̃ia opa in bonitate & sapientia fiunt.

¶ Iam uides lector, Oecolampadiũ nihil ꝓmouisse, aut citatione Tertulliani, aut Chrysostomi, aut Augustini.

Quare

Quare pergamus oportet, & alias nugas, quas affert, refellere. Qđ sanè quantū sit tædij, dici uix pōt. Cæterū hoc tædiū, qñ iam cœpimus, à nobis deuorandū ē. Non uidet Oecolāpadius in hoc ope, Chri sapiam ullā, & quid mirū, quū iam oculis mentis captus sit. At nobis satis est, ꝙ priores patres hoc uiderint, & intellectū huius rei nobis aperte cōmendarint. Sic em̄ Augusti. lib. 17. de ciuitate dei ca. 20. docet. Sapia (inquit) ædificauit sibi domū, & suffulsit colūnas septē, immolauit suas uictimas, miscuit in cratere uinū suū, & parauit mensam suā, misit seruos suos, conuocās cū excellēti ꝑdicatione ad craterē suū, dicēs: Quis est insipiēs, diuertat ad me. Et inopibus sensu dixit: Venite & manducate de panibus meis, & bibite uinum q̊d miscui uobis. Hic certe agnoscimus dei sapiam, hoc est, uerbū pr̄i coæternū, in utero uirginali domū sibi ædificasse, corpus humanū, & huic tanq̄ capiti, mēbra, ecclesiā subiūxisse, martyrū uictimas immolasse, mensam in uino & panibus ꝑparasse, ubi apparet etiā, ad sacerdotiū scđm ordinē Melchisedech, insipiētes & inopes sensu uocasse. Quia sicut dicit Apl̄us: Infirma huius mundi elegit deus, ut cōfunderet fortia. Quibus etiā tñ infirmis q̊d sequit, dicit: Derelinquite insipientiā ut uiuatis, & quærite prudētiā ut habeatis uitā. Participē aūt fieri mensæ illius, ip̄m est incipere habere uitā. Hacten⁹ Aug. Nō ineptijt itaq; Chr̄s, ut tu blasphemas, qñ mēsam hāc instituit, ubi fideles ederent ipsius corp⁹: nimirum ut ita uitæ fierent participes. Vitā aūt illā, solus panis & solū uinū ꝑstare nequeunt. Stupidissimū est ꝓfecto tale quiddā existimare, sed ipsa caro Chr̄i, & sanguis, sub panis & uini speciebus, uitam conferunt his, qui digne suscipiunt.

Sapiēter Christus instituit sacramentum corporis & sanguinis.

I. Cor. I

Iohan. 6

I. Cor. II

B

OECO. Referāt igit, quid agat in pane corp̄alis ꝑsentia, quod absq; illa sacramentum per se non possit? Referāt aliquid, uel ante manducationē, uel in manducatione. Et uideamus primū ante mānducationem, commendetur ne aliquid amplius.

ROF. Abūde tibi rñdēt ipsi pr̄es, & ꝑsertim Irenę⁹, Hilari⁹, Cyrillusq; & Chrysost. ꝙ ꝑ esum hui⁹ cibi, corp̄alr̄ uniamur Chr̄o, id q̊d nob, nō sola fides, neq; dilectio cū fide ꝑstat, sed una cū his corp̄alis mādu catio Chr̄i i eucharistia. Sufficiet hic, unū Cyrilli recēsere, q sic ait, ca. 15. sup Ioh. Cōsyderandū est, nō habitudine solū, q̄ ꝑ charitatē intelligit, Chr̄m in nobis eē: uerū etiā & participatōe naturali.

Esu eucharistiæ unimur Christo.

Cyrillus.

 Nam

Nam quemadmodũ, si quis igne liquefactã cærã, alij cæræ similiter liquefactæ ita miscuerit, ut unũ quid ex utrisq; factũ uideat, sic cõicatione corpis & sanguinis Chri, ipse in nobis est, & nos in ipso. Nõ poterat eñ aliter corruptibilis hęc natura corpis, ad icorruptibilitatẽ & uitã traduci, nisi naturalis uitæ corpus ei cõiungeret. Nõ credis mihi hæc dicẽti, Chro (te obsecro) fidem pbe. Amen amẽ

Iohan. 6 (inquit) dico uobis: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Hactenus Cyrillus, qui & paulo ante pmisit se dictuꝝ ista ex fide prm & ecclesiæ. Tibi uero panis ille, panis duntaxat esse credit, nec in eo qc q̃ esse diuinæ uirtutis, neq; spm sanctũ quicq̃ in eo diuinitus operatũ esse, ut fiat tale sacrm. Quare tua snia consequit, ut nec ante manducationem, nec in ipsa mãducatiõe, panis ille quicq̃ conferat auditoribus tuis. Nos aũt, qui diuinã illic adesse uirtutem, & spm sanctum, p inuisibilem opationem suã diuinitus illic substãtiã panis in Chri carnem uertisse, certo credimus, p ipsam mãducationẽ fidenter edentibus, miꝝ in modũ, eucharistiã pdesse nihil ambigimus.

C OECO. Certe Chrus dedit corpus ad manducandum, nõ ad ostentandũ, uel circũferendũ, uel ad reseruandũ in arcis, dicit eñ: Accipite & comedite, non dicit: Circũferte, oñdite, uel reseruate.

ROF. Nisi rectius calleres dialecticã, satius tibi fuisset eiusmodi libros nunq̃ ædidisse. Pape, qualem hic audimus argumentationem, quæ fit ex meris negatiuis? Non dixit Chrs, circũferte, ideo nõ esse circũferẽdũ. Nec dixit: Ostendite, ideo nõ esse ostendendũ Nec dixit: Reseruate, ideo nõ eẽ reseruandũ. Eiusmodi nugis refertus est totus iste libellus tuus. Hoc saltẽ affirmas, q Chrus dederit corpus suũ ad edendũ. Veꝝ hic te pcor. Quãdo dedit, & quib' uerbis? Certe nõ aliũ exprimes locũ, aut alia uerba, q̃ quib' apud discipulos usus est in cœna. Et tũc nõne etiã ostẽdit aplis ipsis quib' dedit? pfecto. Quid igit? uis credamus potius negatiuæ tuæ, qua struis non dixisse Chrm: Ostendite, q̃ ipsi facto Chri, quo sic ipse fecit: nimiꝝ ostendens corpus suũ aplis. Apage sis hæretice. Si nihil aliud esset q̃ frustulum panis, nõ uideo cur debeat ostẽtari. Sed quũ ibi ueꝝ sit corpus Chri, mun' amplissimũ & augustissimũ, qđ p monimento sui nobis dedit, cur nõ meret ostẽtari, & circũferri, cum omni, quantũ fieri pt, celebritate: quatenus populus magis ac

Matth. 26
Lucæ. 22

Corpus Christi ostendendum est fidelibus

magis

magis excitet ad huius doni uenerationẽ, ardentiusq́ʒ ad fidẽ & ad amorẽ donãti inflammet. Porrò ꝙ negas reseruationẽ à Chro iuberi. Num propterea nõ est laudabile institutũ, ut pro his, q repẽtinis forte morbis corripiẽdi sunt, hoc sacr̃m in promptu habeat, ne sint alioqui sine hoc uiatico saluberrimo discessuri? Vobis utiqʒ, q nullã huic sacro uirtutẽ tribuitis, fuerit satis paucis uerbis, & absqʒ missæ cæremonijs cõem panẽ ipsi morituro p̃bere. Nos uero qui panẽ rite consecratũ, in Chri corpus uerti credimus, cõsecrationẽ illam haudquaq̃ censemus fieri debere, nisi cum honorificis illis missæ cæremonijs, sine quibus indignum est, ut sacramentum tantum unquàm conficiatur.

Corpus Christi reseruandum pro infirmis.

Cæremoniæ sunt in missa seruandæ.

D

OECO. Respondent quidã: Anteq̃ comedamus, accipimus, & anteq̃ accipimus, præsens est. Edi non potest, quod non sumit: nec sumit quod non adest. Vnde quum corpus Christi manducamus, iam antea præsens habuimus.

ROF. Abunde nos respõdimus (opinor) huic friuolę cauillationi tuę, qua contendis nec oñdi, nec reseruari debere sacr̃m istud facile quidem fuerit cuiqʒ leuiculas eiusmodi ratiunculas effingere ac subinde solutões nihilo solidiores afferre, quib⁹ rudes auditores circũueniant, quemadmodũ & ipse nunc moliris. Cauillũ ante ꝓposuisti, mox & solutionẽ affers. Et hãc postremo te facillime posse refellere, iactitas. Et ad hũc modũ fermè, ꝑ uniuersum libellũ tuum nugaris. Sed audiamus q̃ efficaciter illud sis præstiturus.

E

OECO. Atqui facillime refelli poterũt. Accipi eñ dicimus corpus, quõ manducat: & p̃sens esse, quõ accipit: & quia non manducat corpaliter, neq́ʒ accipit, neqʒ adest corporaliter. Sed adest sacramentum corpis, quod dominicũ corpus uocat. Porrò de manducatione paulo post ea latius.

ROF. Hac rõne refellis. Dicis eo mõ corpus manducari, quo accipit, & accipi eo modo quo p̃sens est. Negas aũt p̃sens esse corporaliter. Quare colligis ip̃m corpus, nec edi, nec accipi corpalr. Hæc (si dijs placet) bella confutatio est, ubi nulla p̃ter affirmationẽ tuã & negationẽ, alia probatio reddit. Dicis hoc, & negas illud, & iã abũde uideris tibi cõfutasse. Is profecto refellendi modus, etiam ad unã quãlibet ueritatẽ euertendã, erit facillimus. Cæteꝝ nos hũc refellendi modũ haudquaq̃ putam⁹ ab eruditis esse cõprobãdũ. Illi

uero quibus respondes, ita, è diuerso colligent. Accipi dicim⁹ corpus q̄ mō mādücat. Et p̄sens est ad eum modū, iuxta quē accipit. At manducat (inquit) corpaliter. Quare & accipit, & adest corpaliter. Et huius argumentatōis singulas partes sufficienter muniunt scripturis & p̄rm testimonijs solidis & irrefragabilibus. Quocirca petim⁹, ut ipse doceas aliquo solidiori argumēto, nō illic eē Chr̄m realiter. Nam tuis nudis uerbis minime staturi sumus.

¶ Ex eo quod sacrificiū est, abunde colligit᷑ aliud quiddam esse, q̄ frustulum panis. Cap. II.

OECO. A



Commemorāt aūt & alias rōnes. Primū, ne desit Chr̄ianis sacrificiū uel oblatio. Par̄ eñ eis uideret, pane simplicis creaturę gr̄as agere, & creatorē, ac datorē, sanctificatorē q̄ agnoscere quēadmodū ueterib⁹ morē fuisse cōperimus.

ROF. Ignosce mihi, ferre nō possum has nugas tuas, imò nō nugas, sed impietates & blasphemias horrendissimas. Tu mutuā hāc & dei erga nos, & nr̄am uicissim erga deū gratitudinē extinguere paras. Hoc eñ sacr̄m, ceu fędus q̄ddā īter nos & deū est, quo nos deo cōiungimur, imò incorporamur, q̄dq̄ deū nobis gratiosum, & nos uicissim deo reddit gratissimos. Qua nam in re gratiosiorē se nobis oñdere posset diuina pietas, q̄ q̄ sui filij corpus q̄tidie nobis edendū p̄beat? Et qua uicissim in re, nostrā erga eū gratitudinē efficacius testari queamus, q̄ si corpus hoc ip̄m, illi toto cordis affectu studuerimus offerre. Munerib⁹ utiq̄ placandū esse deū, nō mō lex uetus nos instruit, quū scriptū sit, nō apparebis in cōspectu dñi dei tui uacuus: uer̄ etiā hoc ip̄m, quasi lege quadam naturæ, priscoꝝ animis inditū fuit. An nō Abel & Cayn oblatis muneribus deū sibi conciliandū putauerūt? Nobis igit᷑, ut non deesset munus quod offeramus, Chr̄us in hoc sacr̄o seipsum reliquit, quem uice muneris, & sacrificij loco, iugiter immolaremus. Quo certe munere nihil p̄ri gratius, nihil acceptius, nihil deniq̄ p̄ciosius offerri poterit, quippe q̄d nō est aliud, q̄ quod ipse Chr̄us ei quondā p nobis obtulit in cruce, atq̄ ideo cæteris om̄ibus p̄cellit sacrificijs, tam his quæ legē p̄cesserant, q̄ alijs quæ sub lege unq̄ à quouis hoīm offerebant᷑. Istud quanq̄ sufficienter Augustini testimonio, & eodem apertissimo, paulo ante cōprobauimus, tñ ut istā pertinaciam tuam aliquanto magis contundam, non grauabor & Chryso

Corpus Christi est glutinū amoris.

Deus placādus muneribus Exodi. 23. 34 Gene. 4.

Corpus Christi quod ipse obtulit & nos offerimus.

Chrysostomū recensere, qui sic in posterioris eplæ ad Timotheū cōmentarijs homilia tertia scribit. Volo quidē adijcere planè mirabile: & nolite mirari neq; turbemini. Quid uero istud est? Sacra ipsa oblatio, siue Petr⁹, siue Paulus, siue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadē est, quā dedit Chr̄us ipse discipulis, quamq; sacerdotes modo quoq; cōficiūt. Nihil habet ista q̄ illa minus. Cur id? Quia non hāc sanctificāt homines, sed Christus, qui ante sacrificauerat. Quemadmodū em̄ uerba quę locutus est Christus, eadē sunt quę sacerdotes nunc quoq; pronunciant, ita & oblatio eadem est. Et paulo post: Et hoc igitur Christi corpus, & illud est. Qui aūt hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christū esse qui nunc etiā adest atq; opatur. Hactenus ille. Vbi uides lector Christū adesse, & oblationē hāc sacrificare, in qua & corpus eius ex pane cōficit, & offertur deo. Sed neq; plus offert in ea oblatione maximi meriti sacerdos, q̄ ille qui nullius meriti est. Chrysostom.

B

OECO. Veꝝ nos scientes, finem sacrificijs & oblationibus impositum, docente epistola ad Hebræos, unica oblatione, consummari in perpetuum sanctificatos, asserimus iteꝝ instaurare sacrificia, esse mortem Christi irritare.

ROF. Et unde hoc nosti pditissime? Num eandē eplam nō ante te legerūt uiri, quū eruditione, tum uitæ sanctimonia clarissimi, quibus tu uix dignus es porrigere matulam? Hieronymus inquā, & Hilarius, ac Cyprianus, Ambrosiusq;, & Augustin⁹ ex latinis, ex græcis uero Chrysostomus, Cyrillus, Origenes, & cæteri non paruo numero: qui tamen oīes testantur sacrificari corpus & sanguinē Christi per singulos dies in ecclesia. Neq; ullā illi reluctationem aduerterūt in hac epl'a, quo min⁹ huiusmodi sacrificiū iugiter sit offerendū, quū illis nō diuersum existimet istud, quod in altari, ab eo quod olim fiebat in cruce. Tibi uero (qui nihil aliud q̄ panē & uinum in hoc sacramento contineri putas: ac proinde diuersum esse, qđ utrobiq; offertur, fateare necesse est) ip̄a epl'a manifeste reclamat. Cæteꝝ hoc mihi r̄nde: Alter nostrū haud dubie blasphemus est, aut ego, qui Christū hic sacrificari doceo, aut tu, qui tantā eius benignitatem impie negas. Nō est igitur uterq; nr̄m sanctificatus, illa priori oblatōe semel facta. Qua nā ergo rōne, iam is q nōdū sc̄tificatus est, sc̄tificari queat? Si dixeris p fidē in Chr̄m Iesum.

Corpus Christi sacrificatur quotidie

Ego cer

Ego certe nõ dubito, quin uterq; nostrum in Chrm Iesum credat & tamen certũ est alterũ nostrũ non esse sanctificatũ. Hoc est igit quod pcontor, quo nam modo cõstare poterit quis nostrũ sanctificatus est, & si nondũ sanctificet, qua rõne certus erit de sua sanctificatione. Certũ em est utrũq; nrm in Chrm Iesum credere haudquaq̃ utrũq; sanctificatũ esse. At expectas, ut pbem tibi non sufficere fidẽ in Chrm Iesum, nisi pariter & cætera credideris quæ credit ecclesia catholica. In qua re Cyprianũ audias tractatu aduersus Nouatianum. Cum deo manere nõ possunt, qui esse in ecclesia dei unanimes noluerunt. Ardeãt licet flãmis & ignibus traditi, uel obiecti bestĳs animas suas ponãt, non erit illa fidei corona, sed pœna pfidiæ, nec religiosæ uirtutis exitus gloriosus, sed desperatõis interitus, occidi talis pt, coronari nõ pt. Sic se Chrianũ esse pfitet, quõ & Chrm diabolus sæpe mentit, ipso dño præmonente & dicente.

Fides in Christum sola non sufficit.

Lucæ. 21. Multi uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Chrus, & fallẽt multos. Hæc ille. Credas igit quantũ uelis, nisi etiã redieris ad ecclesiæ unitatem, nihil tibi pderit fides tua. Cæterũ cuiuis orthodoxo, qui de sacramentis recte credit, facile fuerit pcontationi pridẽ factæ rñdere. Nam quisquis ad ecclesiæ redĳt unitatẽ, & suã fidẽ fidei ecclesiæ conformat, huic p hæc sacra sanctificatio ptinus acquirit. Nam quisq; uere cũ ecclesia credens, & rite factus horũ particeps, de sua sanctificatione certus esse poterit, & inter cætera cũ primis p hoc inæstimabile sacrificiũ, q̃ digne resipiscẽtibus, nõ mõ diuina prorsus ira placat, uerũ etiam ingens gratiarũ cumulus præstatur abundantissime.

Sacramenta ecclesiæ sanctificat digne recipientes.

C OECO. In ueteri lege cõtentus erat deus, sola nonnunq̃ grarũ actiõe, etiã si nihil immolandũ adhibitũ fuisset. Quid phibet grarũ actione etiamnum absq; pane deum colere.

ROF. Nõ inficior, quin grarũ actio, ex magno cordis affectu pfecta, semp deo placuit, & adhuc placet etiã alĳs diei horis, qñ sacrificiũ istud nõ offert. Cæterũ uos, qui quicquid agãt homĳes, asseritis haudquaq̃ peccato carere, quẽ in modũ quæso poteritis eẽ certi, q uestrã grarũ actionẽ, peccati fœditate cõmaculatã, acceptabit deus. Per fidẽ dicitis. At ego rursum obĳcio, fidem an habueritis, uobis incertũ esse, eam saltẽ quæ charitate formata sit. Atq; istud etiã, qd dico, uerũ est, licet essetis intra unitatẽ ecclesiæ, Nunc autẽ cum ab

cum ab hac unitate separamini, nō est dubiū, quin fide careatis, neq; sacrificiū ullū quod offertis, acceptū esse deo. Nos uero qui catholicæ ecclesiæ tenemus unitatē, quoties credentes ad hoc sacrosanctū accedimus sacrificiū, quo citra maculā agnus ille innocentissimus deo patri uictimat, nihil dubitamus, quin hæc oblatio & p eam nr̄a gratiarū actio, deo nostro sit complacitura.

Gratiarum actio per eucharistiæ oblationem deo placet.

D

OECO. Et hodie interdū corā deo gratias multo uerius agit ex ecclesia eiectus & excommunicatus, quàm is qui in medio ecclesiæ communicat.

ROF. Fieri qdē p̄t, ut qspiā citra culpā suā, & ex puersitate iudicis aut p errorē iudicis inuicibilē ab ecclia sit eiect⁹. Verū ille, mō nō de fuerit aius, ut si p excōicationē liceret, libēter interesset sacris, atq; interea magno cordis affectu, deo grās agat, non dubito quin particeps fiat eiusdē sacrificij, quod in ecclesia tunc offert. Veruntamē ubi cætera sunt paria, hoc est par uotū, par affectus, par animi puritas, fidesq; & charitas, & cętera id gen⁹, nihil moror asserere eū, q dum hoc summū sacrificiū immolat iam adest, longè magis pmereri, q̄ alium, qui tum abfuerit sua sponte.

Excommunicatus iniuste non priuatur gratia sacrificij.

E

OECO. Gratias quoq; agentibus patribus immolantibusq; legitimas hostias, sufficiebat creditus ille, qui uenturus erat in nomine domini: & nobis nunc utilis est gratiarum actio in pane, si uenisse redemptorem testamur.

ROF. Semp ad hoc diuerticulū fugis, q sacr̄a patrū, nr̄is paria fuissent, id q̊d sæpius ante reuulsimus, & mox plenius reuulsuri sumus. Nostra utiq; salutē & uitā præstāt, illorū nō ita, quū ipsa meræ fuissent umbrę. Tibi igit nihil interest, inter altaris nostri sacrificiū & altariū illorū uictimas: nobis aūt interest incōparabiliter. Nunc em̄ nr̄i sacerdotes salutarē illā offerunt hostiā, quæ in se purissima est, gratissima patri, sufficientissima p delictis oim, q fiunt hui⁹ participes. Hæc est ineffabilis, erga nos hoīes dei charitas, ut q pridē filiū suū, & amantissimū, pariter & amatissimū, ad horrendā crucis mortem p nobis tradidit, idem iā eundē in hoc sacr̄o nobis dedit, quem p condonādis offensis nostris iugiter offeramus.

Supra libr. 2. capit. 29. A. cap. 32. E

Iohan. 3

F

OECO. Qm̄ aūt à dn̄o ipso ritus institutus est, ut p beneficio mortis grās agamus, debem⁹ illū sanctiorē beatiorēq; p̄dicare: unde & ab hoc à doctorib⁹ appellatus ē, sacrificiū laudis & eucharist.

G

Rossen

Prolo.2.libr. H. Eucharistia gratitudinem significat

ROF. Eucharistiã (ut superius dixim⁹ in p̃fatione secũdi libri) Greci dicũt, nõ mõ grãrũ actionẽ: uerũ etiã gratitudinẽ significare, qd uerbũ mihi magis arridet, ob id, ꝙ deo nobiscũ cõe sit. Nã ille nobis ex tã eximij muneris donatiõe, immẽsam in hoc sacro gratitudinẽ oñdit, & nos uicissim illi, ꝑ eiusdẽ muneris iugẽ & deuotã immolationẽ, nostrã gratitudinẽ indicamus, ꝑ quã & euadimus illi q̃ gratissimi. Vester aũt panis, neq; deũ uobis, neq; uos deo reddet unq̃ gratos, Quinimò ꝓpter infidelitatẽ hui⁹ sacramẽti nõ dubito quin illũ ad indignationẽ prouocetis, iramq; uobis & ultionẽ accumuletis in diem iræ & ultionis per iustum iudicium dei.

G OEC. Sed qd opus p̃ñtia eius, ut eũ laudem⁹, & grãs agam⁹, an nõ ut grãs agam⁹, satis est admonitos symbolo dñico, memoria beneficiũ amplecti: cuius meditatio etiã absentissimũ bñfactorẽ rep̃sentat iuisibile corp⁹, ut in pane eẽ asserit, nõ plus ꝓuocabit ad gratiarũ actionẽ, quantũ absens, & in memoria præsens.

Triplici ratione est Christ⁹ in Eucharistia præsens

Prima ratio.

ROF. Ex p̃ñtia eius in hoc sacro palã discere licebit, ꝙ charissimus Chr̃o nr̃o, quũ ipse nr̃i grã seipsum p̃sentẽ exhibeat, q̃d & facit, quũ ob alias, tũ ob tres potissimũ rõnes. Prima qdem est, ut non desit nobis q̃d offeramus, acceptabile sacrificiũ, quo nobis respiciẽtibus, concilatũ & placatũ certo sciam⁹ patrẽ. Et hoc certe tãti & tã excellẽtis est momẽti, ut si nihil aliud eẽt, id uel solũ sufficeret, ut in ei⁹ amorẽ accẽdat gelidissima corda nr̃a. Nã ꝑ hui⁹ oblationẽ, participes euadim⁹ ipsi⁹ sacrificij, q̃d olim ꝓ nobis immolauit in cruce, q̃d certe nõ est aliud ab isto, sed re prorsus idẽ. Illud semel factũ ẽ, ut nos qui ꝑ istud sacrificamur certo cõfidam⁹ nos cõsummationẽ & ꝑfectionẽ illi⁹ q̃dã ten⁹ eẽ cõsecutos. Altera uero ẽ, ut hoc sacr̃m sit nob̃ mutuę dilectõis cõfœderatiuũ, nõ significatiuũ solũ. Significat utiq; spẽs illa panis & uini cõionem charitatis inter Chr̃ianos esse debere, ut sicut ex multitudine granorũ, panis unitas, & ex nuarum multitudine, uini liquor unus ꝓfluit, ita Chr̃ianorũ uniuersa multitudo sibi inuicẽ mutua dilectiõe solidissime cõnectat̃, at uere fiat corpus unũ. Cæterũ qm̃ hanc unionẽ potissimũ p̃stat & efficit unitas capitis: idcirco Chr̃us huius corpis caput p̃sens est in hoc sacramento, ut nõ mõ significet̃ ista cõmunio: uerũ etiã efficaciter p̃stet̃ his, q se digne præparãt. Nam ut à capite nerui suã originem sortiunt̃, quibus tum caput ipsum, membris: tum membra singula

Secunda ratio.

Augustin⁹ de sacramẽtis fidelium. 4. sententiarũ, disti. 8. D.

mutuo

mutuo sibi colligant, sic & ab hoc capite Chr̄o, nerui charitatis dif- fundunt, p̱ huius sacramenti sumptionē, ad singula mēbra, spūsq; Chr̄i transformat, uiuificat, & connectit ea, tam inter se, q̄ ipsi capi ti p̱ esum ipsius corpis & sanguinis illius potationē. Tertia deniq; causa, cur se præsentē Christ⁹ exhibeat in hoc sacr̄o est, ut sit nobis in eo tanq̄ cibus uiuificās & corroborās totū hoīem, dū in hac mi- seriaꝝ ualle peregrinamur, ut in illius escę fortitudine, ualeam⁹ tan dem ad cœlestē illū p̱uenire montē. Nam cib⁹ iste, nō ad siīitudinē cuiuslibet cibi cōis, uertit in substantiā corporis nostri, sed nos ma gis uertit & incorporat Chr̄o: nimiꝝ ut simus unū cum illo substā tialiter, sicut & ille substantialiter unū ē cum patre, & sicut pr̄ fons uitæ, uitā ipsam cōicauit Chr̄o: ita & nobis uita cōmunicet à Chr̄o p̱ esum huius cibi. Sic em̄ & ipse testat̄ in euangelio Iohānis dicēs: Sicut misit me uiuens pater, ita ego uiuo propter patrē, & qui ede- rit me ipse uiuet propter me. At istud (inquis) fides abunde p̄stat. At istud patres ipsi negant, ut sæpe respondeo. Et hæc ex Hilarij sententia dicimus octauo libro de trinitate. Q; si fides posset istud præstare: incertū tn̄ est, an omnes qui se credere putant, habeant talem & tantā fidē quæ sufficiat. Quāobrem ut tolleret̄ omnis scru pus, & ut hac de re certiores redderemur, necesse fuit eiumodi sa- cramentū nobis fuisse donatū. Accedit huc, q̄ nemini tāta cōtigit fides, quin augeri queat, ut tam propter eius argumentū, q̄ p̱pter incremeutū charitatis & gratiæ nunq̄ frustra suscepturus ē hoc sa cramentum, quantacunq; fide quis abundauerit.

Tertia ratio.

Iohan. 6

Fides augeri potest.

Lucæ. 17

¶ Quanquam aduocatus noster apud patrem in cœlo sit Christus, nihil eundem hic offerri prohibet in Eucharistia. Caput. III.



Omniū igit̄ est, qđ hic fingit, mediū quoddā sacrificādi genus, inter grāꝝ actionē & mortē, cui nescio q̄d uoca- bulū imponi debet, quū & somniatores ipsi nullū ipo- (suerint.

OECOL. A

¶ Tot inanibus somnijs caput tuū uexat̄ ut q̄ uerissima sunt nequeas ab insomnijs discernere. Cęteꝝ lector q̄squis uigilāter attent⁹ fuerit, his quę dixim⁹, nō iudicabit (opinor) somniū esse. Sed & q̄ uarijs noībus hoc mysteriū à pr̄ibus cogno minatū sit, p̱pter inexplicabiles diuitias q̄ in eodē cōtegunt̄, in p̄fa- tiōe secūdi libri nunc copiose disseruim⁹, ut nihil op⁹ fuerit eadē re censere.

ROFFEN.

B OECO. Somniāt enī respicientē patrem ad filij in pane p̄sentiam, quam oblatiōis loco ponunt. Quod absq; dubio præiudicat merito passionis, non minus q̄ secundaria immolatio.

Supra libr. 2. cap. 18. G

j. Cor. 11

ROF. Nihil præiudicat alteꝝ sacrificiū alteri: quū re sint unū (ut diximus) & hoc illius rememoratio quędā sit, & (ut Paul⁹ dicit) annuntiatio mortis Chr̄i, donec ueniat. Suffecit qdem illud ꝓ delictis oīnibus. Cæteꝝ quū ob alias rōnes, tum ut eius cōsummatiōis participes fierent: hi qui postea peccauerūt, & ut indubitāter se scirent factos esse participes, institutū fuit hoc sacrificiū: nimiꝝ ut cōpertissimū haberent se ꝑ huius oblationē & esum, uirtutē illius sacrificij & necis Chr̄i fructū esse cōsecutos. Quis enī tam cæc⁹ est, ut nesciat eos q adhuc adulteri sunt, aut fures aut homicidæ carere uita gr̄æ, & nondū his esse cōdonata peccata, nondū sanctificatos esse, nondū participes ipsius esse factos sacrificij, q̊d in cruce ꝓ nobis Chr̄us obtulit: & t n̄ putāt se in Chr̄m credere, paratosq; mori potius q̄ abnegare fidē Chr̄i. Quid igit? ꝑfecto necesse est ut relictis pctis ad ecclesiæ salutaria sacr̄a cōfugiāt, qbus ipsi sanctificati participes euadent illius sacrificij, q̊d in cruce ꝓ cunctis fuerat oblatum. Propter q̊d & Paulus ad Heb. 10. dicit: Unica enī oblatiōe ꝑfectos effecit in ꝑpetuū eos q sanctificant. Ecce non dicit oīes, sed eos q sc̄tificant: nimiꝝ ꝑ eccl̄iæ sacr̄a. Nemo igit usq; adeo scelerat⁹ est, si uelit peccādi animū quantū in se fuerit deponere, & sacramentis ecclesiæ rite dignéq; præparat⁹ cōicare, quin fieri queat particeps fructuū oblatiōis illi⁹ in cruce semel factæ. Quare semꝑ deo gratia, qui nobis eiusmodi reliquit munera, quib⁹ per fidē in eum de salute nostra reddamur indubitati.

Varia ratione institutum est eucharistię sacramētum.

Per sacramenta efficimur participes passionis Christi

C OECO. Præiudicat quoq; & patrocinio sessionis ad dexterā.

Beatus Ambrosius simul fuit in diuersis locis.

ROF. Multa supciliose nobis affirmas, at nihil hoꝝ probas. Adeo stupidos nos existimas oīes, ut nudis tuis uerbis, citra q̄uis ꝓbationē, fidem putes habituros? Ambro. tametsi fuisset corpore mortali, nihil præiudicabat, ut simul esset Mediolani sacra faciens & Turoni item ad beati Martini tunc defuncti sepulturā, Christo cui uirtus infinita est, p̄iudicabit, quo minus in altari queat esse, q̄ iam corpore p̄sens in cœlo sit? At nihil repugnat ꝑfide, quo min⁹ idem corp⁹ duobus locis & localiter ꝑ dei uirtutē simul p̄sens fiat. Quāto minus ipsi corpi Chr̄i repugnabit, ut quū localiter in cœlo sit, si

sit, simul esse possit, etiam in altari sacramentaliter.

OECO. Et quō uerisimile fuerit patrē, gloriæ filij tm̄ zeloten pati gloriā illius in cruce, uel ad dexterā suā obscuratum iri? D

ROF. Doceas pri⁹ oportet Chr̄i gloriā, aut eā quā in cruce meruit, aut qua iam potit ad patris dextrā residens, obscuratū iri, per istud altaris sacrificiū. Illi certe, quib⁹ & saniores & acutiores oculi mentis fuerāt, q̄ tibi, nō mediocrem gloriā accumulari Chr̄o quotidie putant per huius sacrificij iugem oblationem. Gloria Christi est in sacrificio altaris.

OECOL. An non semel peccatum mundi totius expiauit agnus sine macula? E

ROF. Ergo adulter cōfidenter cœlestē speret hæreditatem se consecutuꝝ, etiā cum omnibus adulterijs suis. Veruntn̄ Paulus affirmat Ephesiis, ꝙ omnis scortator, aut immundus, aut auarus, q est simulacroꝝ cultor, nō habet hæreditatē in regno Christi & dei. Sed & nemo nascit̄ absq; originali pc̄tō, à quo nisi ꝑ baptismi sacramentum ablutus fuerit, paꝝ ei profuit mors illius agni. Ephe.5 Ephe.2

OECOL. An non aduocatus & propitiatio est, pro peccatis nostris, mundiq; totius? F

ROF. Est ꝓfecto uerus aduocatus noster apud patrē, & uera ꝓpitiatio ꝓ peccatis nostris, neq; nostris solū, sed & totius mundi, ut Iohānes tradit: Et tn̄ certū est bonā huius mundi partē esse perituirā: nimiꝝ quia nolunt huius aduocatōis & ꝓpitiatōis esse participes. Refugiūt em̄ ea media, quæ præscripsit nobis Christus, quibus illius aduocatōis & propitiatōis fructus nobis cōicaret. Sed fides (inquis) sufficit. At ego uicissim inquio, nō quamlibet sufficere fidem. Et si quædā sufficiat ad initiationē, eadem tamē, si non efficacia sacroꝝ, & pioꝝ operis iuuet, sensim euanescet. Quobrem si Christus aduocatus & propitiatio ꝓ nobis apud patrē sit, nisi tn̄ remedijs illis utamur, quæ nobis nō inutiliter idem instituit: ꝓfecto paꝝ illa propitiatio nobis cōducet. Alioqui q̄d necesse fuerit, aut corpus ieiunijs macerare, aut eleemosynas erogare pauperib⁹, aut (ut Christus monuit) semꝑ orare, aut sacramentis demū expiari, quū ipse pro peccatis nostris, imò totius mundi sit aduocatus & propitiatio. Ego ne sperabo meam precationem apud patrem efficaciorem esse q̄ Christi? Cæteꝝ, ut quis efficaciā ipsius aduocatōis & ꝓpitiatōis retineat, suā ipsius ꝑcationē adhibere necessium ē, 1.Iohan.2 Opera bona expetunt ad salutem Matth.6. Luce.11.12 Lucæ.18.

Sacrificio altaris communicamus passioni Christi

& ea, si tamen ex puro corde cum uera fide prodeat, firmabit in eo propitiationis effectum. Ita similiter & per cõmunionẽ sacrificij altaris, non est dubium: quin fructui mortis Christi cõmunicabit, et illius in cruce facti sacrificij particeps euasurus sit.

G OECO. Iam si est eucharistia, quod dicit: grãs agimus pro peccatis in cruce dimissis, non ut dimittant. Impetrata iam sunt, ꝓ quibus dicunt gratię. Aliud enim est gratias agere, aliud precari apud nos: nam apud Christum fortasse idem fuerit.

In prologo secundi libri

Gratiarum actio pro omnibus beneficijs sit

ROF. Ineptire nunq̃ desinis, neq; nugandi facis unq̃ finẽ: pinde iam argutaris, quasi nihil aliud esset hoc sacramentũ q̃ gratiarũ actio, At quis istud tibi concesserit. Multas utiq; nomenclaturas hoc sacramentũ obtinuit, quarũ nulla totum huius sacramenti suppellectilem, & essentiariã (ut sic dicã) rationẽ nobis explicat. Neq; eñ oportet, ut unaquæq; appellatio cuiusq; rei, ceu diffinitio quædam habeat. Cæterũ hoc uerbum eucharistia, siue gratitudinẽ, siue gratiarũ actionẽ interpreteris, id sibi uult, ꝙ istud sacramentũ (si magnitudinẽ eius quis digne librauerit) ad hoc excitat, ut deo pro tanto munere grat⁹ sit, gratiasq; agat immortales. Nec ista grãrũ actio tãtum ad peccata contrahit: imò se extendit ad omia cõmoda, quę ꝑ uirtutẽ huius sacramenti nobis optimus & benignissimus Iesus conferre destinauit. Stolidas igitur cauillationes istas, quas affers, nullus opinor qui legit, non ridet atq; subsannat.

H OECO. Et si precaremur quoq;, quæ necessitas urgeret, ponere corpus in pane præsens, ut humana desipit infirmitas, & escas inexplebilis ubiq; locat auaritia?

Li. 2. c. 30. D

ROF. Neq; propter solã precationẽ, neq; propter solã gratiarũ actionẽ, necessitas ulla fuit huius sacramenti, sed ꝓpter alia longè maioris momenti emolumenta, de quibus ante dixim⁹ instituebat. Neq; hoc humanę fuerat infirmitatis cõmentũ, ut tua desipit peruersitas, neq; inexplebilis auaritia, quẽadmodũ tu ꝑniciosissime doces, hãc incõparabilẽ escã nobis excogitauit. Quis eñ tã impius ẽ, licet nullũ omino pro hac re fuerit scripturæ sacræ testimoniũ, ut sibi ꝑsuadere possit priores patres uiros eruditõe, grauitate, integritate uitæ consummatissimos, amore pecuniæ fuisse corruptos, ut hæc tã execrãda mendacia nobis fingerent in rebus adeo sacrosanctis? O pestis hoim, q̃ seuera damnatio te manet, nisi resipueris.

Nihil

¶ Nihil aut patris aut Christi glorię derogare, quod is in eucharistia colatur. Ca. IIII.



SVnt alij, qui in sacr̄o compleri dicāt ꝓmissionē, qua dn̄s dicat, futuꝝ se nobiscū usq; ad consummationē seculi atq; ita non paꝝ consolatōis relictū orphanis, scientibus sibi assistere regē & protectorē, cui data ē om̄is ptās cœli & terræ: & ob hoc adesse corpus, qđ monstrent, ornēt & adorent, adorandoq́; glorificent, qua ratione non minuatur, sed augeatur gloria filij. OECO. A

ROF. Vndiq; corradis, si quid imbecillum nancisci queas, qđ ꝓ sacramenti huius corroboratiōe, à quopiā afferē, ut quum illud deieceris, tum ipse uictor uideare. De robustioribus aūt nihil prorsus attingis, sed ad ea conniues penitus, quasi nihil omnino ualidū quisq; attulisset. Cæteꝝ ut pium illoꝝ studiū, q in huius sacramēti cōfirmationē istud ꝓduxerint aliquousq; iuuemus, trutinabimus ipsa uerba. Primū opinor nullus istud mihi negabit, quin ex ītimo quodam amore profecta sint hæc uerba, ꝙq; Christus ex his nobiscum se longè peculiarius futuꝝ intellexisset, q̄ fuerat olim cum Iudæis. Porrò, quantū ad diuinitatē eius spectat, nō est dubiū quin Iudęis affuerat & comitabaē eos, ut Paul' ait, ceu petra spūalis Atq nō est modus alius peculiarior, quo poterit nobis adesse Chr̄us, q̄ in hoc sacr̄o. Nam & hic se nobis præbet, uelut hostiā uiuā, quā offeramus patri, simul & p sumptionē sui, uitæ spm̄ influit cunctis Chr̄i fidelibus, quo transformenē, uiuificenturq́;, & unianē, tum capiti, tum inter se, p inuisibiles quosdā neruos, sed & istā unionē nō significat solum: ueꝝ etiā efficaciter præstat: deniq;, & esca quædā est, quæ loco mannæ succedat nobis, uerā animæ uitā præstās edētibus, & ꝓ tp̄e peregrinatōis huius, nos corroborās, donec peruenerimus ad montem sanctum dei. Et hęc profecto non modo nō mediocriter charitatem nostram accendunt erga Christum: ueꝝ etiam gloriam eius cunctis merito reddunt celeberrimam. Mat. 28 1. Coꝝ. 10 Effectus eucharistiæ

OECOLAM. Vtinam, utinam in gloriam esset filij, & nomen eius non iret in blasphęmiam. B

ROF. Qui potest nomen eius ob hoc facinus in blasphœmiā ire, potius q̄ ob mortē crucis? Crucē inficiari nemini licet, qn ob amorē nr̄i ptulerit, in qua & necē passus est omniū ignominiosissimam,

mam, Idq; ad gloriã ei cessit cumulatissime. Et cur istud item non cedat ad eius gloriã, quũ & maximũ cõtineat amoris incentiuũ, & nihil in se prorsus habeat dedecoris. Ego certe nihil obstaculi uideo, neq; tibi satis fuerit istud nudis uerbis asserere, nisi pariter & solidis comprobes argumentis. Cæterũ semper tui simillimus es, nihil afferens præter meras nugas.

C OECO. Sed, nec nostri, nec Chri rationem habemus. Nonne magnificentius fuerit, Christum in cœlestibus regnantem, nostrũ esse protectorem, quàm illic latitantem.

Christus simul in cœlo & in eucharistia est

ROF. Maiores haud dubie nostri, quos & nos in hui⁹ traditõe dogmatis imitamur, & Chri, & sui, & nri, rõnem habuerunt. Neq; ꝓpterea Chrm è cœlis detraxisse putãdi sunt, ꝙ asseruerint eũ in hoc sacro corpaliter esse uelatũ. Illic nihilomin⁹ est, ceu protector & aduocat⁹ noster, quanq̃ hic in altari pro nobis immolet, & idem corpaliter à Chrianis comest⁹, eos tã inter seipsos, q̃ secũ adunet

Iohan. 6 cib⁹ deniq; sit uere uiuific⁹ uitam eis præstans incorruptibilem.

D OECO. Abire ad patrem uoluit, quo consolationũ uerarũ capaciores essem⁹. Satis nobiscũ, qui sua uirtute ac gratia facit inuictos: satis nobiscum est, qui suo spiritu nos non destituit: sed se futurum nobiscum promisit non corpus.

ROF. Transit⁹ ei⁹ ad patrem nõ ob unicã rõnem necessari⁹ nobis fuit. Nã inde spm sanctũ demisit: nẽpe futurũ ecclesiæ suæ ꝑpe

Iohan. 16 tuum cõsolatorẽ. Inter conscendendũ item ipm iter suo trãsitu, no

Iohan. 14 bis peruiũ fecit ad cœleste regnũ. Adde, ꝙ nunc etiã ad patris dextrã sedens sit noster apud eundẽ aduocat⁹. Sed & ibi iam uarias nobis ꝑparat mãsiones, in quas quũ illuc accesserim⁹, recipiamur. At nihil horũ uetat, quo min⁹ hic in eucharistia se nobis item inuisibiliter pñtẽ exhibeat, ad maxima, quæ supra dixim⁹, commoda, quæq; pro statu uitę nobis magnopere conducibilia sunt.

E OECOL. Neq; ubiq; corp⁹ Christi, ubi Christ⁹ mediũ se fore promisit, ubicunq; duo in nomine ei⁹ congregati. At non propterea corpore comitem se illis facit.

Gloriã Christi auget esse corporaliter in Eucharistia.

ROF. Quid si nõ fuerit ubiq; Chri corp⁹, ubi Christ⁹ ipse fuerit, An ꝓpterea nõ erit in eucharistia? Doceas istud, si queas, fieri nequaq̃ posse. Hoc tibi solidis argumẽtis ꝓbandũ eẽt, nõ istiusmodi nugis insistẽdũ, q̃ & tædio lectorẽ quẽuis enecẽt, & tuæ causæ nihil omni-

hil omnino prosunt. Et profecto si dignet Christus corporaliter adesse, duobus aut tribus in eius nomine cōgregatis, nihil hoc ipsius omīpotentiæ derogat, nihil detrahit eius erga nos immēsæ charitati, sed nec gloriā eius minuit quicq̄, imò potius auget, q̄nquidē ita credere, nō solum eius supnaturalē ptātem, uer℞ etiā ineffabilem ipsius amorē erga nos haud mediocriter extollit, nihilq́ꝫ Chr̄o tribuit aut indignū, aut à solita sua erga nos benignitate alienum. Et sunt, qui ita fieri certo credunt, & hoc ipsum scriptis mādarunt, authores non prorsus contemnendi. Cæter℞ hæc argutia nulliꝰ momenti. Nō est ubiq; corpus Chr̄i, ideo nec in eucharistia. Matth. 18.

F

OECO. Quid igitur est quod monstratis, ubi nō plus de Christo oculatus, q̄ cæcus uideat? Sacramentum monstrari pōt. Christus non monstratur. Sacramentum suo fungitur officio, etiam si corpus Christi in cœlo.

ROF. Chr̄i corpus cœlo esse neutiq̄ inficiamur. Sed affirmamus nihilominꝰ hoc ip̄m in altari esse in ipso sacr̄o. Neq; p istā præsentiā, aut potentiæ, aut benignitati, aut gloriæ deniq; Chr̄i, quicq̄ indecor℞ fit. Nobis uero magnopere necessarium est. Causas utiq; reddidimꝰ, cur nr̄æ infirmitati id cōduceret maxime. Præter quas & aliā iam adijciemus. Per istā utiq; præsentiā ineffabilem, exercetur nr̄a fides ad merito℞ incrementum. Nam fides nisi magna fuerit, nihil meretur. Non est autem magna, nisi quod difficile creditu sit, credat, & quo difficilius istud fuerit, ut credatur, eo dinoscitur esse fides maior, & maiori præmio digna. Quāobrem & aduersus ea quæ maxime fidem oppugnant, uti sunt, quæ sensibus apertissima uidentur, per fidem constanter niti, nec uacillare quicq̄, argumentum est ingentis & potentis fidei. Christus igitur, ut fidei nostræ periculum faceret, seipsum præsentem inuisibiliter in hoc sacramento præbuit: nimir℞ ut quum singuli sensus nihil in pane & uino mutatum diiudicent, mens nr̄a fide freta, contra sensuū omnium iudicia, uerbis Christi, quibus dixit: Hoc ē corpus meum, constanter credat. Recte igitur dicis nihilo plus hic oculatū de Chr̄o cernere quàm cæcum, si de corporis oculis intelligas, at secus est si de cordis & fidei oculis loquaris.

Libr. 2. capi. 30. D.

Ratio instituti eucharistiæ sacramenti

Mat. 28 Lucę. 26

¶ Ex eo quod hactenus ecclesia Christum adorauerit in eucharistia, colligitur necessitas eius presentię. Ca.V.

OECOL. A ROFFEN.



Eniq; qđ ab indocta plebe adoratur illic, nõ ignoro, at nõ quia adorat, adest: sed quia adesse credit, adorat.

¶ Hoc tu dicis Oecolãpadi, sicut & cætera plurima, nihil aũt ꝓbas. Nos nõ ab indocta plebe solũ: uerũ etiam à sanctissimis, & doctissimis, idem semp factitari solitũ asserimus. Testat hoc ipsum Augustinus enarrans hunc uersum psalmi. 98. Adorate scabellum pedũ eius, qm̃ sanctum est. Hic certe Christi corpus in eucharistia scabellũ facit sanctum, & pluribus hoc ipm asseuerat à nobis adorandum esse. Nemo certe orthodoxus est, q non & uere Christi corpus in eucharistia præsens esse credat, & in eadem, uere Christum adoret.

Corpus Christi adorandũ

B OECO. Primũ ꝓbet adesse, ut cõsequẽter iustificet adoratio.

ROF. Nostra ꝓbatio potissimũ in Chr̃i uerbis cõsistit, quibus asseruit presentiam sui corporis in sacro, quod præbuit discipulis. Quare si tu fortiorem improbationẽ habeas, quid non eam ꝓfers in medium. Sed nolim adeo stupidos nos existimes, ut quum tam apertissima Chr̃i uerba ꝓ nostra fide habuerimus, in tuã hæresim ꝓ tuis nudis & inualidis affirmationibus declinemus.

Propter Christi uerba credimus eius corpus in eucharistia

C OECO. Quin & adoratio non satis iustificabitur: etiam si corpus adesse conuincas. Qui corpus seorsum cogitat, ut sancta illa uerba dicunt: Hoc est corpus meum, non implet quod præcipit deus: Dominum deum tuum adorabis.

ROF. Si corpus à diuinitate separatum esset in eucharistia, nõ admodum tibi reluctaremur: sed nos & illic unitum esse deitati, nihil ambigimus. Quocirca neq; præceptum istud quicq̃ transgredimur, quo dictum ẽ: Dominũ deum tuum adorabis. Nam ibi totus CHRISTVS est deus & dominus noster.

Corpus Christi seorsum non adoratur Latria

Deut. 6. 10 Matth. 4

D OECO. Neq; soluisse credimus Christum, legem de adorando patre in spiritu, & adoratorem ad carnem suam transmisisse, à qua semper reuocauit.

ROF. Si Christus in carne non sit adorandus, cur (re precor) seipsum à Chananæa permiserit adorari? Neq; solum permisit, sed & mulieris ipsius fidem extulit magnopere. Licebit ergo Christi carnem, quæ deitati coniuncta est, adorare. Istud'q; fiet absq; legis iniuria de adorando patrem in spiritu: & citra uiolationem ullam prioris illius præcepti. Sed per hæc perspicue noscimus te ex

Mat. 15

illis

illis eſſe, qui Chriſti crucem uetant adorari, quum ipſam carnem deitati coniunctam, coli & uenerari prohibeas. — *Christus permisit se adorari*

OECOL. Vnde adoratores neceſſe eſt, neque panem, neq; corpus à diuinitate ſequeſtrare. Sed primo ipſo adorationis momento ad illam contendere: alioqui periculum, ne ueritas mutetur in mendacium, creaturæq; creatoris detur gloria, quo nihil magis omnis deteſtatur ſcriptura. — E

ROF. Quid ergo tot uerba tam inaniter prodegiſti? quum nō ignores Chriſtianos: Chriſtum uere totum ſub utraq; ſpecie credere, pariter & adorare. Quod certe qui faciunt, nec ueritatem in mendacium commutāt, neq; creaturæ deferūt creatoris gloriam. — *Christus totus adoratur in eucharistia*

OECO. Sane uni quidē filio, pater oēm cōicauit honorē, quē & caro eius, ut purpura regia ſuſcepit, q̄uis neq; illa ſimilitudo quadret. Regia em̄ purpura à rege ſolet deponi. Chr̄i aūt caro, ſimul ac eſſe cœpit, nunq̄ fuit, neq; erit à diuinitate ſeparata. Non em̄ tē plū eſt ꝓphanabile, neq; θεοφόρος, ut ꝓphetarū animæ, ſed cū anīa deitati in unā perſonā unita. Vbiq; ergo caro adorabilis: panis aūt myſticus non item, niſi unitum Chriſtum probemus. — F

ROF. Nihil hoc aduerſum nos, qui panis ſubſtantiam una cū Chriſto negamus adeſſe. Lutherus hoc tibi reſpondeat, qui contendit manere panem in ſubſtantia ſua. Vos hoc bellum inter uos dimicate. Nos interim erimus ſpectatores.

OECO. Q̄uis autem adeſſe diceremus corpus Chriſti, neq; adhuc integrum ut adoratio doceat. Sicut enim ſanctos uiros, deū habentes cordium ſuorū hoſpitem, non adoramus, ita multo minus panem ſacratum, niſi forte & ita deliremus, ut fœlicius pani coniūctum corpus Chriſti dicamus, quàm prophetis ſpiritum ſanctum. — G

ROF. Nemo nouit quæ ſunt hominis, niſi ſpūs hominis, qui in ipō eſt. Quamobrem nec certo ſcire de quoq̄ alio poſſumus, an Chriſtum gerat in ſuo pectore, niſi forte ꝑ reuelationem id cuipiā innotuerit. Cæterū ꝑ uerba Chriſti rite prolata, quiſque certus eſſe poterit: Chriſtum in ſacramento præſentem eſſe. Quare tuto licebit eum ſub ſacramento adorare. Neq; enim adoramus ipſam externam ſpeciem panis & uini: ſed Chriſtum ſub utriuſq; ſpecie. Et ſi de quoq̄ certi fuerimus, ꝙ Chr̄m haberet in pectore, quid ꝓhibet, non hominem dico, ſed Chriſtum in eo præſentē adorare. — *1. Cor. 2* — *Adoramus, nō species panis & uini, sed Christum sub illis,*

H OECO. Quod si omnino adorabilis in pane caro est, non fuerunt imprudentes, qui profusioribus sumptibus eucharistiã ornant, quíque neglectis pauperibus, & uiuis dei templis, quicquid odoramentorum, florum, auri, thymiamatum, & gemmarum in illã contulerũt. Et inuenient auari hypocritæ missatores, quo suã artem honestẽt, ac celebrent. Habebunt enim, quamuis indigni sunt, & inimici dei, quod patri in flagitiosissimorum manibus placet maxime. Seruentur igitur ac redeant omnes imposturæ, redeant nundinationes, redeãt anniuersarij, accerseantur sacerdotes innumeri, extruantur aræ plurimæ, foueantur ociosi plures, totus orbis inungatur ut sacrificet & omnes mensæ, ut Esaias dicit: repleantur uomitu & sordibus.

Honor impẽdendus eucharistiæ ROF. Sub specie panis adorandã esse carnem uerbo coniunctã haudquaquam ambigimus, nec uelut imprudentes eos, qui talibus honoribus impensis affectũ suũ, quãtus in Christum sit, testentur coarguimus. Neque propterea relinquendos pauperes; & nõ subleuãdos in suis necessitatibus arbitramur. Vtrunque fieri põt. Neque enim pau-

Matth. 26 peres tum cõplures fuisse: Christus ignorauit, quando Maria Magdale-

Marci. 14 nam unguentũ illud preciosum super caput suũ effundere passus est. Tantumque abfuit, ut mulieris ipsius primũ affectũ uetuerit, ut etiã pro ea Iudæ mordacitatẽ increpauit: quanquam & ipse pauperibus eius unguenti precium rectius erogandũ cauillaretur, quẽadmodũ & tu nunc facis. Alterum Ischariotem te nobis exhibens.

I OECO. Cæterum ut sacra adorãda nõ possum asserere, ita non ierim inficias illis honorẽ religiose impendi; qualem & libris, uerbisque sacris citra adorationẽ inculpate plerunque deferimus. Et sunt eloquia sancta, spiritus sancti uehicula certiora pluribus, præsertim rudibus quàm sacramenta.

ROF. Mirum est qua temeritate cuncta subuertere nitimini, ut potius in eloquijs asserere malitis esse spiritum sanctũ quam in eucharistia Christum. An non & eloquia sæpenumero uos hæretici uersatis in

Matth. 26 cordibus uestris? Et tamen longe recessit à uobis spiritus sanctus. Verum

Lucæ. 22 de sacro nihil est ambigendum, quin qui nobis affirmauit ibi se presentem esse, citra dolum omnem præstare queat & uelit.

K OECO. Addo & intaxabilem, religione motũ, & mysterij intelligentia illustratũ, qui hora qua celebrantur mysteria in terrã procidit & Christum, qui in cœlis ac pectore suo regnat, adorat: nõ uulgi

more

more, quod error ille dementauit: sed sicut Apl'us Corinthijs scribit: Si om̃es ꝓphetetis: ingrediat̃ aũt incredulus aut indoctus, coarguit̃ ab oĩbus, diiudicat̃ ab om̃ibus: & sic occulta cordis eius manifesta fient, atq; ita ꝓcidens in faciẽ, adorabit deum, renunciãs reuera deũ in nobis. Non dat̃ illi uicio, qui uerbo eruditus adorat: igit̃ nec uituperandus, qui sacramenti prædicatione edoctus, honorem deo tribuit gratias agens.

ROF. Deum, qui in cœlis est, nemo uetat adorare. Sed quum & eundẽ certo credimus in eucharistia pariter esse, merito impietatis essemus arguendi, nisi pariter & eũ hic quoq; ꝓcumbentes adorauerimus. Porrò, q̃ dicis uulgum ita facere: sed errore demẽtatũ. Profecto si error iste habendus sit, nõ uulgus tm̃: sed & omnes q̊tquot orthodoxi sunt, errãt. Et hoc. s. credibile est: Chr̃m, qui cum ecclesia sua se ꝑpetuo futuꝶ pollicitus est, & spm̃ item sanctũ (qui huius rei gratia: nimiꝶ ut ecclesiam erudiat in omni ueritate, nunq̃ non adest) passuros, ut tota prorsus ecclesia tãto tpe atq; in re tanti mom̃eti, & cũ tãta pernicie animaꝶ usq; adeo turpiter aberrauerit.

Deum adoramus in eucharistia.

Matth. 28.
Iohan. 16.

OECO. Similiter em̃ euangelioꝶ lectio, & sacr̃oꝶ operatio illuminat: illa tñ indoctis, hæc ꝓuectioribus accõmodatior. Et ꝓpterea dum utrunq; agitur, faces radiant: & cymbala tinniunt, quę prædicationis sunt symbola: tametsi posterius neglectum iri expediret, quo clarius sacramenta, & uerba percipi possent.

ROF. Infirmoꝶ est habenda ratio, ꝓpter quos & faces accendunt̃, & cymbala tinniũt: nimiꝶ ut his modis, eoꝶ corda, quę alioqui torpescunt ad diuina magis excitent̃. Cæteꝶ euãgelia: quẽadmodũ per uos euersa, populo tradunt̃, longe magis excæcãt, q̃ illuminant. Sacramenta quoq; per uos administrata, & tenebris hæresium uestrarum obducta, maxime uero sacramentum eucharistiæ uerius interitum animabus inferunt, quàm salutem.

Ratio cærẽmoniarum.

OECOL. Hæc obiter de adoratione, per quam corporalem præsentiam non admittimus probari.

Quare pias quæso cogitationes suscipias, studiose sanctecq; uiuas, & benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortē solū, uerū etiam morbos omes depellit. sedat em̄ quū in nobis maneat Christus, sęuientem membrorū nostrorū legem pietatem corroborat. Perturbatões animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis consyderat, sed ęgrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bonus qui animam suam pro ouibus posuit: ab om̄i nos erigit casu. Hæc Cyrillus. Falsum est igit̄ qđ dicis, nullā aut Chr̄o gloriā, aut nobis utilitatē oriri posse, qn̄ tot & tāta bona nobis inde ꝓueniūt. Iohan.10

¶ Molitur ostendere carnem Christi necq; corpus, neque animam nostram pascere posse Ca.XV.



QVidam enim ita delirant, ut carnem Christi cū sua corporali subsistentia in animam, quidam uero in corpus nostrum ingredi censeant. Cæterum nos utruncq; absurdum & impossibile commonstrabimus. OECOL. A

ROF. Neutrum horum iuxta sensum tuum nobis probatur. Necq; enim asserimus, quòd caro Christi uel in animam, uel in corpus nostrum permutetur, sed quòd ipsa magis permutet & animā & corpus nostrum in unitatem substantię suæ. Ingredi quidē eam & commisceri nostræ carni fatemur, cuius assertionis authores habemus Irenæum, Cyrillum, Chrysostomū, Hilarium, atcq; alios patres orthodoxos, qui istud plane testantur. Commiscetur inquàm nobis, sed citra quamuis immutationem substantię suæ, quin ipsa potius totum hominem nostrum, ad se rapit, atcq; transformat, & (ut diximus) incorporat ipsi Christo: nimirum ut ita certo reddamur nos esse factos uera Christi membra, quando nostra caro carni eius conglutinatur. Quare nihil hæc tota tua disputatio, quæ sequitur, quicquàm aduersum nos facit. Necq; enim partes corporis Christi transuerti dicimus, in partes nostri corporis, quemadmodum & de cæteris cibis fieri solet, necq; ipsa carnea moles corporis illius animam penetrat, ut crassities ingenij tui cogitat, sed gratia quædam & uirtus ex hoc cibo promanans & corpus & animam, imò totū ipsum hominem reficit, atcq; recreat mirifice plus aut minus iuxta suscipientis deuotionem.

Caro Christi non permutatur i nostrā sed contra

Caro Christi commiscetur carni nostræ.

OECO. Et primū in sp̄ūali manducatiōe uideamus, qūo caro carnali sua p̄ntia nihil faciat. Sp̄ūalia em̄ sunt, quæ hic aguntur. B

ROF. Semper sui similis est Oecolampadius. Multa pollicet & nihil om̃ino præstat. Aduerte lector, quid præmonuerim, & uerum esse comperies, hoc est, ut audis, quod iam se pollicetur ostensurum: nempe q̃ caro Christi sua præsentia nihil faciat in spirituali manducatione. Non probabit, quantumuis alte repetat.

C OECO. Internus homo iisdem cibat & uiuificat edulijs, quibus angeli eiusdem substantiæ intellectualis, quãuis hi latius securius, & beatius: ille minus beate, utpote corporeæ molis grauamine impeditus. Angelos deus pascit uerbo suo, quo se ueritatem illis & rem ut est, detegit: quam spectantes facie ad faciem uiuunt, & beati sunt torrenteq́ uoluptatis inebriantur.

Deus pascit angelos uerbo suo.

ROF. Hic si uelit Oecolãpadius aperire modũ aliquẽ, quo deus angelos pascat uerbo suo, eundẽ ipsum modũ, quoad licet minora conferre maioribus: nos etiã adaptabimus illius escæ manducationi. Neq; em̃ docet (opinor) q̃ deus immutet in angelũ: sed contra magis q̃ angelus in deũ transformet, atq; reficiat ex præsentia dei citra quãuis iminutionẽ uirtutis dei. Id quod nos in nobis fieri dicimus, per huius escæ uirtutẽ. Rursum, ut deus uerbo suo uoluptatẽ efficit in mentibus angelicis, qua inebriant, ita & Chrũs per carnẽ suã uelut instrumẽtũ & organũ deitatis qualitatẽ quãdã trãsfundit in animam pie recipientis hoc sacramentũ, qua uegetat ipsa anima, corroboraturq́ & pascit. Cæterũ quũ dicat Oecolãpadius, deũ angelos uerbo suo pascere, nimis inuolute loquit, & iuxta morem hæreticorũ. Quid hic (quæso) per uerbũ intelligit? Si filiũ ipm quẽ & uerbũ essentiale theologi uocãt, tũ solus filius est angelorũ cibus, quod apertissime falsum est. Nam tota ipsa trinitate fruuntur angeli. Sed hic nobis technam struere molitur solius uerbi mẽtionem faciens, nimirum ut inde colligat nostras mentes hic in terris etiam solo uerbo scripturarum pasci.

D OEC. Interno aũt nr̃o hoĩ, nondũ tãta fęlicitas contigit, q̃uis & illi quiddã diuinæ ac uiuificæ ueritatis manifestet, in qua ꝓspectet, licet ꝑ uelamẽ & ænigma ac speculũ, & nõ facie ad faciem, ut angeli & beati: hic em̃ nõ sumus aliter docibiles, nisi forte quis ut Paulus, ꝑter cõem legẽ arcana audiat, quæ non licet effari.

Pascimur uerbo dei

ROF. An lector hic nõ aperte cõspicis hoĩs huius sycophantiam, qui primũ orsus à diuino uerbo, iam ad scripturarũ uerbum

nos ducit, hoc est ab increata ueritate ad eam quæ creata est. Et sanè uerū ē quod colligit, nos haud aliter docibiles esse, q̃ diu moribūdis hisce corporibus amicti sumus, q̃ uerbo scripturarū. Possumus tamē aliter pasci q̃ solo scripturarū uerbo, ut & certe pascimur ipso uerbo, quod est filius dei. Nā propterea uerbū ipsum caro factū ē, ut nos in sacro carne ipsius sumpta, carne pariter & uerbo pasceremur. Falli quidē possumus uerbo scripturarū, ut quū ab hæreticis ipsum administrat. Nā hi scripturas nō raro perperā interpretant & ex cibo salutari plerunq; uenenū efficiunt. Quemadmodū & in his augustissimis Chri uerbis, Oecolāpadius & Lutherus faciunt. Is em̄ sic interpretat: hoc, id est, hic panis est corpus meū. Ille uero sic: hoc est, id est, hoc significat corpus meū. Quis iam certo cōfidat talibus magistris, ab euangelij germano sensu (quē ecclesia ꝓbat) dissidentibus, neq; tamen consentiētibus inter sese. Potest igit quispiā existimare se uerbo scripturarū pasci, quū tn̄ uenenū edat, nō cibū uerū. Sed quū in eucharistia, Chri carnē, cui uerbū ipsum unit, pie sumimus, nō est dubiū, quin ipsum uerbū una cū carne sumamus, qua dū uescimur & ipso uerbo uescimur atq; reficimur. Verbū ei ꝑ pn̄tiā carnis certo creditā, nr̄is mētib⁹, gustū quēdā uoluptatis infundit, qua succulētæ uiuidæq; reddant. Neq; solas mētes nr̄as ita uegetat, sed & totū ip̄m hoīem ad se rapit, unit & incorporat sibi.

Iohan.1

Scripturis falli possumus.

Oecolampadius & Lutherus perperā interpretantur uerba cōsecrationis

E

OECO. Neq; ita intelligas, quasi de pane benedicto loquamur, quod uelamē sit Christi corporaliter latētis. Nos enim ipsi uelamen gestamus carnem, & hallucinamur, si quid cœlestis fulgoris irradiet, ui dētes obscurius per fidem, quantum pro hac uita satis est.

ROF. Certū est nr̄as mentes carne uelatas & obtectas eē, atq; ideo uerbū patris eodē obtectum uelamento nostris oculis se nobis uisendū, & manibus insuꝑ palpandū præbuit. Neq; istud solū, uerumetiam ut adhuc se nobis intimius insereret, edendum item contulit, nimirum ut ita seipsum nobis, imò nos sibi indissolubili, quodam amoris glutino colligaret.

i.Iohan.1. Matth.26 Lucę.22.

F

OECOL. Sed ne digrediamur, cibus animæ fęlicioris est, ueritas aperte cognita. Inferioris autem & aggrauatæ, ueritas adumbrata, & fidei lumine se innotescens.

ROF. Nihil om̄ino contra nos istud facit. Nā & non dubitamus

mus longe fęlicius illos pasci, qui pſentiā Chri citra q̄duis uelamē fruunt in cęlis, q̄ nos q iam eodē Chro sub sacro realiter pnte, sed specie panis obtecto uescimur. Sic utiq; statui nro, congruit ut uescamur. Nam Iudæi quidē solis umbris alebant. Beati uero nudis

j.Cor.jo j.Cor.jj. ipsis rebus citra quāuis umbrā. Quāobrē & nos q inter hos & illos incedimus, quasi medij, medio quodā mō nutriēdi sumus, nō utiq; rebus ipsis prorsus apertis, sed opertis magis, & sola fide cōspicuis ita tn̄ ut fide certi simus in hoc sacramēto subesse ueritatem.

¶ Mentes nostras ueritate credendo pasci, sicut angelicę mentes eandem contemplando pascuntur. Ca. XVI.

OECOL. A Orrò cum ueritas ab homine profecta non sit ueritas (omnis enim homo mendax, ut scriptura dicit) non est tutum, ullis hominum uerbis, uel promissionibus, uel sigillis, uel iuramentis credere.

ROF. Istud apertissime tibi reluctat. Nā ea uerba quę tu Chri uerbis interseris, tua uerba sunt, non Chri. Chrus enim dixit: Hoc est corpus meū. Dilucida sunt hæc uerba, neq; ulla prorsus egent

Mat.26 Lucæ.22. interpretatione. Tu non uereris hominū uerba quædā istis immiscere, quæ sensum peruertunt. Sic enim interpretaris, quemadmodum ad erubescentiam tuam sępe repetimus: hoc, id est, hic panis: est, id est significat, corpus meum, uel hoc est figura corporis mei.

Psalm.jj5. Quamobrem ut tuis argumentis utar, quum sit om̄is homo mendax, nec promissionibus, nec sigillis, nec iuramentis tuis fidē adhibebimus, contra tam apertissima Christi uerba.

B OEC. Nā q̄uis amice, fideliter, ac prudēter polliceamur, nō ē tn̄ in nobis sitū ut pstemus aliqd uel minimū, ut taceā de fęlicitate.

ROF. Quid contra pollicitationē ante factā, adeo late digrederis? Nescio quid tibi uelis hac digressione, nisi moliaris excusationem apostasiæ tuæ, uotiq; non seruati uiolationē obtegere. Nā

Oecolampadius non pręstat pollicitā religionis fidem ad quid aliud (quæso) prætexis: haudquaq̄ in te sitū esse, ut pręstes quicq̄, quāuis hoc ipsum amice, fideliter, ac prudenter fuisses pollicitus. Animus (opinor) bonus fuit, dum religiōis ingressum meditabaris, uerum ad seculum reditus qualis fuerit, ipse uideris.

C OECOL. Nec mirum. Sumus enim & ipsi bullæ: deo autē, qui ipse ueritas est, nihil impossibile: & proinde in omni uerbo, q̄d procedit ab ore eius, uiuit homo.

Roffen

ROF. Quid ergo non credis ipse Chri uerbo? Cur tuo sensui magis fidē adhibes, q̄ illius assertioni? Aut cur tua figmēta tot sanctissimorum pariter & eruditissimorum patrū interptatiōib' anteponis? Tu qui te bullā esse nosti, si nō istud hypocritico dixeris anio, cur deo, q & ipē ueritas est, cuiq; nihil (ut dicis) est impossibile, cur inq̄ eius uerbo reluctaris, ppter eos, q in te suboriunt humanæ ratiōis (scrupi. Iohan.14. Lucæ.1.

OECO. Et uerbū quidē eius, uiuificans est cibus. D

ROF. Neq; istud diffitemur. siue de uerbo increato istud intellexeris, siue de creato uerbo, hoc est scripto uel plato. Verbū eñ increatū, quia nullo sensu deprehendit, corporeo quodā uehiculo utit, quo nunc per aures, nunc per oculos, ad enutriendū & saginādum animū ingrediat. Audibili certe uerbo sæpius p aures penetrat, uisibili quoq; per oculos in interiora mentis uiscera conuehit. Sed nō minus idem uerbū qñ per carnem cui iungit, ab ore sumit, animā quasi adipe quodā & pinguedine replet, atq; saginat. Sed & tanto uerius, quanto certiores sumus hoc ipsum infallibiliter iam adesse. Nam de uerbis tam scriptis, q̄ prolatis falli possumus, uti supra diximus, quandoquidem ea per hæreticos in peruersum sensum detorqueri possint. Sed hic, ipsum uerbum unitum esse carni, (certissimi sumus. Verbum dei uiuificat Libro tertio, cap.ii.D.

OECOL. Quia autem cibus non pascit non edentem non credentibus uerbum dei non prodest. Animæ enim nunc credendo manducant, sicut angeli contemplando satietate fruuntur, & fruendo beati sunt E

ROF. Et hoc cuiq; uerbo, tam prolato q̄ scripto etiā incarnato cōe est. Nihil horum nisi creditū, mentem hominis pascit. Nā fides ipsa est, qua cibus iste reddit edenti salutaris. Sumi qdem p aures pōt audibile uerbū, & p oculos uerbū scriptū, atqui si fides abfuerit nihil pderit suscepisse. Sic pariter & incarnatū uerbū, quū in eucharistia sumit nihil edenti sine fide cōfert. Cæterum si cū firma fide sumpseris, uberrimis gratiæ succis repleberis indubitato. Et inter cæteros edentiū fructus, hæc duo pcipue cōmoda consequet qsqs huic cibo cū ingēti fide seipm assueuerit Nā haud dubie cautius à falsis dogmatibus hæreticorum obseruabit sese, pariter & patrū orthodoxorum ecclesiæq; catholicæ salutaribus documētis adhærebit. Est eñ cibus iste sacrm etiā unitatis, quā non significat solū, sed & efficit quoque. Porrò q subdole moliaris animas nostras sola fide Verbum dei non nisi creditum pascit mentem. Fructus communicantiū.

pasci,

Angeli nõ so la contempla tione pascunt

pasci, quemadmodũ angeli contemplatione sola pascunt in cœlis, quanq̃ istud magis insinues, q̃ aperte prodas. Ego certe nec angelos contẽplatione sola pasci arbitror, sed suauitate potius indicibili quæ cõtemplationẽ ipsam comitat. Hęc maxime reficit & recreat ipsos angelos, tametsi non citra contemplationẽ premã. Ad quem modũ, & animas nostras quanq̃ non citra fidẽ, non tñ sola fide pasci credimus, sed dulcedine quadã inexplicabili, quæ fidẽ cõsequitur, qualẽ & potissimũ ex p̃ntia corpali Chr̃i in eucharistia deuoti sæpi⁹ gustãt, de q̃ Bernardũ & alios meminisse, supra mõstrauim⁹.

Supra prolo. secũdi libr. O F

OECOL. Igitur habentes uerbum & promissiones dei contentos nos esse oportebat, & gratos certosq́ nihil nobis defutur, id quod uere fuerit pasci.

ROF. Id demũ collegisse sibi uidet ex hac tam prolixa argumẽtatione, quæ nulli formæ nitit. Sed iuuemus istũ rhetorẽ, qui tam inepte dialecticat, & rationẽ ipsius ad formã dialectices reducam⁹. Animæ hominũ cõe cũ ipsis angelis nomen sortitæ sunt, eo q᷑ utriq; dicunt mentes. Hoc tamen interest, q᷑ angeli mentes nudæ sunt & absq; ullo corpor tegumento: nostræ uero mentes carne sunt obtectæ. Sicut igit cõe nomen habent, ita & cõmuni uescunt cibo, ueritate uidelicet, qui cibus illis utpote nudis, nudatus est. Nude em̃ ueritate pascunt illi. Nostræ uero mentes eadẽ pascunt: sed uelata, quẽadmodũ & nos obuelamur carne. Quãobrẽ & utrisq;, genus mãducandi simile fit oportet. Atq; ideo sicut mentes angelicæ per apertã contemplationẽ ita nostræ mentes per fidẽ edunt & uescunt eodẽ cibo ueritatis. Nos quidẽ credẽdo sicut & illi contẽplando. Iam ex his tandẽ colligit sufficere debere nobis uerbũ, & p̄missiões, quibus ad satietatẽ abunde pasci possumus. Hic certe prolixior habẽdus esset sermo, sed nos quãta possumus, utemur breuitate Principio fatemur ueritatẽ, cibũ esse mẽtibus om̃ibus cõmunẽ, tam humanis q̃ angelicis, nõ tñ ipsam in sua generalitate pascere, sed specialẽ aliquã, hãc uel illã, & nunc cõplexã, nunc incomplexam. Sunt em̃ cõplexæ ueritates innumeræ, sunt & incõplexæ nõ paucæ, inter quas p̄cipue sunt: Essentia diuina cũ singulis attributis, ueritates etiã triũ p̄sonar, q̃ realiter distinguunt. Veritas p̄terea uerbi incarnati, qua pascunt nõ mõ mẽtes beator, sed & angelicæ quoq; mẽtes. Propter q̄d & Chr̃us apud Iohãnẽ p̄ri dicit:

Veritates diuersæ, complexæ & incõplexæ

Hæc

Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum ue℞, & quem misisti Iesum Christū. Chr̄us profecto spiritualis illa petra est, de qua scriptū est: Suxerunt mel de petra, & oleū de firma petra. Dulcedinē profecto incōparabilē & suauitatē unctionis inæstimabilē, beatæ illæ mentes ex præsentia Chr̄i sugunt, non cōtemplando solum, ue℞ etiā fruendo. Q, si mentes beatæ tāta & tam incogitabili dulcedine pascant, quæ manat indesinenter ex nuda & clara uisione pariter & fruitione uerbi incarnati, quid uetat quo minus & nostræ mentes ex eodē cibo iam præsentissimo nobis, quanq̄ haud clare uiso, sed credito, pariter & amato uere pasci? Nō tollit igitur hęc argumentatio ueritatem corporis in eucharistia, ueq; reuincit, q̄n ip̄m corpus iam p̄sentissimū per comestionē ipsi menti factū, inenarrabili suauitate mentē ipsam repleat, & tanto magis, quāto magis credit, & amat. Sed neq; uerbū scriptura℞ neq; ꝓmissiones ullæ cibū hunc excludunt, sicut neq; cibus essentiæ diuinæ, aut trium persona℞ obsistit quicq̄, angelicis & cæteris beatis mentibus, quo minus ipse uerbo pariter incarnato pascant. Sed & scriptura℞ uerbū, & ꝓmissiones (uti superius ostendimus) facile possunt in uenenū uerti. Nam illæ ꝑperā intelligi possunt, & istæ plus q̄ ueritas exigit, ampliari. Scripturæ primū sicut & ex uestris interp̄tatōibus cuiq; p̄t esse cōpertissimū, perperā intelligi facile possunt: possunt insuꝑ & ꝓmissiones longius, q̄ par sit, extendi quoq;. Iouinianus em̄ eas cunctis qui baptismatis lauacrū suscepissent, quantūuis postea peccatis polluissent seipsos, audacter pollicet integras fore, in quo ꝓcul dubio nimiū eas ampliauit. Præter hæc adijcimus, ꝙ si scripturæ uerba rectissime intellexerim⁹, & ꝓmissiōes intra p̄scriptū cohibuerimus, nō ex eo cōsequit, nullū animi cibū aliū esse q̄ scriptura℞, imò cōtra potius, q̄nquidē & ex ipsis tā scripturis q̄ ꝓmissionibus aptissimū est, hūc eucharistiæ cibū nobis edendi gr̄a traditū, & ingentia pariter ob eius congruū esum ꝓmissa nobis eē cōmoda. Neq; em̄ Oecolāpadius, quātumuis impudentissimus fuerit, negare pōt, quin sacr̄m panis & uini, quod ille statuere molit, cibus alius sit, à uerbo scriptura℞ & promissionum, & non solum propter carnem institutus, uerum etiam propter animam.

Iohan.17

Deut.32



Libro tertio, cap.15.D

Scripturæ in uenenū uertuntur.

¶Declamitat in parum credulos, qui dei promissionibus haudquaquam fidunt. Caput. XVII.

OECO. A  Erum iam insitum nobis est, incredulitatis uiciosissimũ malum, ut deo minus quàm hominibus credamus, & oblato uerbi cibo pasci nolimus.

ROFFEN. ¶ Aduersus teipm̃ imprudens loq̃ris Nam ĩ nos aptissime qnadrat. In uos (inq̃) qui non creditis Chr̃m & Chr̃i spiritũ, ꝑ ora patrũ fuisse locutos, & uerã huius reconditissimi uerbi, ꝑ eosdem expositionẽ tradidisse. Miror si credibile cuiquã esse põt, ꝙ aut Chr̃us, qui se nobiscũ ꝑpetuo futuꝝ pollicitus est, ecclesiã suã in huius tam eximĳ uerbi interꝑ̃tatione tot annoꝝ centenarios errare passus sit, aut ꝙ spũs Chr̃i, qui potissimũ hac de causa residet in ecclesia: nimiꝝ ut eam iuxta Chr̃i ꝓmissionẽ erudiat in om̃i ueritate, nõ ante hunc diem huius mysterĳ adeo necessarĳ rõnem apperuisset, nisi tibi uel cuipiam alteri tui simillimo. Credibile scilicet est, ut tot & tam eximĳs patribus, uiris utiq; sanctissimis & orthodoxis præteritis, uos hæreticos & apostatas iam post annos mille quingentos delegerit, quibus ueritatem istam reuelaret.

Matth. 28

Iohan. 16

Christus non patitur ecclesiã in errore.

B OECO. Territi em̃ peccatis nr̃is, nõ agnoscimus deũ, ut deũ, sed affectõib⁹ obnoxiũ: nõ patrẽ, ut pr̃em sed tyrãnide gaudẽtẽ: nõ dominũ, ut dominũ: sed ut curã nostri abĳcientẽ. Non attendimus, quod solem suum oriri permittat nobis, bonis & malis, quod multa in nos beneficia collocet, nullis nostris bonis excitus: quod ad pœnitentiam patienter expectet, beneficia beneficĳs addendo etiam, innumeris peccatis nostris iure irasci ualens

ROF. Quo magis dei benignitatẽ ꝑ̃dicas, ego magis tuę causę ꝑ̃iudicas, & teipm̃ cõdemnas. Nam in eo nõ mediocriter suã benignitatẽ nobis cõmendauit, ꝙ seipsum nobis edendũ præbuit. Tu tñ istud ꝓpter humanæ rationis reluctationẽ minime credis, neq; uerbis & sacramentis eius adhibes fidẽ. Chr̃s em̃ palã asseruit hoc esse corpus suũ, quemadmodũ & ante promisit se datuꝝ nobis in panẽ carnẽ suã. Tibi istud, non aliter q̃ discipulis illius apostatis, q Christũ reliquerunt, nimis duꝝ uidet, & multa inde colligis absurda, quæ tñ absurda neutiquã sunt, si quis exactius ea pensitauerit. Sed tibi qui potentiã & sapientiã atq; benignitatẽ dei pro modulo tui ingenĳ metiris, planè subducta est mysterĳ huius ueritas, ne tuæ menti queat elucescere. Cæteꝝ si dei filius propter nimiã charitatem suã, qua nos (quum peccatores essemus) ardebat assumpta

Matth. 26
Lucę. 22
Iohan. 6

Ephe. 2

nostra carne, totumq; semetipsum, & tam horrendis iniuriis exposuit, cui mirum esse debet, si nunc ubi nihil omnino damni patietur, eandem nobis carnem donauerit ad edendum.

C OECOL. Sed tergiuersamur, aures obturamus, diffidimus, Prophetas per quos nobis loquitur contemnimus.

ROF. Quos tu prophetas hic uocas nescio, nisi de psedoprophetis intelligas, hoc est, tui similibus, quos omnino cauendos, Christus non semel suos admonuit. Et quomodo uobis credemus quum nec ipsi uobisipsis mutuo credatis? Neq; enim tibi Lutherus credit, neq; tu uicissim illi. Et certe quisquis Luthero fidem habet tibi credere non potest: & retrorsum qui tibi credit, Luthero non potest habere fidem. Pugnatis enim uobiscum ipsi mutuo sic, ut quisquis uelit ambobus credere, pugnantia procul dubio credet, quum ille testetur in hoc sacramento uerum esse corpus CHRISTI, tu prorsus neges. Et certe Prophetas illos ueros, per quos loquutus est Dei spiritus, uterq; uestrum contemnit. Nam ueri Prophetę fuerunt illi sanctissimi patres, qui nos antecesserunt, quos in ecclesia spiritus ille sanctus constituit, ad eam regendam, & ad pascendum Christi gregem, quibus & eiusdem officii gratia salutarem haud dubie doctrinam inspirauit, hos utiq; prophetas uterq; uestrum pro nihilo ducit, & floccifacit penitus.

Matth. 7
Lutherus ad uersatur Oecolampadio.
Prophetas aspernantur hęretici
Ephe. 4
1. Pet. 5

D OECOLAM. Quotus quisque enim omnem in deum solicitudinem proiicit, omissa de crastino cura?

ROFFEN. Satis id tibi ex teipso compertum est, qui nec religionem quam dudum intrasti, diu tenueris, quum tamen scriptũ sit, unusquisq; ut illũ uocauit deus ita ambulet, nisi forte putes te nõ à deo, sed à dæmone quopiam fuisse uocatum.

1. Cor. 7

E OECOL. Quotus quisq; non sua magis prudentia, quàm paterna nititur beneuolentia.

ROF. Teipsum utiq; prodis, nõ ex eorum esse numero, qui istæc faciunt. Nam tu prudentiæ carnis innixus, & sensuum atq; rationis iudicium secutus, paternam erga nos beneuolentiam reiicis: nimirum istam, qua nobis in escã filii sui carnẽ amãtissime donauit. Tu summã istã beneuolentaim non admittis neq; alia ductus rõne, nisi quod nusquã difficile creditu sit hoc ipsum. Atq si cõsyderes ardẽtissimã ei⁹ erga nos charitatem qua proprio filio suo pro nobis ad acer

Rom.8 bissimã necẽ tradere non pepercit, & summã illã omnipotentiã, qua
Lucæ.j possit exequi quicquid uelit. Sapientiã deniq; tã incõprehensibilẽ
Rom.ij. qua nouit ipsam filij sui carnẽ, & citra quãuis ipsius iniuriã, & citra nostrũ, ex conspecta cruditate carnis, horrorẽ sub specie panis prę sentem efficere, nihil erit istud creditu difficile, sed cõtra facillimũ & dignum quod ab unoquoq; credatur.

F OECO. Hæc est, pfecto ppetua nr̃a incredulitas, quã per oẽm scripturã taxari legimus, hoc ẽ peccatricis carnis ingeniũ: sibi, hoc est mẽdacio placere, deo diffidere, & si penitus explores, deũ odio habere, à bono optimo alienari inq; peius uergere.

ROF. Tuã procul dubio uerbis istis taxas increduliatẽ. Quid nõ aduertis teipm peccatricis carnis igeniũ amplecti, qñ ppter sensus iudiciũ uerbo Chr̃i nõ credis? An nõ tibi hoc est, mendacissimæ expositioni tuæ placens, deo diffidis, & eius uerba contra genuinũ eorũ sensum detorques? dei beneuolentiam istã ineffabilem auersaris, q; tua cæca ratio nequeat ei credere. Sicq; magis ac magis ab optimo bono teipsum alienas, & quotidie uergis in peius.

G OECO. Nihil fere, & parum promouit deus promittendo, minandoq;, adeo benigniter ad se uocans. Promittit: uiuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et iterum: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.

ROF. Si hoc suffecerit, superuacanea sunt multa, quæ Chr̃us
Mat.28 fieri iussit. Quid ergo Chr̃us baptismũ instituit, si sola sufficiat ad deũ conuersio. Sed neq; uere conuerteris teipsum ad deũ, nisi paratus fueris agere credereq; cætera quę per scripturas ille fieri mãdauit.
Iohã.3 Mandauit aũt & baptismũ & eucharistiæ manducationẽ, pro
Iohan.6 qbus si cõgrue digne fierẽt ingẽtia pollicitus ẽ, & cõtra si cõtemnerent cõminatus ẽ horrẽda. Quãobrẽ & p̃ter cõuersionẽ ad deũ necessarius est baptismus, necessariũ & eucharistiæ sacramentum.

H OECO. Maledictus aũt Cain in nobis clamat: Maius est peccatũ, q̃ ut ueniã merear. Et non respiciens ad misericordiã dei: sed ad opera sua, inquit: Vnde recipiam uitulos in holocaustum? Qua pœna rependam? Quis intercedet pro me?

ROF. Non est q; dixeris istud opus esse nostrũ: nẽpe carnem Chr̃i in eucharistia, sed ipsi9 Chr̃i potius. Ipsi9 eñ opus est, & ex immensa benignitate seipsum ita nobis in hoc sacr̃o præsentem exhibuit.

buit. Et certe quoties ad hoc opus digne respicimus, solidiores efficimur in spe misericordiæ dei. Quã sanè tantã ex hoc tam excellenti bñficio cõperimus, ꝙ quisquis istud digne pẽsitauerit, nunq̃ cum ipso maledicto clamabit. Maior est iniquitas mea, q̃ ut ueniã merear. Superat em̃ ista benignitas oẽm & magnitudinẽ, & multitudinẽ iniquitatũ nostrarum, & potentissime cõprobat se nobis resipiscentibus nihil negaturum.

Solidi efficimur in spe ex communicatione

Gene, 4.

OECO. Et quia aliud quærimus, q̃ uerbum dei, om̃i semel solatio excidimus. Nolumus benedictionem, quid ni maledictioni essemus obnoxij? Quis digne deploraret nostram miseriam. I

ROF. Semp eo relaberis, ut nobis aliud recipi, q̃ uerbũ dei, nec aliud certe recipit, qui hoc sacrm̃ recipit, q̃ uerbũ dei, qñquidẽ & in hoc sacro uerbum ipsum dei subsistit incarnatũ, queadmodũ & uerbo dei scripto dilucide nobis indicatũ est. Q; si pter uerbũ dei scriptũ, nihil quæri poteris, neq; baptismus (ut diximus) à quoq̃ est quærendus. Q; si uelis affirmare, ptinus ex ipsis scripturæ uerbis condemnaberis Nã & ipsa palã docent baptismũ om̃i Christiano necessariũ esse. Docent itidẽ & his qui digne comedunt eucharistiã uiuificantẽ & uegetantẽ gratiam esse conferendam.

Verbum dei recipitur in eucharistiæ sumptione

¶ Præter verbum & promissiones, ipsa morte Christi nos ubertim pasci, libenter admittimus. Caput. XVIII.



At qui pater optimus, p̃sentissimo consilio, nobis subuenit, uolens æternũ uerbũ qđ est ipse filius incarnari & humiliari usq; ad mortẽ crucis, ne quis ulterior sit locus diffidentiæ, & ut om̃is qui credit in eum, uere pascatur non siliquis, ut filius ille prodigus, sed uere inquàm pascatur, æternamq; habeat uitam.

OECO. A

ROF. Sed hoc te fugit Oecolãpadi, ꝙ nõ quæuis credulitas ad hoc sufficiat, ut illo pascat̃ cibo. Põt ei falli, p defectũ efficacis fidei, ut supra diximus. Interroga nõnullos ex eis, qui uel adulterijs, uel alijs grauibus flagitijs immiscent sese. Num credant Chr̃m uere passum in cruce? Respondebũt se certissime credere. Veruntñ apertũ est eos nequaq̃ ipsa carne pasci. Oportet igit̃ ut præscribas nobis, quæ & quanta fides sufficiat. Quod ubi feceris, adhuc multi subdubitabunt secum, an talem & tam efficacẽ fidem assecuti sint.

Iohan.1 Iohan.6 Mat.26 Lucæ.15. Iohan.6

Quamobrẽ ut tollat omis scrupus, si qs cũ animo credẽdi & cauẽdi à peccatis, hũc cibũ sumpserit iam securus erit se uerbũ qđ pro nobis caro factũ fuerat, una cũ ipsa carne uere manducasse. Neq; sili quis hic pascetur, aut communi pane, qui non est magni momenti res, sed pane illo qui de cœlo descendit, & qui uitam præstat ęternam, uere & citra omnem ambiguitatem pascetur.

B OEC. Suffecisset qdẽ uerbũ, uel p pphetarũ minimũ, ad pascẽdum nos, ni tã infecti & rebelles fuissem⁹, sed pr sigillo q̊q; oĩm certissimo nobis cõfirmare uoluit misericordiæ suæ pmissionẽ, qualẽ nemo petere auderet: nẽpe morte unigeniti filij sui: qua testamẽtũ nrm cũ deo ita sancitũ, ut certi simus, nõ ulrra irritabile, ruptumq; chirographũ, q̊d cõtra nos, & affixũ cruci, nõ ultra terribile.

Li.3.ca.15.D Præter uerbum dei & mortẽ Christi alia ad salutem necessaria.

ROF. Superius colligere molit⁹ es sufficere debere nobis, uerbũ & pmissiões qbus pascamur. Nũc aũt adijcis & mortẽ Chri nobis esse necessariã. At nos & hæc recipimus, & p̃ter hæc etiã affirmamus, oportere nos & carnẽ eius edere, & sanguinẽ bibere. Nam quantũ ad mortẽ Chri creditã, pares nobis fuerunt ueteres instrumenti pres. Sicut eñ ipsi credimus Chrm esse crucifixũ, ita pariter & illi crucifigendũ crediderũt. Sed & uerbũ & pmissionẽ dei, si nihil aliud ad pastũ animarũ nostrarũ, ut uos contẽditis, exigat, pariter nobiscũ habuerũt cõia. Nos tñ ex eo longe pręcellimus eos, q nobis ista pmissio re ipsa cõpleat, quẽadmodũ illis nõ contigit. Nos igit carnẽ istã accepimus, quæ tm̃ illis pmissa fuerat. Hanc illi corpaliter edere nõ potuerũt, quippe quæ nondũ extabat. Nos uero corpaliter edimus, in quo lõge p̃cellimus eos, ppter quod & Petrus primo capite eplæ prioris, ubi de pphetarũ uaticinijs locutus fuerat, ait: Quibus & illud reuelatũ est, q haud sibiipsis, imò nobis ministrarẽt, hæc quę nũc annunciata sunt. Ecce non p seipsis nec ad suũ cõmodũ illa tunc acceperũt: sed p nobis, & ad utilitatẽ nostrã. Tanta certe fuit erga nos, & tam immensa Chri benignitas ut pridie q̃ esset p nobis carnẽ suã tot molestijs & ærumnis expositurus, eandẽ carnẽ in sacro reliquit, qua uescẽtes, oĩnino certi redderemur, eodẽ ipso uerbo nos uesci, qđ olim carnẽ accepit, eodem etiã corpe, q̊d pro nobis pepẽdit in cruce. Crucifixus utiq; p nobis & immolatus in cruce fuit agnus ille uerus. Quãobrẽ & idẽ seipm à nobis realiter edi uoluit, ut agno illi typico p oĩa responderet.

Satis

Satisfecisset utiq; fidei ueterum (si nihil præter fidem exigeret) ipsius agni iam occisi spectaculũ dũtaxat, quo & Chrus occidendus figurabat. Sed quia ueteribus etiã illis non solã fidem insinuant: uerumetiam ipsum agnũ corporaliter edi uoluit, ita pariter & nobis, præter fidẽ crucifixæ carnis, eandẽ nobis realiter edendã exhibuit atq; id sub specie panis & uini. Nam caro sub specie panis & seorsum sanguis sub specie uini, sumẽda nobis, non spectanda solũ ꝓponunt. Q, aũt dicis testamentũ ipsum ita sancitũ esse, ut ultra nõ sit irritabile, uerum dicis, si quantũ ad totã Christianorum multitudinẽ spectat, intelligas. Cæterum non ita quantũ ad singulos. Ratũ equidẽ est his, qui cũ fide mandata dei seruant, at ijs, qui sic ea transgrediunt, ut postea nunq̃ resipiscant, testamentũ ipsum haud dubie nihil proderit. Veruntamen si quis huius testamenti sanguinem uiolauerit, postea resipiscens reconciliari potest, & de sua recõciliatiõe per huius carnis & sanguinis esum, certus oĩno reddi. Testamentum quibus prosit.

C

OECO. Qui nũc incredulus ẽ, & deũ nõ credit placatũ, qua ratione tandẽ credulus futurus est? Cur nõ spectat manus & pedes resurgentis? Cur nõ apponit manũ ad latus? Cur nõ uidet obsignationẽ ut sic credendo spiritualiter manducet, animamq; refocillet?

ROF. Non potest recte credere, placatum sibi deũ, quisquis peccandi ꝓpositũ non abiecerit. Spectet quantũ uelit manus & pedes resurgentis, apponat & manũ ad latus, nisi peccatis uelit renũciare, spes quã concipit, præsumptio est. Sed & eũ qui iam abiecit, metus adhuc aliquis tenere potest, quũ dicat Paulus: Qui aspernatus fuerit Moysi legẽ absq; misericordia sub duobus aut tribus testibus morit, quãto putatis peioribus afficiet supplicijs, qui filium dei cõculcarit, & sanguinẽ testamẽti, ceu rẽ ꝓfanã habuerit, p quẽ fuerit sanctificatus, & spm grãe cõtumelia affecerit. Hæc utiq; tria cõmittit, is qui post acceptã ueritatis euãgelicæ cognitionẽ, relabitur in peccatũ. Quobrem ut idem ad uerã spem renouet, non parum confert huius sacramenti fides, in quo tanta benignitate Christum se miseris peccatoribus offerre contemplatur, ut post tã graues offensas, etiam post illius olim effusi sanguinis contemptum, eos omnes dignetur sui corporis & sanguinis efficere participes. Non est dubium quin hęc tanta benignitas multas animarum myriades à præcipitio desperationis eripuerit. Hebræ. 10. Fides eucharistiæ confert ad spem renouationis.

Oecolam

D OECO. Deus nõ esset de⁹, si sic fideliter se requireřti, panẽ de- negaret, postq̃ nos nõ iuramento tm̃: sed & obsignatione per mortem filij sui de sua erga nos misericordia certiores reddidit.

Deus ueritatem promissionis firmauit sacramento eucharistię

ROF. Profecto deus non esset deus, si non uerax fuerit & promissi seruator. Quamobrem & sola dei promissio sufficeret homini magna fide prædito. Sed quia nouit deus multos fore, qui fide uacillarent, nõ solũ ꝓmittere uoluit: sed ꝓmissionẽ suã iureiurãdo cõfirmare, sigillo quinetiã sacramenti huius idipsum consignare, atq; ita deniq; subscribere sanguine filij sui, quo nemo nisi q palã obstinatus esset, de ꝓmissionibus & misericordia dei non fieret certior. Cæterũ de his loquor qui bona mente præditi sunt, & ecclesiæ catholicæ se coniunxerũt. Neq; eñ ad eos ista spectãt, qui sanctæ matris ecclesiæ uiscera, per discordias & cõtentiones rũpunt. Sed neq; ad hæreticos, qui pestifera dogmata, cõtra sacrorũ conciliorũ & sanctissimorũ patrũ decreta, asserere non uerent. Requirãt isti, & illi deum, quanta uelint fide, nisi prius à discordis, & erroribus utriq; respuerint, nunquàm assequẽtur, quod sequuntur.

¶ Neque uerbo, neque promissionibus excludi carnis esum in eucharistia confidenter asserimus. Ca. XIX.

OECOL. A



Constat neminẽ dubitare, quin ditissimus, ueracissimus ac optim⁹, ex malis hoĩbus pater, ꝑiclitantib⁹, & in ipsius promissis confidentibus seruis, res minimas & ut ita dicam, nihili à se ꝓmissas præstet: postq̃ testatus fuit cæde filij beneuolentiã. Quid eñ negaret, qui filium tradit? Quãto facilius dares pauperi nummum, quàm pro flagitioso inimico, occidendum dilectum filium? Quid conferes cum morte unigeniti? & precio inæstimabilis sanguinis.

Eucharistia non est res inutilis

ROF. Nihil agis Oecolãpadi, imò frustra moliris, ut superuacaneũ & prorsus inutile sacr̃m istud nobis existimetur. Suffecisset utiq; pijs & fidelibus, ipsa dei nuda ꝓmissio. Neq; tñ ob id supfluũ haberi debuit iusiurandũ postea factũ. Sed & post iusiurãdũ ipm Chr̃us tandẽ & incarnatus fuit, & mortuus. Cæterũ ut ꝓpter promissionẽ & iusiurandũ nõ frustranea reddita fuerat Chr̃i mors, ita nec ꝓpter Chr̃i mortẽ sacr̃m istud corpis & sanguinis Chr̃i, ceu res quædã inutilis existimari debet. Nã sunt adhuc quidã adeo desperati, ut nec istis oĩb⁹ ad spem uiuã erigant, Cæterũ ut ad te iã ueniã.

Oecolam-

Oecolampadi. Si credas patrẽ pro te filiũ tradidisse, & de filio nihilominus indigna credas, uti fecit Arrius, qui filiũ negauit eiusdem esse substantiæ cũ patre, num non merito reijciẽdus es, & nõ consequuturus quæ postulas? Profecto: Nec lõge dissimili, imò fortassis maiori laboras ingratitudine, q̃ Arrius, quũ tu uerbis Chri super hoc sacro non adhibeas fidem. Nam ille pro sua hæresi uerbis Chri satis apertis innitebat, his uidelicet, pr maior me est. Tu prorsus è diuerso uerba Chri (quæ sunt aptissima) cõtra totius ecclesiæ sensum pessime detorques etiã indigna Chro pdicãs. Nã indignissimũ est negare, tantã illi inesse charitatẽ, ut seipm in sacro nobis det, qui sese dedit olim p nobis in cruce, qñquidẽ in cruce grauissima tormẽta passus fuit, à quibus hic est prorsus immunis.

Oecolampadius superat Arrium ingratitudine

OECO. Cõdonatio peccatorum, largitio diuini spũs, uita ac felicitas æterna, incõparabilia dona sunt, & quæ nra incredulitas petere nõ auderet. Sed parua uident & sordescũt, si filiũ traditũ cogites. Vltra igit nõ est qd ambigas te receptum, mõ p filiũ petas. Satis roborat spes illo signaculo, unico qdẽ, sed ineffabiliter summo. B

ROF. At quanta est ista ingratitudo, ut quũ plura sint pposita spei tuæ adminicula, sic uni adhæreas, ut cætera dãnes. Nã qd uni non pdest, pdesse nihilominus alteri poterit. Tibi si mortis Chri recordatio sufficere uideat, nõ ppter ea nobis est subtrahẽdus huius sacri fruct⁹. Tãta certe fuit Abrahæ fides, ut ei uel sola pmissio diuina suffecerit. Post Abrahã uero qbusdã alijs, nec iusiurãdũ etiã adhibitũ pmissioni satisfecit. Post hos & alij reperti sunt, qb⁹ nec sanguis effusus in cruce quicq̃ cõtulit. Et sunt adhuc quidã adeo saxei ut nec istud insigne beneficiũ qcq̃ ad spem excitet, ĩ q̊ nõ solũ rememoratio fit sanguinis illi⁹ effusi: uerum etiã ipm corp⁹ & sanguis nobis edẽda proponunt. Quare nihil horum infirmiorib⁹ animis debet subtrahi. Iuuãt em hæc oĩa se mutuo. Sicut em pmissioni iusiurandũ nihil oĩno derogat, necq; iuriiurãdo Chri mors & sanguinis effusio detrahit quicq̃, ita nec sacrm istud illis q̃uis officit pacto, quin corroborat poti⁹ oĩa priora. Quũ em ipsi q morientẽ in cruce nõ aspexim⁹ hic nihilomin⁹ ex indicibili benignitate: psentẽ in eucharistia fide contuemur, & sese nobis offerentẽ in cibũ, ut eũ ceu uerum agnũ pro nobis occisum edamus, & carnẽ eius carni nræ connectamus, ingentis reuera fiduciæ non leue, nobis incentiuum.

Gene. 15
Gene. 17.

Eucharistia corroborat pmissionem & iusiurandum ante mortem Christi

¶Caro licet non ingrediatur animam pascit eam, sua præsentia nihilominus Caput. XX.

OECOL. A  T ita Chrs quidē est panis de cœlo nos p̄sens: sed mūdus mortu⁹ erat, & nō capax uerbi, donec carnē suam sanctissimā in spū sancto obtulit pr̄i, ꝑ nobis orās, ut saltē ꝑ mortē crederemus, q puris uerbis credere noluimus.

ROF. Et ex hoc rursum colligere poteris, nō supuacaneū esse sacr̄m istud. Nam & si mundus nō erat uerbi capax ante carnis immolationē: ipsi tamen Apl̄i per miraculoꝝ euidentiam Chr̄i uerbis haud dubie crediderunt. Neq; tamen ipsa mors Apostolis erat supflua, quanq̄ antea propter ipsa miracula credidissent. Et quid mors ipsa profuisset, si non ex resurrectione subsequenti, diuinitatis eius fides fuisset confirmata. Adhuc & Thomas, q post audita uitæ uerba, conspectaq; tot & tam dilucida miracula, morientē uiderat, audieratq; resurrexisse, non tamen istud ante credidit, q̄ & pedū & manuū cicatrices corā fuisset conspicatus, simulq; manū suā in latus misisset Chr̄i. Postq̄ igit Chr̄us ita seip̄m humiliasset Thomæ, ut eidē sua uulnera contrectanda ꝑmiserit, iam ex incredulitatis suæ duritia pudefactus, ille clamauit: Dn̄s meus & deus. Q; si duricies tanta cuidā ex ipsis Apl̄is Chr̄i contigit, donec ipsum Chr̄i corpus contrectasset, quid moliris hoc ipsum corpus auferre nobis, qui nō uidimus aut in cruce mortuū Chr̄m, aut eundē à morte resuscitatū? Affectares potius hoc ip̄m exhibere cōtrectandū, & edendū saltē infirmioribus, & his q Thomæ siles sunt, quēadmodū ex immensa sua charitate, Chr̄us id nobis reliqt ad nr̄æ spei, consolationisq; solidissimā corroborationem.

(Iohā. 2 & alibi; Iohan. 20.)

B OECO. Et facta est caro Christi panis, qui animam satiet.

ROF. Factus utiq; panis iste fuit in utero uirginis, & diu anteq̄ pateref, ac ꝑpterea dixit: Ego sum panis qui de cœlo descendi. Et rursum: Pater meus dat uobis panē de cęlo ueꝝ: nēpe Chr̄m ip̄m, corā p̄sentē. Et hæc diu ante crucē dicta fuerāt. Cæteꝝ & tunc pollicitus ipse quoq; fuit, se p̄terea datuꝝ panē. Et panis (inquit) quem ego dabo. Idem om̄ino panis fuit, quem tum dedit pater, & quem Chr̄us postea se datuꝝ pollicitus fuerat. Sed qm̄ alio modo daturus eundē fuerat, nēpe sub specie panis: idcirco dixit Panis quē ego dabo. Cæteꝝ, ne quis dubitaret hunc panē, eundem esse quē ante

(Matth. j; Lucæ. j; Iohan. 6)

dedit

dedit pater, affirmat ipsum panem carnem suã esse. Panis (inquit) quem dabo, caro mea est. Præter hæc, ne quis existimet & hãc eãdem fuisse dationem, qua se dedit ad mortẽ: postq̃ pollicitus fuit se datu℞ panem carnis, subiungit: ite℞ se datu℞ eandẽ carnem pro salute mundi. Quam dabo (inquit) ꝑ mũdi uita. Dedit itaq; pater uerbũ suũ sub spẽ carnis uelatũ, ceu panẽ hominibꝰ quo fide spiritualiter pascerent. Dedit & Chr̃us postea uerbũ idem incarnatum hoc est seipsum, sed sub specie panis obtectum, quo non sola fide: ue℞ etiam realiter Apostoli uescerent. Postremo carnem eandem (quę tunc in cœna specie panis obtegebatur) morti crucis dedit, in qua ceu uerus agnus occisus fuerat, ut agno figurato per omnia responderet.

Aliter pater dedit panem, aliter filiꝰ.

OECOLAM. Puerile alioquin & ineptum est opinari quod in animam nostram ingrediatur caro. Quomodo em̃ anima capax est carnis, quę nõ ẽ corporea, nec locum p̃bet corpori: caro autem non est, nisi in loco. C

ROF. Hoc tuum commentum est, ꝙ Chr̃i corpus, quum editur, animas ingredit̃ nostras, quo facilius alios quibus id absurdum uidebit̃, circumuenias. Alioqui cur non ita citas authores, qui id dixerunt. Nos utiq; mentes nostras ea carne refici, nihil dubitamus, tametsi non recipiant eam intra se corpaliter. Nam ut ista caro fuit olim in patrandis miraculis deitatis organũ, ita & nunc eadẽ Chr̃s utit̃, ad pascendos ac reficiẽdos animos nr̃os, quũ eis approximet̃. Verbi certe (cui caro coniuncta est) capacem animũ esse nemo dubitat. Quare cum & idem animus ꝑ fidem certus redditur, de præsentia carnis, cui credit uerbũ ipsum inseparabiliter esse coniunctũ lõge securius hoc uerbo pascit̃, q̃ aut scripto aut ꝓlato uerbo, quo solent hæretici plęrunq; ꝑperã abuti. Carnẽ ita Chr̃i dicimus animam, non sua mole penetrare, sed uirtute quadã reficere, quã & immittit menti, imò toti homini, ceu diuinitatis organũ. In qua re uel Cyrillũ audias. Sic em̃ ait sup Iohannẽ cap. 14. 4. lib. Audiãt hęc qui ex arrogantia nondũ Chr̃i fidem suscipere uolunt: Nisi manducaueritis (inquit) carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitã in uobis. Non em̃ possunt cum sanctificatione beatæ uitæ fieri participes, qui ꝑ mysticam benedictionem Iesum non susceperunt. Vita enim secundum naturã ille est, qui ex uiuo patre genitus est: sed non minus corpus quoque suum uiuificat.

Caro, licet nõ recipiatur, in mente ea℥ tamen reficit.

Cyrillus asserit corpꝰ Chr̃i sti totum hominẽ reficere Iohan. 6

Coniunctũ eñ ineffabiliter est filio dei, à quo uniuersa uiuificant. Idcirco corpus suũ dicit, & unus cum eo est: nempe post incarnatione un⁹ est, & unus manet absq; diuisie ulla, prçterq̃ qđ dei patris uerbũ, & templum à uirgine sumptũ, idem natura non sunt. Non eñ est eiusdẽ substantiæ uerbo dei hõ assumptus: unus tñ cũ illo est cõiunctiõe ineffabili. Qm̃ igit saluatoris caro, uerbo dei (quod naturaliter uita est) cõiuncta, uiuifica effecta est, qñ eam comedimus, tunc uitã habemus in nobis, illi coniuncti, quæ uita effecta ẽ.

Christ⁹ tactu suæ carnis fecit miraculũ.

Hac de causa in exuscitandis mortuis, non solũmodo uerbo atque iperio, ut deus utebat: ue℞ etiã carnẽ suã quasi cooperatricẽ nõnũq̃ adhibebat: ut re ipsa oñderet carnẽ quoq; suã, qm̃ sibi coniuncta est uiuificã esse, atq; fideles doceret, suũ, non alterius corpus esse.

Marci. 5

Nam qñ synagogæ principis filiolam suscitabat, manu meius apphendit (ut scribit) & erexit dicens: Puella surge, ita ut deus & uerbo & carnis suæ tactu, eam excitauit uiuam ab uno se Chrõ, deo uidelicet atq; homine, operationẽ pducens. Qñ etiã ciuitatẽ, Nain

Lucæ. 7.

uocatã, ingrediebat, & efferebat unigenitus mris filius, iam mortu⁹ tetigit corpus eius dicens: Adolescens tibi dico, surge: Non ergo, uerbo solũ semp (ut diximus) ue℞ etiam tactu mortuos excitabat, ut oñderet corpus quoq; suũ uiuificare posse. Q; si solo tactu suo corrupta redintegrãt, qũo non uiuemus qui carnẽ illã & gestamus & mãducamus? reformabit eñ oñino ad immortalitatẽ suã participes sui. Nec uelis Iudaice. Qũo quærere, sed recordare, quãuis naturaliter aqua frigidior sit: aduentu tñ ignis frigiditatis suæ oblita æstuat. Hoc sanè modo nos, quãuis ,ppter naturã carnis nostræ corruptibiles simus, participatõe tñ uitæ, ab imbecillitate nr̃a reuocati, ad ,pprietatẽ illius, ad uitã reformamur. Oportuit eñ certe, ut non solũ anima per spm̃ sanctũ in beatã uitã ascenderet: ue℞ etiam ut rude atque terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatẽ reduceret. Nec putet ex tarditate mentis suæ Iudæ⁹, inaudita nobis excogitata esse mysteria: uidebit eñ si attentius quærit, hoc ipsum à Mosis tpibus p figurã semp factitatũ fuisse. Quid eñ maiores eo℞ ab ira Aegyptio℞ liberauit, qñ mors in primogenita Aegypti sçuiebat? Nõne oñibus palã est, quia diuina institutiõe pdocti, agni carnes mãducarũt, & postes ac suplimi-naria sanguine perunxerunt: propterea mortem ab eis diuertisse?

Exodi, 12

Perni

Pernicies nanq;, id est, carnis huius mors, aduersus genus humanũ ꝓpter primi hominis transgressionẽ furebat. Terra em̃ es, & in terram reuerteris, propter peccatũ audiuim⁹. Verũ qm̃ ꝑ carnẽ suam Chr̃s, atrocẽ hunc euersurus erat tyrãnũ: ꝓpterea id mysteriũ apđ priscos obumbrabat, & ouinis carnibus atq; sanguine sanctificati, (deo ita uolente) perniciem effugiebãt. Cur igit ô Iudęe turbaris, si Chr̃s dicit: Nisi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs & biberitis sanguinẽ eius, nõ habebitis uitã in uobis, cũ oporteret Mosaicis te legibus ĩstitutũ, & priscis umbris ad credẽdũ ꝑdoctũ, ad ĩtelligẽda hęc mysteria paratissimũ esse. Hactenus ipse Cyrillus. In quibus uerbis intelligis lector quũ alia plurima, tum ꝙ nobis p̃cipuũ institutũ fuit, carnẽ Chr̃i uelut organũ diuinitatis uitã p̃stare cunctis eã edẽtib⁹. Verbũ igit carni coniunctũ animã ingredit, & caro carni nr̃æ copulat, atq; ita totus homo rapit & transformat in Chr̃m. Sed & mẽtes pioꝝ ex p̃ntia carnis huius uelut adipe quodam, & pinguedine deuotiõis replent. & saginant ineffabili quadã suauitate. Neq; em̃ caro Chr̃i in carnem nr̃am uertit (ut sæpe diximus) ac multo min⁹ in mentem, sed illius caro nostrã carnem adunat sibi, & eã incorporat Chr̃o atq; ita per Chr̃m totus homo coadunat patri.

Gene. 3. Iohan. 6. Eucharistia incorporat nos Christo, non Christum nobis.

OECO. Insuꝑ ut Augustinus suꝑ Genesin. li. 7. cap. 12. dicit: Om̃e corpus in om̃e corpus mutari, nõ defuerunt, qui assererent. Corpus aũt aliquod conuerti in animã, fieriq; incorporeã naturã, nec quenquàm sensisse scio, nec fides habet. D

ROF. Inaniter ista iacula uibras, quæ neminẽ tangunt. Nemo tam crassus est opinor ut Chr̃i carnẽ existimet in aĩam uerti posse, quanq̃ (ut sæpe diximus) caro ipsa, quatenus diuinitatis instrumentum est, gratiam sacramentalẽ infundat animæ, qua & anima ipsa uegetatur, atq; reficitur & pascitur.

Diluitur obiectio qua molitur ostendere mentem fieri carneam, si carne uescatur. Ca. XXI.



Ræterea, si om̃e quod ex carne, caro est, si caro Chr̃i mãducatõis carnalis modo animã pascit: animã ergo carneam facit: & iam non perficit, sed infirmiorem reddit. OECOL. A

¶ Et istud etiam intentas frustra: Neq; enim carnem Chr̃i ꝑ modũ carnalis mãducatõis animã pascere dicimus. Nã digereret & conuerteret in carnẽ nostram, quod sæpe negauimus. ROFFEN.

Caro Christi nõ pascit carnaliter.

Nullus eñi calor, quantũuis ardens ipsam carnẽ immutare ualet. Sed ipsa nos immutat, & gr̃a sacr̃ali (quã infundit aĩæ) nos dulciter

B OECO. Animæ eñi expedit, ut spũalis eua- (in se cõuertit. dat ac diuina, quod assequit, unione gratiæ uerbi potissimum.

Eucharistia intimius iungit nos Christo q̃ alia sacramenta.

ROF. Euadit equidẽ anima spũalis & diuina, p hunc cibũ, qui licet caro sit, cibus r̃n spũalis est & spũaliter animã reficit. Refectio illa carnalis neutiq̃ est, sed spũalis & diuina, sicut & Tertullianus tuus palã testat, dicens: Caro n̄ra, corpe & sanguine Chr̄i uescit, ut & anima de deo sagineť. Sed quid moror lectorem? Hoc utiq; sacramentum p̃ cæteris om̃ibus sacramentis, nos intimius iungit, & unit Christo, hoc est uerbo dei incarnato, quod p hæreticos nullo pestiferæ interprætationis fuco potest adulterari.

C OECOL. Verba enim Christi uiuifica sunt, spirituales q; reddentia, siquidem in terram bonam ceciderint.

Verba Christi uere intellecta, uiuificant

ROF. Verba certe Chr̄i. iuxta sensum & spm̃ Chr̄i uiuificant animas, & spũales eas reddũt: sed uerba Chr̄i iuxta sensum & spm̃ hæreticorũ, uenenosis interp̃tatõibus illita, iam Chr̄i spm̃ amiserũt neq; spũales efficiũt animas, sed carnales, & uere mortuas, quẽadmodũ & de uobis exploratissimũ est, qui iam sub coniugij p̃textu

Gala. 6.

spurcis uoluptatibus carnis immergimini. Recte igiť de uobis Paulus: Qui seminat carne, de carne metet & corruptionẽ. Cæterũ & illis (qui syncerã uerborũ Chr̄i ueritatẽ acceperint) quũ alia certe, tum baptismus in primis necessaria sunt. Adde, q & panẽ & uinũ (ut tuis uerbis utar) haud frustra Chr̄us (ut à nobis edereniť) instituit. Quare desistas Oecolãpadi tãdẽ id moliri q̊d solo uerbo pascimur. Q̃nquidẽ id nemo nõ p̃spicit errorẽ esse cõpertissimũ.

D OECO. Quatenus aũt & carnis immolatõe confirmata, p̃nofcunť, quid reliquũ q̃ ut saginet, & pietate impinguẽt.

Discrimen inter Christum & uerba eius. Christus simul atq; uerba eius refici unt homines

ROF. Vtrũ te p̃cor, uerbo n̄ras animas saginari dicis, an Chr̄o qui fuit imolatus pro nobis? Neq; eñi opinor adeo crassus es, ut nihil inter Chr̄m, & eius uerba discriminis esse credas. Nã uerba ipsa cuiuis materiæ p nos cõmendari possunt, siuæ lapideæ seu papyriciæ, uerũ Chr̄us non ita. Sed & quũ dicas ea p immolationẽ Chr̄i confirmari, iam planè discrimẽ inter Chr̄m, & eius uerba statuis. Neq; nos inficiamur ipsa uera Christi uerba nostras animas suauitate quadã saginare, Saginat & mortis ipsius memoria, quando ui-

deli-

delicet pie cogitatur Christus pro nobis immolatus. At maxime saginat & impinguat idem ipse comestus à nobis, & corpori pariter ac animo coniunctissimus effectus.

OECO. O uere locũ pascuæ, dum in carne & sanguine tã delicate, tãq́ʒ opipare ꝓpositis, uerbũ & ꝓmissionẽ auide manducamus, credentes, quæ antea ꝓpter incredulitatẽ nauseabamus. E

ROF. Si libeat ad hunc modũ exultare, ꝓpter Chri mortẽ creditã dũtaxat, quanto magis nobis est iubilandũ, quibus ipse Chrus nõ solum edendũ corpus suũ dedit, quod in cruce mortuũ fuerat, uerũ etiã & fidem prębuit, qua istud citra quãuis hæsitationem, eius uerbo corroborati, credamus? Profecto nobis exclamare licet, & libet. O uere locũ pascuæ, in quo pſentia carnis & sanguinis Chri tã delicate pascimur, de quo & certissimi sumus. utpote uerbis ipsius Chri constãtissime solidati. Sed & hic aduerte lector, q̃ inuolute & intricate sua tradit Oecolãpadius, ita scribens: Dum in carne & sanguine tã delicate tamq́ʒ opipare uerbum & ꝓmissionem auide mãducamus. Ecce caro & sanguis tã delicate tãq́ʒ opipare ꝓponunt, ut uerbũ & ꝓmissio mãducentur auide. Verbum certe ꝓponitur magis, ut Christus palato nro sapiat. Cæterum si roges hominem, ubinam caro & sanguis, tam delicate, tamq́ʒ opipare proponuntur? nihil habet quod respondeat, nisi quòd non uere: sed in figura nobis proponantur, quum extra cœlum ille prorsus neget extare corpus aut sanguinem Christi.

Inuoluit omnia Oecolampadius

OECO. Hoc esu fidei statim exuim' uetustatẽ, morbos, famẽ infirmitatẽ, & molesta oĩa, & induim' iuuẽtutẽ, pulchritudinẽ, innocentiã, misericordiã, & cuncta quibus Christ' in se cõspicu' fuit F

j. Cor. 10. signabātur, nunc in specie & ueritate complentur. Et ideo ille, qui species figurarum, & ænigmatum differebat, dicit: Scimus autem quoniam patres nostri omnes sub nube ferunt, & omēs in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. Et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Vides quomodo ænigmate legis Paulus absoluit, & species ænigmatum docet, & dicit: Quia petra in ænigmate
Exo. 13 erat, apud Moysen, antequàm iungeret huic nostrę Aethiopissæ.
Iohan. 3. Nunc in specie, petra Christus est. Nunc em̄ os ad os loquit per le
Exodi. 16. gem deus. Antea in ænigmate fuit baptismus, in nube & in mari: nunc autē in specie regeneratio est, in aqua & in spū sancto. Tunc in ænigmate erat manna, cibus: nunc autē in specie, caro uerbi dei
Iohan. 6 est uerus cibus, sicut ipse dicit: Quia caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Hactenus Origenes: Vbi lector habes plurima, quæ nr̄o negocio planè suffragant. Primū, ꝙ ea quæ prius in figuris & in ænigmate designabant, nūc in specie & ueritate cō
Exo. 17. plent. Quam rem & docet tribus exemplis: nimirū petræ, maris, et mānæ. Petra qdē apud Mosen & Iudæos, figura quædā fuit, pro
Exo. 13 qua iam nobis Christus datur, ipsa ueritas. Nubes, & mare, fuerūt
Exod. 14 ibi figuræ quædam & ænigmata. Nobis autem p baptismū, ipsa
Iohan. 3 regenerationis ueritas tradit in aqua & spiritu sancto. Manna de
Exo. 16. niqꝫ cibus illis erat, sed in figura quoqꝫ. Figurabat em̄ eucharistia
Iohan. 6 cibum, ubi nos carne Chr̄i pascimur in ueritate. Cæterū & hic ad
Matth. 26 uerte lector, ꝙ Origenes ita uidet intellexisse Paulū, de petra cor
Marc. 14 porea, sicut & Augustinus interp̄tat. Quare qui uolet, hunc p illius
Lucæ. 22 interp̄tationem, facile excusabit. Mihi tn̄ expositio Chrysostomi
Supra lib. 2. cap. 1. A potius arridet, quum Paulus om̄ino sic sensisse uidet. Verū utcūqꝫ fuerit, Oecolampadius inde nihil assequit. Nam si tropus, aut in his, aut in aliis mille scripturarū locis comperiat, non ꝓpterea consequitur, ꝙ in illis Christi uerbis: Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, tropus aliquis admittatur.

Tertullianus sensit i eucharistia esse ueram carnem Christi.

¶ Tertullianus quū alias, tum in libro de resurrectiōe carnis, ad hūc modū scribit. Videamus nūc de ꝓpria etiā Chr̄iani nomis forma, quāta huic substātiæ friuolæ ac sordidæ, apud deū p̄rogatiua sit, & si sufficeret illi, ꝙ nulla oīno anima salutē possit adipisci, nisi

dum

dum ẽ in carne, crediderit, adeo caro salutis ẽ cardo. De qua cũ anima deo alligił, ipa est quæ efficit, ut anima alligi possit. Sed & caro abluił, ut anima emaculeł. Caro inungił ut aīa cõsecreł. Caro signał, ut & anima muniał. Caro man' impositõe adumbrał, ut & anima spũ illumineł. Caro corpe & sanguine Christi uescił, ut & anima de deo sagineł. Hæc Tertullianus. Vbi dilucide cernis, eũ asserere carnẽ nr̃am, uesci corpe & sanguine Chr̃i. Sed p̃ter hũc, alios itẽ locos inter cõflictandũ citauim', ex quib' plane cõstat eum sensisse ue℞ corpus & ue℞ sanguinem in eucharistia esse. Supra libr. 5. ca. 20. A. ca. 21. D. cap. 22. C. cap. 24. A. B. cap. 25. D.

¶ Irenæus etiam quinto libro aduersus hæreses ita scribit: Quãdo ergo & mixtus calix, & fractus panis pcipit uerbum dei, fit eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augeł & consistit nostræ carnis substantia, quomodo negant carnem capacem esse donationis dei, qui est uita æterna, quæ & sanguine & corpore Christi nutrił, & membrum eius fit: quemadmodum Apostolus ait, in ea quæ est ad Ephesios epistola: Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Non de spirituali aliquo et inuisibili homine dicens hæc: Spiritus enim, neq; carnem, neq; ossa habet. Sed de ea dispositione, quæ est secundum hominem, quæ ex carnibus et neruis consistit, quæ de calice, qui est sanguis eius nutrił, et de pane, qui est corp' eius augeł. Hæc Irenæus, quibus uerbis nihil apertius dici potuit, ꝓ testimonio carnis et sanguinis Christi in eucharistia. Irenæ' de eucharistia Ephe. 5 Luc. 24

¶ Ignatius martyr gloriosus, epistola ad Ephesios, eosdẽ in hũc modum hortał, ut crebri' comunicent: Festinate (inquit) frequenter accedere ad eucharistiã et gloriam dei. Quãdo em̃ assidue hoc ipsum agitur, expellunł potestates Satanæ. Et rursum ꝓpè calcem epistolæ: subdit frangentes panem, qui est medicamentũ immortalitatis, antidotum non moriendi: sed uiuendi ꝑ Iesum Christũ in deo, catharticum expellens malum, fit in uobis. Hæc Ignatius: Ecce eucharistiã appellat gloriã dei, et medicamentũ immortalitatis, antidotum uitæ, catharticum expellens malum. Propter q̃d et in ep̃la ad Romanos dicit: Panem dei uolo panem cœlestem uitæ, qui est caro Iesu Christi filij dei uiui, qui natus est in nouissimo ex semine Dauid et Abrahæ. Et potum uolo sanguinem eius, qui est dilectio incorruptibilis et uita æterna. Hæc ille. L Ignatius

Dionysius

¶ Dionysius, quanq̃ obscurius multa scribat, tñ ex his, quæ tradit, nr̃m institutũ plurimũ corroborat. Primũ eñ in fine tertiæ partis, secundi capitis, eucharistiã uocat cõionem deificam. Quo noĩe qd aliud sibi uult, q̃ ꝙ eucharistia, nos unum efficiat cum deo. Nã ut Cyrillus & Hilarius docent. Sicut Christus unum est, cum patre substãtialiter, ita nos eum edentes in hoc sacramẽto secũ unum facit, atq; id quidem substãtialiter ꝑ suæ carnis substantiã, quam in hoc diuino cibo nob impertit: nimirũ ut ita cũ eo facti substãtialr unũ cum patre quoq; silr unum efficiamur. Atq; ideo uocat eam Dionysius cõionem deificam. Rursum in prima parte tertij capitis eucharistiã appellat augustissimũ sacramẽtum, & sacramentorũ oĩm consummationẽ atq; sacratissimã in se cõtinere dignitatẽ. Rursum 3. pte. 3. capit. pces ad ipm sacrm dirigit his uerbis: O diuinũ penitus, sanctumq; mysteriũ obducta tibi significantiũ operimenta signorũ, dignanter aperiẽs, nobis palàm, atq; aperte lucesce, nr̃osq; spirituales oculos, singulari & aperto tuæ lucis fulgore imple. Et paulo post affirmat, quòd ꝑ imposita sacro altari uenerabilia signa Christus & signatur & sumitur. Hæc Dionysius.

Digne communicantes efficiuntur unũ cum Christo

Clemens papa de eucharistia

¶ Clemens uero qui Petro Aplo quartus (autore Hieronymo) successit, hac de re tradit in epl̃a quadam ad Iacobum, uetãs, ne clerici, qui residua corporis dñici, quæ in sacrario relicta sunt, edunt: ꝓtinus ad communes cibos accipiendos conueniant, ne putent sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualiculos digestus, in secessum funditur.

Bessario Cardinalis scripsit de sacramẽto altaris

¶ Meminit & Bessario Cardinalis Nicænus, natione Græcus, uir excellẽtis eruditiõis in opusculo (quod inscripsit de sacramẽto altaris) uerborũ seriem, quibus ipe Clemens in dicẽda missa fuerat usus ad hũc modum: Rogamus ut mittas spiritũ sanctũ tuum sup hoc sacrificium, qui efficiat hunc panem, corpus Christi tui, et qd in hoc calice est, sanguinẽ Christi tui. Idem Bessario recenset itidẽ uerba, quibus et Iacobus Aplus, in sacris faciendis utebat. Rogamus (inquit) ut spũs sanctus adueniens, sancta, bona, atq; gloriosa, eius præsentia sanctificet, & faciat hunc quidem panem, corp' sancti Christi tui, et calicem hunc, pręciosum sanguinem Christi tui. Istis consonãt Andreæ Apostoli uerba, quæ et in eius uita, tradũtur ad Egeam ab eo dicta. Omnipotẽti (inquit) deo, qui unus et ue-

Beati Andreę uerba de eucharistia.

rus est: Ego om̃i die sacrifico, nõ thuris fumũ, nec tauroꝝ mugiẽti
um carnes. nec hircoꝝ sanguinẽ: sed immaculatũ agnũ, quotidie
in altari crucis sacrifico. Cuiꝰ carnes: posteaq̃ om̃is populꝰ creden-
um manducauerit, & eiꝰ sanguinẽ biberit, agnus qui sacrificatꝰ est,
integer ꝑseuerat & uiuus. Et cum uere sacrificatꝰ sit, & uere carnes
eiꝰ manducatæ sint à populo. & uere sanguis eiꝰ sit bibitꝰ, tñ (ut di
xi) integer ꝑmanet & immaculatꝰ & uiuus. Consonãt & ea, quę de
Matthæo pariter in eiꝰ uita scripta sunt. Nam ibi tradit, ꝙ quũ ce- Matthæ. apũ
lebrata fuisset ab Ap̃lo missa, cæteris post missam ad sua redeunti corpus domi
bus, ille iuxta altare ꝑmansit, ut ubi fuerat corpꝰ dñicum ab eo con nicum necat.
fectũ, ibi consummaret & ip̃e martyriũ. Hæc ibi. Sed in primis ea
q̃ narrat de cœna dñica, totiꝰ huiꝰ negocij ueritatẽ corroborat. Nã
ex quo fuerat eiusdẽ cœnæ testis occulatus, meret præ cęteris, qui
tãtum auriti testes sunt, ut ei solidã adhibeamꝰ fidem. Interfuit em̃
cœnæ, uidit cuncta quæ gerebant, pariter et audiuit Chr̃m dixisse Matth. 26
hoc ẽ corpꝰ meũ, hic est sanguis meꝰ, de qua re latius in quinta par Marc. 14
te dicturi sumus. Iam dilucide ꝑspicis lector, quid ꝑ totius ecclesiæ Lucę. 22
decursum. i. ꝑ istos quinq; trecenarios, orthodoxi p̃res, de ueritate
corpis et sanguinis Chr̃i in eucharistia senserint. Et licet nullꝰ eoꝝ Autores ma-
orthodoxoꝝ, quos recensuimꝰ à ferendo in hac re testimonio re- gis præclari.
pelli debeat: nr̃a tñ argumentatio ꝓcedit ex his potissimũ, qui pri-
mo et sc̃do trecenario memorant. Nam in his nihil est q̃d, calũniari
queat, siue eruditionẽ spectes, siue scripturaꝝ exercitiũ seu uitæ san
ctimoniã: aut deniq; miraculoꝝ claritatẽ. Reliquũ est igit, ut quo-
let ecclesiæ catholicæ membrũ esse, et cũ ea saluari, fidẽ istis auto
ribus adhibeat, alioqui procul dubio periturus.



¶ Tria auctaria.

¶ Quæ res dilucidior fiet tribus auctarijs adiectis, quæ facile ꝑ priora colligi possunt. Tria auctaria

¶ Primum, quòd omnes isti, quos annumerauimus, uere corpꝰ & sanguinem in eucharistia crediderunt.

¶ Secundum, quòd ex alijs innumeris, qui prætermissi sunt, eo ꝙ eoꝝ libri non extent, nemo contrarium huius ueritatis aut scripsit aut docuit unquàm, de orthodoxis loquor.

¶ Tertium, ꝙ qui ueritatem istam non recipit, indubitanter ab ec clesia catholica separatus est, & æterna carebit salute. Hæc tria fa-

R cile col

cile colliges ex superioribus, modo perpenderis assiduā curā prm & ingentē sollicitudinē, quā singuli de pplo suę fidei cōmēdato gerebāt.
Primum ¶ Non em̄ opinor, quisq̄ existimat, hos p̄res fuisse desides aut somnolentos in cura Chr̄iani gregis: sed planè uigilantes
Omnes p̄reci pui authores crediderūt p̄sentiā Chr̄i in eucharistia
ac sollicitos: p̄sertim quū exploratissimū habuissent Chr̄ianorum animas, Chr̄i sanguine fuisse redemptas, seq; districtā, p eis, dē aliquando rationem reddituros. Quū igit haudquaq̄ ignorabāt, quāti periculi foret Chr̄iano gregi, si uel nō crederent p̄ntiā Christi in eucharistia: quum tn̄ reuera sic esset, uel ediuerso, crederēt ibi uelari Chr̄m, quū ipse nequaq̄ adesset. Nam ex illo, periculū contemptus, & summæ ingratitudinis imminebat, si munus tam eximium, à tanto & tam incomparabili principe donatū, non om̄i studio pariter & honore p̄sequerent. Ex isto uero, discrimen idololatriæ, hoc est adorationis creaturæ loco creatoris. Etenim si Christus assereret ibi præsens, quum reuera non adesset, quis ambigit quin fidelis populus, hoc audito & credito (quoties illud sacrificium ipsis p̄sentibus celebraret: ibi Chr̄m adorarent: atq; ita quis nō intelligit eos in horrendissimū idololatriæ crimen incidisse. Et certe patres, non adeo rudes erant & incircumspecti, ut huic tam ingenti periculo, totū Chr̄i gregē obnoxiū esse non aduerterent. Quāobrem & modis om̄ibus huic periculo, per eos occurrendū fuit: nempe ne suæ negligentiæ scelus tā execrandū imputaret. Cauendum
Mat. 26 igit fuit in primis, ne uerbū aliq̄d effutirēt: unde pplus ansam uel
Mar. 14 leuissimā arripere potuisset, quo Chr̄m ibi crederēt adesse. Neq;
Lucę. 22 istud solū, sed & pp̄ter euangelistaꝶ & Pauli uerba, quæ publice
1. Coꝶ 11 in ecclesiis lecta, Chr̄i corpus sub specie panis, & in calice sanguinem asserunt, necesse fuit diligētius admonere pplm̄, ne crederēt ibi ueꝶ esse corpus, & ueꝶ Christi sanguinē, neq; Chr̄m ibi ceu p̄sentem adorarent: neq; demū ipsi sacrificiū istud publicitus immolassent. Nūc igit, quū ex coꝶ libris p̄spicue cōstet eos ita scripsisse, docuisse, etiā sacrificasse, pariter & adorasse publice, quod & Augustinus psalm̄. 98. non uerel asserere faciēdum, cui iam nō erit p̄suasissimū, om̄es istos orthodoxos patres, ueritatem corpis & sanguinis Christi in eucharistia uere credidisse.
N ¶ Age iam & secundū auctariū similiter commonstremus: nē-
Secundum pe q̄ aliis innumeris patribus orthodoxis, qui prætermissi sunt, eo

ꝙ eorꝝ libri non extent, nemo contrariũ unq̃ docuisset. Quũ enim tot p̃stantissimos, quorꝝ testimonia citauimus, iam solidissime constet, hanc ueritatẽ firmiter credidisse. Cui non erit exploratissimũ, si negaretur hæc ueritas à quopiam, quanticunq; fuisset authoritatis, quin pro uigilanti studio, quod Chr̃iano gregi curando semper impendebant, singuli ꝓ uiribus palàm restitissent. Quis enim ignorat, quantum illi semper & acerrime quidem hæreses protinus, ut exurgerent, insectabantur: & eas quæ longe tolerabilioris erroris erant, q̃ ista sit, quippe quæ perniciosissime tam apertis ipsius Christi uerbis abutitur, etiam in re tanti ponderis unde pendet totius ecclesiæ solatium, & fructus incomparabilis. Nam inter eos haud pauci fuere, qui libros conscripserant, in quibus nihil aliud agebatur, q̃ de hæresibus. Nec suboriri quisquàm potuit alicuius hæreticæ prauitatis author, quin ꝓtinus, ut emergere cęperit, redargueretur ab omnibus. Quum igitur id fecerint in leuiculis erroribus, non est uerisimile, quòd tolerassent quenquàm in re tãti periculi quidpiam erroneum, uel scribere uel docere, ꝙ illi non protinus impugnarent. Et ut certo lector intelligas, ita se rem habere, quędã subijciemus. Exempli gratia: Scribit Theodoret⁹ apud historiã tripartitã, quosdã exortos Valentiniani Cæsaris tpib⁹ hæreticos, qui dicti sunt Massiliani, haud recte de eucharistia sapiẽtes Affirmabant (inquit) cibũ diuinũ, de quo Chr̃us ait: Qui comedit carnẽ meã, & bibit meũ sanguinẽ, uiuet in æternũ, neq; lędere neq; ꝓdesse quicq̃, qđ & ꝓpemodũ iam asserit Oecolampadius. Lege locũ, & uidebis in eius sectam, ꝓpe quadrare cætera. Nam idẽ etiam negabãt baptismi sacramẽtum quicq̃ utilitatis afferre Chr̃ianis: sed solã orationẽ sufficere dicebant. Verꝝ hi, statim p uicinos episcopos conuicti, damnabantur. Post hos & Nestorius, qui sapere contra ueritatẽ carnis in eucharistia uidebatur, per ducentos patres in Ephesino concilio congregatos, monitus fuit resipiscere, q̃d nisi fecerit, anathemate feriẽdũ, ĳdẽ cominabãtur. Surrexit postea Berẽgarius, qui de eucharistia similiter (ut alibi diximus) pestiferũ dogma suscitauit: sed mox p Lanfrancum Cantuariensem Archiepiscopũ, in concilĳs aliq̃t erat confutatus, & hæresis eius condemnata. Post hunc Petrus Abelardus: uir ingentis supercilĳ quàm primum de hoc sacramento perperam scribere cœperit à beato

Nullus catholicus unquã docuit Christum non esse in eucharistia

Massiliani male de eucharistia sapiebant

Iohan. 6

Nestorĳ circa eucharistiam error damnatur.

Li. j. ca. 27. C. & prolo. 3. li. E, & li. 3. ca. jz H, & sup. eodem prolo. E

Petri Abe. error de eucha.

Bernardo ꝑtinus accusatus, manifeste conuincebat. Post hũc, adhuc Wiclesus eandẽ hæresim publice docuit quã & nunc Oecolampadi⁹ profitet: sed confestim in eum reclamatũ est ab omibus, atq; tandẽ error ei⁹ duob⁹ concilijs prm cõdemnatus erat. Ex istis itaq; facile conijcies lector, neminem ex illis qui ꝓ orthodoxis habiti sunt fuisse, qui publice uel scriberet uel doceret, nõ esse uerum corpus Christi in eucharistia.

Vuiclefi, error de eucharista

O ¶ Iã oñdamus & tertiũ: nẽpe ꝙ qui ueritatẽ istã non credit, is ad ecclesiam catholicã minime ptinet, neq; particeps erit salutis æternæ Nam certissimũ est ex his, quæ diximus, omes orthodoxos pres, tam recentiores q̃ priscos, Chrm in eucharistia credidisse, pariter & hoc ipm docuisse publice, neq; istud solũ: ueꝝ etiam Chrm in eucharistia pri sacrificasse, simul & eundẽ Chrm adorasse, in eodẽ sacrificio. Quũ igit uniuersus pplus Chrianus frequenti⁹ audierit illos patres, ad hunc modũ publice docuisse, conspexeritq; crebrius eosdẽ sacrificasse, pariter & adorasse, nõne uerisimile est quotquot ex ijs fideles pijq; fuerãt, ita similiter & credidisse & adorasse, quẽadmodum ipsi pres instruxerant eos, uerbo pariter & exẽplo. Inde quoq; manifeste colligit, ecclesiã totã catholicã, eandẽ ueritatẽ firmiter credidisse. Nam quid aliud est ecclesia catholica, nisi corpus unum, ex plebe, pribusq; collectũ, ubicunq; fuerint ꝑ orbẽ sparsi? Quando igit cõpertũ est plebẽ una cum patribus, ꝑ totius ecclesiæ decursum ita credidisse, nemo dubitare põt, quin huius ueritatis fides, totius ecclesiæ catholicæ fides cõis fuisset. At quisquis non cõmunẽ totius ecclesiæ fidẽ recipit, is fide uera careat necesse est. Nã qui discredit in uno, sicut & Oecolampadi⁹ affirmat, in nullo credit. Quare ꝑfidus est, quisquis alicui parti fidei totius ecclesiæ reluctat, & idem ecclesiæ nõ adhæret ceu membrũ: sed planẽ separat, & foras eiect⁹ est. Tales uitiq; Cyprian⁹ omnino petituros asserit. Sic em̃ scribit in epla ad Corneliũ contra Nouatianũ schismaticũ, unã ecclesiã in Cantica Canticoꝝ spũs sanctus ex ꝑsona dñi designat & dicit: Vna est columba mea, ꝑfecta mea, una est matri suę electa genitrici suæ. Hanc ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidẽ credit? Qui ecclesiæ renitit, & resistit, in ecclesia se esse confidit? Et paulo inferius dicit: habere iam nõ põt deũ patrẽ, qui ecclesiam nõ habet matrẽ. Rursum paulo post subdit, hãc unitatem qui non

Tertium Qui negat ꝑsentiam Christi in eucharistia, non est membrum ecclesiæ

Ecclesia catholica est corpus ex fidelibus collectum.

Cyprianus asserit neminẽ saluari extra ecclesiam.

Cant. 6.

non tenet, dei legem non tenet, nõ tenet patris & filij fidem, uitam nõ tenet & salutem. Et in eadẽ adhuc, alibi dicit: Si potuit euadere, qui extra archã Noe fuerit, & qui extra ecclesiã foris fuerit, euadet Præter hæc adijcit in eadem ep̃la: An secũ esse Chr̃m, cum collecti fuerint opinant̃, qui extra Chr̃i ecclesiã colligunt̃? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista, nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordiæ, nec passione purgat̃. Esse martyr nõ põt, qui in ecclesia non est, ad regnum ꝑuenire non poterit, qui eam quæ regnatura est, derelinquit. Qm̃ igit̃ iam oñdimus ecclesiã catholicã, ꝑ om̃es istos trecenarios, hãc ueritatẽ corpis & sanguinis in eucharistia constanter credidisse, consectaneum est, ut quisquis huius ueritatis fidem aspernat̃, is om̃ino petiturus sit, quũ extra catholicã ecclesiã, nemini salus obuenire queat. Sed iam ad Oecolampadium reuertamur.

¶ Finis Prologi quarti libri.

IOHANNIS ROFFENSIS EPISCOPI CONTRA Oecolampadium de eucharistiæ sacro, Lib. IIII.

¶ In Ambrosii citatione falsarius ostenditur Oecolampadius. Caput. I.

OECOL. A



Ic nõ abs re fuerit adnotare aliq̃s ex autorib⁹ priscis, q̃s in hac s\u0303nia habeo adstipulatores, qbusq; in hac s\u0303nia, subscripsisse me non pœnitet.

ROFFEN. Nullus priscorum est pro sententia Oecolampadij.

¶ Nihil hactenus eoꝝ quæ pollicitus es, efficaciter præstitisti, neq; minus inanẽ hãc tuã pollicitationem fore mihi ꝑsuadeo, qua nunc te uenditas authores priscos habere sententiæ tuæ astipulatores. Scio te neminẽ ex priscis alium facile citaturꝝ, quem nos non ante produximus. Nec est credibile, quanq̃ ex priscis in re tanti ponderis sibiipsi contradixisse. Quare iudicium huius rei penes lectorem esto.

OECO. Dabim⁹ aũt interim operã, ut mentẽ eoꝝ recte intelligamus: nã à plerisq; in aliã, q̃ scripserũt s\u0303niam trahunt̃. B

ROF. Nisi sperares eloquentię fucis, ita quicquid uolueris oblinere posse, ut tametsi uerꝫ sit, falsi tñ speciē protinus induat: & cōtra, si falsum fuerit, nihilomin⁹ appareat uerissimū, nunq̃ istud asseveres. Cæterꝫ quod polliceris te daturꝫ opam, quo mentes authorꝫ qui ꝑ te iam citandi sunt, recte intelligamus utinā istud re ipsa prę stes. Sed uereor plurimū, ne contra potius eas deprau es & uel repugnantes detorqueas in sniam tuā. Sed nos ediuerso quoad possumus, enitemur fumos & fraudes tuas palàm detegere.

C OECOL. Audiamus igitur Ambrosium, principio indubitatæ in hac re fidei doctorem, & uel hinc colligamus, non esse librum eius de sacramentis.

Malo dolo Oecolampadius negat libros Ambrosii. ROF. Hic primū aduerte lector, quibus technis utit Oecolāpadius in hoc autore citando. Principio nobis auferre conat libros illos, quos grauissimus iste pater de sacramentis ædidit, in qbus & apertissime tradidit uerꝫ Christi corp⁹ in eucharistia cōtineri. Subinde citat partem quandam breuis cuiusdam eplæ, qua docet Ambrosium asserere Chri uerbum animi nri cibum esse, quasi quisquā istud negasset. Fatent enimuero cuncti orthodoxi uerbo nos pasci, quod & ipse Chrus in euangelio confirmat, quum dicit: Non in solo pane uiuit homo: sed in om̄i uerbo quod ꝓcedit de ore dei. Cæterꝫ nec in euangelijs, nec in autore quouis alio reperiet unq̃, ꝙ non alio cibo reficiat animus, q̃ solo uerbo. Sed nec Ambrosius istud asserit quouis in loco. Quare nihil contra nos hæc epistola quod lectori cuiuis ꝑspicuum esse poterit, imò nobiscum potius facit, uti mox ostēdemus. Inepte igit colligit librum de sacramētis Ambrosii non fuisse, quum nihil repugnet, ut uerbo Chri, ceu pluuia quadam spiritualis sapiētiæ, dulcoret animus, sicut hic Ambrosius tradit, & nihilominus corpore Chri, uelut solidiori cibo, totus homo pascat. Cæterꝫ ut hæc res dilucidior euadat, oñdemus Ambrosium duplicē hunc cibum uno loco satis luculenter explicasse, ne quauis effugiat arte, dolosus iste Sycophanta. Sic em̄ in commentarijs Psalmi. 118. partitione. 15. uersu quarto scribit: Si infirm⁹ es, fidelis tamē, sollicitus est ꝓ te Chrus. Dicit enim ad discipulos Date illis uos manducare, ne deficiant in uia. Habes apostolicum cibum, manduca illum, & non deficies. Illum autē manduca, ut postea uenias ad cibum Chri, ad cibum corpis dñici, ad epulas sacri.

Vide supr. li. cap. 13. E.

Matth. 4

Ambrosi⁹ duplicem cibuꝫ animæ explicat.

Lucæ. 9

Hec

Hæc Ambrosius. An non aduertis lector, hic duplex cibi genus explicari? Alterum, diuini uerbi: alterum, sacramenti corporis & sanguinis Christi. Illud prius edendum est, ut inde præparatior fiat animus ad istud postea sumendum. Neq; aliter hęc epistola, quam Oecolampadius ex Ambrosio citauit, duplicē huiusmodi cibū nobis discriminat, ut mox ostendemus.

OECOLAMP. Scribit autem Irenæo cuidam in epistola, quæ ordine est sexagesimasecunda, cuius & Canones truncatam mentionem faciunt. E

ROF. Et tu certe, licet eiusdem epistolæ plura uerba recenseas dolo tamē subtrahis quædam, quæ tuæ sentētiæ reluctant. In qua re longe magis te sycophantā præbes, & truncatorem, q̄ sit ipse canonum collector, qui nulla fraude quicq̄ prætermisit: sed bona fide quod instituto suo seruiuit, decerpsit. Sic enī ille recensuit. Corporeum illud manna nunc nō est res tanti miraculi: quia uenit q̄d pfectum est: pfectum autē, panis de cœlo corpus ex uirgine natū. Quis in hisce uerbis quicquam fraudis queat suspicari? Duplex utiq; manna distinguit his uerbis Ambrosius: Alterum quod Iudęis in deserto datum fuit: Alterum, quod per uterum uirginis uenit in hūc mundum. Et ideo uocat istud manna corpus ex uirgine. Illud dicit olim ingentis miraculi fuisse: at nunc non ita: nimirum quòd ipsa res iam uenerit, cuius illud erat umbra dūtaxat. Istud ergo uocat Ambrosius manna perfectum. Quare & illud erat imperfectum. Vtrunq; tamen corpus est, & utrunq; panis in scriptura dicitur: sed & utrunq; de cœlo descendisse traditur. Recte igitur Gratianus, & citra fraudem ex hac epistola decerpsit, quod instituto suo fuerat conducibile. Sed iam audiamus Oecolampadij technas. Et ut intelligas primū, quid de Ambrosii testimonio per fraudem resecuerit, nos usq; ad ea uerba quæ dempsit Oecolampadius, recitabimus epistolæ patrem, mox (quod residuum est) subdituri.

Ambrosii uerba trūcat Oecolampadius.

De consecra. distinct. 2. ca. Corporeum illud manna.

Māna duplex.
Exo. 16.
Mat. 1
Lucæ. 2
Exod. 16
Iohan. 6
De consecra. distinct. 2. ca. Corporeum.

OECOL. Quæris à me cur dominus deus manna plueri populo patrum, & nunc non pluat: Si cognoscis, pluit: & quotidie pluit de cœlo manna seruiētibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie plerisq; in locis inuenitur: sed nunc non est res tantæ miraculi, quia uenit quod perfectum est. Perfectum autē, panis de cœlo, corpus ex uirgine, de quo satis euangelium te docet. E

Roffen

ROF. Hactenus fideliter Ambrosiũ citauit: At quæ proxime sequunt̃ uerba sustulit, nimirꝫ ista: Quanto præstantiora sunt hæc superioribus: uidit Oecolãpadius, hæc uerba suo molimini plurimũ obstare: quẽadmodũ ostendemus, & hac de causa per fraudẽ resecuit eam particulã: quum tñ ipsa nõ paruã lucem afferat eplæ. Id q̃d manifestũ erit ex his quæ sequunt̃: Primũ tñ istud obserua, q̃d postremo loco dixit hic Ambro. nẽpe de quo satis euangeliũ te docet, de pane uidelicet corpis Chri. Quasi dixerit Ambrosius, de hoc pane toties & tã aperte doceris in euangelio, ut nihil opus fuerit pluribꝰ hic de ipso disserere, atqꝫ ideo transit ad panẽ uerbi, q̃d & uocat mãna spirituale, de quo fusius tractat, ut uidebis lector. Sed iam uideamus, quemadmodũ ea uerba, quæ nunc ꝑterijt Oecolãpadius, eplæ sensum illustrant. His haud dubie uerbis, nostra sacra cũ Iudæorꝫ sacris Ambr. cõfert, docetq́ꝫ nr̃a illis lõge ꝑstãtiora eẽ, q̃nto (inqt) ꝑstantiora sunt hæc supioribus: hoc est ea quæ iam ad nr̃m tempus spectant, illis quæ Iudæis collata fuerant olim, cui sententiæ subscribit rursum in ipsius eplæ calce, sic dicens: Oriente aũt iustitiæ sole, & splẽdidioribus Chri corpis & sanguinis sacramẽtis refulgentibus, cessarent inferiora, & ꝑfecta illa sumenda pplo forent. Sed & ista uerba simili dolo subticuit Oecolampadius. Aduertamus igitur quem in modum Ambrosius nunc huius sacramenti doceat excellentiam.

Sacramenta nouæ legis ꝑstantiora sunt ueteribus.

F OECO. Illud em̃ mãna, hoc est, panẽ illũ qui mãducauerunt, mortui sunt: hũc aũt panẽ qui mãducauerit uiuet in æternum.

ROF. Ecce mãna q̃d Iudæis datũ fuit, nõ ꝑstitit uitã. At uerũ istud mãna: nẽpe corpꝰ ex uirgine sumptũ, q̃d & in eucharistia comedimus, uitã ꝑstat æternã. Multo igitur ꝑcellentius est istud mãna: nẽpe corpꝰ de uirgine, q̃ fuerat illud manna Iudęis exhibitum. Quãobrem & illud uocat nõ solũ panẽ de cœlo: uerꝫ etiã manna ꝑfectũ & rem magni miraculi. Cæterꝫ quia de hoc pane satis ex euangelio doceri potuit Irenæꝰ, idcirco mẽorat Ambro. & alteriꝰ modi panẽ, panẽ uidelicet spũalis sapĩæ, hoc ẽ diuini uerbi panẽ, quẽ etiã appellat, & mãna spũale, ꝑpter q̃d & subijcit continenter.

Iohan. 6

G OECO. Sed est spirituale manna, hoc est pluuia spũalis sapĩæ, quæ ingeniosis & quærentibus de cœlo infunditur, & irrorat mentes piorum, & obdulcat fauces eorum.

Roffen

ROF. Iam intelligis lector hic Ambrosium triplex manna distinxisse. Primū, ꝙ Iudæis in deserto datū fuit (ut diximus) de quo ꝑ Irenæum ꝓposita fuerat quæstio: nempe cur hodie quoq; deus non pluat istud manna, sicut olim pluerat p̄ribus? Alteꝝ dicit esse manna corpus Chr̄i, q̊d ex uirgine natum fuit, quod & manna ꝑfectum appellat. Tertiū est manna diuini uerbi, q̊d & pluuiam sp̄ualis sapīæ uocat, de quo & pluribus ꝑ totam sequentē ep̄lam disserit. Fallit igit̄ Oecolampadius, imò fallere studet, qui ex duobꝰ istis unum facit, quū supra oñderimus, Ambrosiū hæc duo separasse. Sed nec dubiū esse cuiq̄ pōt, qui nō sit suę sn̄iæ nimis ꝑtinax defensor, quin hæc diuersa sint, qn̄quidem & uerbo Chr̄i corpus ipsum ex uirgine sumptū, consecrat̄. Id q̊d Ambrosius in libro de benedictionibus p̄riarchaꝝ ca. 9. testat̄ inquiēs: Hic ergo diues est thesaurus huiꝰ pinguis panis, quē qui manducauerit, esurire non poterit. Hunc panē dedit Ap̄lis ut diuiderēt ppl'o credētium. Hodieq; dat nobis eum, quē ipse quotidie sacerdos consecrat suis uerbis. Hic ergo panis factꝰ est esca sanctoꝝ. Hactenus Ambrosius. Quæ uerba certe nequeunt alio torqueri, q̄ ꝓ pane corꝑis Chr̄i sub eucharistia consecrati. Rursum in expositione psalm̄. 118. sermone octauo, uersu. 7. postq̄ recēsuit, Hebræos ꝑ esum agni paschalis factos fuisse liberos ab exterminatore: tandē sermonē ad celebrationē oblatiōis nostræ ꝑducens, ita monet & hortat̄ unumquēq;. Tunc (inquit) paratus assiste, ut accipias tibi munimentū, ut corpus edas dn̄i Iesu, in quo remissio pctōꝝ est, postulatio diuinæ reconciliatōis & ꝓtectionis æternæ. Suscipe ante dn̄m Iesum tuę mētis hospitio. Vbi corpus eius, ibi Chr̄us est. Quū hospitiū tuū aduersarius uiderit occupatum, cœlestis fulgore p̄ntiæ, intelliget locū tentamētis suis interclusum esse ꝑ Chr̄m, fugiet ac recedet. Hæc Ambrosius. Qm̄ igit̄ ad hunc modū passim hoc ipsum confiteat̄ Ambrosius: nēpe Christum in sacr̄o cibū esse nostraꝝ animaꝝ, q̊d stolidius cogitari pōt, q̄ propter unum aut alteꝝ locum quo docet uerbū Chr̄i cibum eē mentis, ex eo colligere, sensisse Ambrosium, corpus Christi in sacramenro, nostras mentes non pascere, quum toties ab eodem alibi contrarium affirmetur.

Māna triplex
Exodi. 16.
Iohā. 1
Iohan. 6
Matth. 4
Supra eo. D.
Exo. 12
Corpus Christi pascit animas, authore Ambrosio

OECO. Qui igit̄ intellexerit infusionē diuinæ sapīæ, delectat̄, nec alium cibum requiret, nec in solo pane uiuit, sed in om̄i uerbo H

Dei. Qui curiosior fuerit, quærit: quid sit istud, quid sit istud quod melle dulcius sit. Respondet minister dei: Hic est panis, quē tibi deus dedit manducare. Qui sit iste panis, audi. Sermo (inquit) quē ordinauit deus. Hæc ergo ordinatio dei, hæc alimonia alit animā sapientis, & illuminat, atq; obdulcat resplendēs ueritatis chorusco & mulcēs tanq̃ fauo quodā, diuersaꝝ uirtutū suauitate, & sermone sapiæ. Hæc apud Ambrosiū. In quibus quid aliud dicit, q̃ quod nos diximus: uerbo & sapientia pasci animam.

Corpus Christi est panis de cœlo

ROF. Si de posterioribus istius ep̄l'æ uerbis istud intelligas, uerum dicis, sin de tota prorsus epistola uelis id accipi, plane falsum est, quādoquidem apertissime docuit corp⁹ de uirgine sumptū, esse panem de cœlo, mannáq; ꝑfectum. Quis adeo stupidæ mentis est, ut nihil interesse putet, inter corpus de uirgine sumptū, & uerbum quod scriptū est, aut ꝓlatū? & maxime quū hæc ipsa tam aperte discriminauerit Ambrosi⁹, & passim docuerit Chr̄i corp⁹ in sacr̄o, q̄d & ait ipsius Christi uerbis quotidie consecrari, cibum animaꝝ esse, & sanctoꝝ escam. Adde, ꝙ in libro de mysteriis iniciādis, cōparationē huius sacramēti faciēs ad manna sic ait: Reuera mirabile est, ꝙ manna deus pluerit p̄ribus, & quotidiano cœli pascebant alimento. Vnde dictū est, panē angeloꝝ māducauit hō. Sed tn̄ panē illum qui māducauerunt, oēs mortui sunt. Ista aūt esca quā accipis iste panis uiuus, qui descendit de cœlo, uitæ æternæ substantiam subministrat & q̄cunq; hunc panē māducauerit, nō moriet in æternum. Et corp⁹ est Chr̄i. Consydera nūc, utrū p̄stantior sit panis angeloꝝ, an caro Chr̄i, quæ utiq; corp⁹ est uitæ. Manna illud è cœlo, hoc supra cœlū. Illud cœli, hoc dn̄i cęloꝝ, Illud corruptiōi obnoxiū, si in diē alteꝝ seruaret: hoc alienū ab om̄i corruptōe, q̄d q re ligiose gustauerit, corruptionē sentire non poterit. Sed nimis prolixū eēt cūcta recēsere, q̃ tā hic, q̃ alibi, de hoc sacr̄o tradit Ambrosius, passim asserēs in eo ueꝝ Chr̄i corp⁹ cōtineri. Quobrē & stabit adhuc, uelis nolis, librū de sacramētis ipsi⁹ Ambrosii fuisse, q̄nquidem nihil ab illis quæ alibi tradit dissideat. Et tāto forti⁹ idem liber eius fuisse cōprobabit, ꝙ Augustin⁹ nō semel affirmat, Ambrosium eiusmodi librum scripsisse. Sed nunc ad Origenem ueniamus.

¶ Citat & Origenis allegorias, quę nihil ei conferre valent. Ca. II.


Vdiamus aũt Origenẽ sup Matthæũ in eandẽ sñiam, dicentẽ: Panis iste, quẽ deus uerbũ, suũ corpus fatet eẽ, uerbũ est nutritoriũ animaꝝ. Verbũ de deo uerbo ꝓcedens, & panis de pane cœlesti, qui positus est sup mensam, aduersus eos q tribulant me. Et potus iste, quẽ deus uerbũ, sanguinẽ suũ fatet, uerbũ est, potãs & inebrians præclare corda bibentiũ, qui est in poculo, de quo scriptũ: Et poculũ tuũ inebrians q̃ p̃clarum est. Et est potus generatio uitis ueræ, de qua dicit: Ego sum uitis uera. Et est sanguis uuæ illius, quæ missa in torculari passiõis ꝓtulit potũ hũc Sic & panis est uerbũ Chri factũ de tritico illo, q̃d cadens in terrã bonam, multum reddidit fructum. OECOL. A

ROF. Nihil ꝓ te facit Origenes, qñquidem, hic omnia tradit allegorice, quod & ex ipsius uerbis aperte mõstrabimus. Nam ibi diuersoriũ, locũ animæ superiorem fuerit interpretatus, & intellectum hominis, ipsum patrem familias: ciuitatem uero in qua cœna facta fuit, ecclesiã dei. Hominem baiulantem amphoram aquæ, Moysen, qui legis aquam fert miscendam cũ euangelico uino, Iudam, eos qui indigne sumunt: postq̃ aũt singula sic tropice fuerit interpretatus, ueniens ad parapsidem, ita subdit: Qui uult etiam in hoc, inuenire aliquid morale, consyderet in lege: Vbi dona à principibus singulaꝝ tribuũ offerunt, in dedicatione altaris, forte intelliget, ibi etiã parapsidem aliquid eẽ intelligendã. Perspicuũ est igit Origenem hic allegorice interp̃tari singula. Propter qd & ex corpore Chri per allegoriam, uerbũ facit nutritoriũ animaꝝ, & ex sanguine, similiter ipsum uerbum potans & inebrians corda bibentiũ. Quum igitur non ex prorsus nihilo sumit. Hæc allegoria, res quasdam ei subesse necesse est.

Origenes super Matthæum loquitur allegorice tãtum.

Num. 7.

Origenes per corpus Christi allegorice intelligit uerbum nutritorium.

OECO. Ecce & his dicit uerbũ Chri alere animas, & inebriare corda, & pulchre intertexens figuras & prophetias, oñdit uerbũ de crucifixo pro nobis Christo, illum panem. Hic enim est, qui super mensas ponitur aduersus tribulantes. Nam in cruce uicit Christus, & qui crucis sacramentum norunt: ipsi quoq; in cruce uincũt. Hoc est enim triticũ, quod cecidit in terram, ut det fructum bonũ. Similiter & potũ pulchre interpretat effluxisse ex uite illa uera, atq; adeo ex ipsa ueritate. Et ut iterum scias, qũo uerbum illud alat, passionem nomine torcularis proponit. B

ROF. Nihil contra nos dicit, qui uerbo nos pasci potariq́ꝫ non inficiamur, sed ꝙ panis ille, quem edendum Aplis porrexit, asserens ibi corpus suũ esse, nihil aliud esset, q̃ uerbũ q̊d ex ore Chri ꝓdijt, & sanguinẽ quẽ in calice ꝓpinauit, nihil aliud q̃ idem uerbum nec Origenes asserit, neqꝫ nos recipimus, imò cõstantissime negamus. Magis aũt colligit ex eius uerbis, q̊d nrãm sniam confirmet. Nam ut diuersoriũ erat uere diuersoriũ, & prfamilias eius diuersorij uer⁹ homo, & ciuitas uera ciuitas. Et homo baiulans amphoram aquæ, non ipse Moyses: sed minister ipsius prifamilias, ut idẽ Origenes se putare testat, sed & parapsis deniqꝫ uera parapsis, ita fuit & in sacramẽto, q̊d Aplis edẽdũ porrexit, uerꝝ Chri corpus, & in calice, uerus sanguis. Id q̊d Origenes ipse non negat, quum dicat: Panis iste quẽ deus corpus suũ eẽ fatet. Et de sanguine quoqꝫ. Potus (ait) quẽ deus uerbũ, sanguinẽ suũ fatet. Qñ igit deus falsus eẽ non põt, cõsequit ut iuxta mẽtẽ Origenis, ibi fuit uerꝝ corpus Chri, uerusq́ꝫ sanguis, quibus & Apli pascebant, & non solo uerbo.

Mat. 26
Mar. 14.
Lucæ. 22.
Matth. 4

Christus tradidit Apostolis uerum corpus & sanguinem.

C OECO. Scio quibusdam hæc & similia obscura uideri, & contra nos: sed pro nobis faciunt maxime.

ROF. Mirꝝ est, quo speres artificio, hæc pro tua snia torqueri posse. Nam ille panẽ, uerbum uocat, q̊d ex ore Chri ꝓdijt, tu panẽ illum, panẽ cõem asseris. Ille uerbum Chri sperat à uerbo Chro, quum dicat, uerbum Chri, uerbũ esse de deo uerbo ꝓcedẽs. Ecce uerbũ Chri ex deo, & uerbũ, ipse deus. Similiter & Chri uerbum panẽ uocat, de cœlesti pane, tu non separas ista: sed unũ omino facis ex utroqꝫ. Ille corpus Chri, ꝑ allegoriam interptat uerbũ, q̊d ex eius ore ꝓcedit, tu communẽ panẽ, figurã facis ipsius corpis. Et te nihil tñ pudet affirmare Origenẽ ꝓ te maxime, & nihil contra te, quũ nec in minimo uerbulo ꝓ te faciat, nisi q̊d dicit, uerbũ Chri eẽ nutritorium animaꝝ, id quod omnes fatemur.

D OECO. Atqui semetipm exponit. Subdit em̃: Cur aũt nõ dixit: Hic est panis noui testamẽti, sicut dixit: Hic est sanguis noui testamẽti? Qm̃ panis est uerbũ iustitiæ, qua manducãtes aniæ nutriunt: potus aũt est uerbũ agnitionis Chri, scdm mysteriũ eius natiuitatis & passionis. Qm̃ ergo testamẽtum dei in sanguine passionis Chri dispositũ est erga nos, ut credẽtes filium dei natum & passum f[illegible]m carnem, salui efficiamur in iustitia, in qua sola sine fide passio

[illegible] nis

nis salus esse non poterat, ideo tantum de calice dictum.

ROF. Et hanc etiam expositionẽ allegoricam esse, dilucidũ ẽ. Quare quum ex allegorijs nullum argumẽtum colligi poterit, nec ꝑ hæc unquàm stabilire ualebis institutum tuum. Ex allegorijs non sumitur argumentum.

OECO. Pleraq; alia dicit huc ptinẽtia: sed non opus est oĩa transcribere. Satis ex his uerbis colliquescit, quis sit cibus animæ: nempe uerbum dei, quo nutrimur ad iustitiam: & quæ satietas, nẽpe fides in Christum incarnatum & passum. In sanguine tamen magis testamentum agnoscimus, q̃ corpore. E

ROF. Nemo negat quin uerbum dei sit cibus animę. At quod nullo pascatur alio cibo, q̃ quod ex ore Christi prodierit, apertissime falsum est, quum & hæc duo superius Origenes discriminauerit, asserens Christi uerbum esse uerbum, de deo uerbo, & panem de cœlesti pane.

¶ Alius locus etiam allegoricus Origenis affertur, & Agnetis ac Ignatij testimonia. Ca.III.



ET uide interim, quam nolit sacra disiũcta. Hoc aũt & in Genesi testat, explanãs illud: Lauabit in uino stolam, & in sanguine uuæ amictũ suũ. In sanguine (inquit) uuæ, q̃uo amictũ suũ lauit, uidendũ est. Amictus ꝓpinquior quædã, uel secretior corpis uestis uidet esse, q̃ stola. Hi ergo, qui prius ꝑ lauacrũ loti, stola eius fuerant effecti, posteaq; ad sacrm uuæ ꝑuenerũt, uel interioris mysterij secretiorisq; facti sunt participes, amictus eius esse dicuntur. Lauat eñ etiam in uuæ sanguine anima, cum sacramẽti huius cœperit capere rationem. Agnita nanq; & intellecta uirtute sanguinis uerbi dei, q̃nto capacior effecta fuerit aĩa, tanto purior fit, & lauatur quotidie ad scientiæ ꝑfectum, & iungens se deo, non solũ amictus eius fit: uerum etiam unus cum eo. OECO. A

ROF. Et hoc totũ etiã allegoricæ dici, quis non uideat? At cita nobis ex Origene, ubi dicat exp̃sse, non contineri ueꝝ Chr̃i corpus in sacr̃o. Hoc ad rem faceret. At istud scio, nunq̃ reperies: nisi planè suis ipsius uerbis cõtradixerit. Frustra igit teris tempus, & lectorem afficis tædio, tales allegorias producens, unde nihilo tuum institutum euadat confirmatius.

OECO. Itaq; Origenes differit, quẽ licet in plęrisq; allegorijs B

suis immodice usum iure taxent: in hoc tamen, quomodo alantur animæ, omnium priscorum consensu recte docuit, & nullus non libenter sequutus est eum, siue de agno paschali, siue de manna, siue de carnibus, quas ad uesperam comedimus, tractet.

Origenis allegoriæ nō sunt improbādæ.

ROF. Et nos allegorias Origenis neutiq̃ improbamus: sed nihilominus allegorias esse scimus, & non ueri literalis sensus interp̃tationẽ. At quid ꝓhibet allegoriam esse multiplicẽ, unico manẽte literali sensu, de quo nos iam controuertimus. Quare nihil instituto tuo conferre queunt istiusmodi allegoriæ.

C OECO. Hoc autem loco, duplici similitudine sanguinem cõmendat: nempe, ut potum & lauacrum. Abluimur enim & potamur sanguine, cognoscendo quantum sit meritum effusi sanguinis quod utinam pluribus cognitum foret.

Libro tertio capite uicesimosecūdo, C

ROF. Sæpe diximus non sufficere cognitionẽ. Non em̃ satis est ut cognoscas, quãti sit meriti sanguis effusus. Nam si p solã hui⁹ rei cognitionem ablueremur, & potaremur sanguine, frustra baptismatis, pariter & corporis ac sanguinis sui sacramẽta, Chr̃us ipse nobis instituit. Ad quid enim baptizamur, si iam abluti sumus? Et ad quid panem illum & uinum (ut tuis utamur uerbis) nobis edendum & bibendum instituisset Christus, si sola notitia meriti ipsius sanguinis ita reficiamur? Nimisquam stupidum Chr̃m facitis, qui sacra ista tam serio nobis in usum donauit, si noticia sola sacramentorum suffecerit absq; ulla receptione.

Cognitio sola nō sufficit.

D OECO. Nam qui nesciũt Christum iustitiam nostram, & adhuc in suis satisfactionibus & operibus spem ponunt, nec abluti sunt, nec poti sanguine.

ROF. Qui dixerint Christũ suam esse iustitiam: nisi p̃terea sic operent̃, ut se ꝓpter opera praua damnandos esse credant, nec euãgelio credunt, neq; Christus eis in iustitiam reputabitur. Nam de his, qui bonis & iustis carebunt operibus, dicet̃. Et ibunt hi in supplicium æternum. De iustis uero, de illis inquam, quos idem euangelium multis abundare bonis operibus memorat, quid dicit? Iusti uero in uitam æternam. Frustra sibi quisq; sperat ex operibus, cui fides non adest: Sed e diuerso, frustra se de fide iactat, qui bonis ac sanctis caret operibus.

Mat. 25.

Opera bona sunt necessaria

E OECO. Atq; beata Agnes & se ornari gloriabatur sanguine

Chri

Chri,dicens: Sanguis eius ornauit genas meas. Quale sermonum genus, qui ita carnales uoluerunt esse, minime intelligent.

ROF. Si liceat è uitis diuorum suppetias petere, quantũ aceruũ testimoniorum essemus pro sententia nostra ꝑducturi: sed ut unum ex innumeris afferam, sic beatũ Andream Egeæ ꝓconsuli dixisse legim⁹. Ego oĩ die sacrifico, nõ thuris fumũ, nec taurorum mugiẽtiũ carnes, nec hircorum sanguinem: sed immaculatũ agnũ quotidie in altari sacrifico, cuius carnes posteaq̃ oĩnis populus credentiũ manducauerit & biberit eius sanguinem, agnus qui sacrificatus est, integer ꝑseuerat & uiuus. Et quũ uere sacrificatus sit, & uerę carnes ei⁹ manducatæ sint à populo, & uere sanguis eius sit bibitus, tamen ut dixi, integer ꝑmanet & immaculatus & uiuus. Hæc ex diui Andreæ uita. Cæterum, quod ex beatæ Agnetis uita ꝑduxisti, non est integrũ. Superius enim pręmisit. Iam mel & lac ex ore eius suscepi Iam amplexibus eius castis astricta sum, iam corpus eius cõrpori meo sociatum est. Primũ de sermone oris eius intelligi potest: hoc postremũ, quis non ꝓ sumptione corporis in eucharistia recti⁹ accipiat. Et tum sequiť: Sanguis ei⁹ ornauit genas meas. Et qd ni sanguis Chri bibit⁹, sanctam sanctis uirginibus præstet uerecundiam qua multo splendidius earum genæ ornenť, q̃ auro & gemmis.

OECO. Sic & beat⁹ Ignati⁹ scribit: Non delector pane corꝑali sed panẽ uolo dei, ei⁹ qui ex genere Dauid. Et iterum: Potũ uolo sanguinẽ ipsius. Quid hoc aliud est dicere, q̃ Chrm ipm uolo, fideq́ in mortẽ pasci peto. Alioqui non multa cura panis corꝑalis mihi ẽ imò nec sacramentorum, modo Christus ipse me pascat.

ROF. Et hũc etiam trũcare recenses. Nam sic in epla quadã ad Romanos ait: Panem dei uolo, panem cęlestem, qui est caro Iesu Chri filij dei uiui, qui natus est in nouissimo ex semine Dauid & Abrahæ, & potũ uolo sanguinẽ eius, qui est dilectio incorruptibilis & uita æterna. Hæc Ignatius. Quis iam non uidet q̃ iniuste beatum hũc uirũ & citaueris, & sensum uerborum eius iniqua deprauaueris expositione. Nam ille plane sensit de esu carnis Christi in sacramento, & de potu sanguinis in eodem. Tu uero sola fide in mortem, illum pasci petijsse declaras.

Andreæ testimoniũ de eucharistia. Supra Prologo quarti libri, L

Agnetis testimonium de eucharistia

F

Ignatij sententiam corrumpit Oecolampadius.

¶ Falsarius iterum deprehenditur in altero Ambrosii loco, per eum citato. Ca.IIII.

De hoc

OECO. A



E hoc pane iterum audiamus & Ambrosium, quo iucundo sermone, in psalmo: Beati immaculati, manducationẽ spiritualẽ doceat, sic inquiẽs: Mihi ille panis dei descendat de cœlo, qui uitam dat huic mundo. Non Iudæis, non synagogæ descendit: sed ecclesiæ descendit, sed populo minori. Nam quõo Iudæis descendit panis, quũ omes qui illũ manducarũt, hoc est, quẽ Iudęi putarunt mãna in deserto, mortui sunt? Quõo synagogæ descendit, quũ omis synagoga interierit, & æterno ieiunio fidei defecerit? Deniq; si accepissent panem uerum, nõ dixissent: dñe, semp da nobis panẽ hunc. Quid petis Iudææ, ut tribuat tibi? panẽ, quẽ dat omnibus dat quotidie, dat semp, in teipso est. Vt accipias hunc panẽ, accede hunc panẽ, & accipies eum, de hoc pane dictũ est. Omes qui se elongant à te, peribũt. Si elongaris ab eo, peribis: si appropinquaris, uiues: hic est panis uitæ. Qui uitã mãducat. mori non põt. Quõo em morit, cui uita cibus est? Quõo deficiet, qui habuerit uitalẽ substantiã? Accedite ad eum, & satiamini quia panis est. Accedite ad eũ, & potate, quia fons est. Accedite ad eum, & illuminamini, quia lux est. Accedite ad eum & liberemini, quia ubi spũs dñi, ibi libertas. Accedite ad eũ, & absoluimini, quia ẽ remissio pctõrum. Qui sit iste, qritis? Audite ipm dicẽtẽ. Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, nõ esuriet. & q credit in me, nõ sitiet unq̃. Audistis eũ, & uidistis eũ, & nõ credidistis ei, ideo mortui (estis.

ROF. Et hic rursum te falsariũ pbes. Nam quæ nobis suffragant, hic omino subtices. Capias in manus lector expositionẽ huius psalmi, & quæras uersum quintũ sermonis. 18. cõperiesq; uerum esse qd dico. Sic em pauloante uerba iam p Oecolampadium citata, scribit hic sanctus pr, in psona populi nationũ. Ille ego despectus ante iam pferor, iam anteponor electis. Ille ego ante despectus populus pctõrum, iam habeo cœlestiũ sacrorum ueneranda cõsortia. Iam mensæ cœlestis honore suscipior, epulis meis non pluuia undat, nõ terræ partus laborat, nõ arborum fructus. Potui meo non flumina quęrenda, nõ fontes, Chrs mihi cibus ẽ, Chrus mihi pot⁹. Caro dei cibus mihi, & dei sanguis est potus. Ecce lector. An non gloriat pplus iste Chrianus, se ad mensæ cœlestis honorẽ suscipi, se iam habere cœlestiũ sacrorum ueneranda consortia, carne dei se p cibo pasci, & dei sanguine uice potus refici? Quid dici pt apertius? Quid

Ambrosii expositio super psalmum. Beati immaculati, pro eucharistia.

Quod tñ hunc effrōtem non puduit prætermittere. Pergit adhuc in eodē loco sanctus pater Ambrosius in psona Chrīanoꝝ gloriari, dicens: Non iam ad satietatē mei annuos expecto prouentus, Chr̄s mihi quotidie ministrat. Non uerebor, ne qua mihi cœli intemperies, aut sterilitas ruris immineat, si pij cultus diligentia perse uerat. Non iam coturnicū pluuias mihi opto distendere, quas ante mirabar. Non manna q̄d ante cibis om̄ibus p̄ferebant: quia q manna manducauerūt pr̄es, esurierūt. Meus cibus est: quē si quis manducauerit non esuriet. Meus cibus est, q non corpꝰ impinguat, sed confirmat cor hominis: fuerat mihi ante mirandus panis de cœlo. Scriptū est em̄: Panē de cœlo dedit eis manducare: sed nō erat uerus ille panis, sed futuri umbra. Panē de cœlo illū ueꝝ mihi seruauit pater. Hactenus Ambrosius: Vbi & mannæ cōparationē facit cū corpe Chr̄i, ꝙ illud nō pręstiterit uitā, istud aūt præstat. Illudq́ꝫ tm̄ umbra fuerat, istud ip̄a res. Nunc & cōtinenter sequunt' ea quę citauit Oecolāpadius, quæ nec queunt alio torqueri, q̄ ad sensum ante memorat cibi: nimiꝝ carnis & sanguinis Chr̄i in eucharistiæ sacr̄o: quemadmodū superius on̄dimus. Docet em̄ Ambrosius in hoc gloriatum fuisse populū Chr̄ianū, ꝙ iam haberet cœlestiū sacramentoꝝ ueneranda consortia, ꝙ iam cœlestis mensæ susceptꝰ esset honore, ꝙ Chr̄us ei iam datus in cibum, datusq́ꝫ in potum fuisset: ꝙ deniqꝫ iam carne Chr̄i uescat', & sanguine potet' in ipsa cœlesti mensa, & in ipso sacramento.

Exod. 16
Psalm̄. 104
Iohan. 6
Psal. 103
Psalm̄. 77.
Manna differt a corpore Christi.

B

OECO. Nonne hæc om̄ia clare testant', fide satiari hominem internum? atqꝫ adeo ipso Christo, neqꝫ opus esse, carnem in ipsam ingredi animam.

ROF. Nescio quid hic tibi uelis, quū dicas fide satiari hoīem internū. Si iam fidē, cibū etiam facias, habemus cibos multiplices. Nam fides ipsa non est Chr̄us, neqꝫ uerbum Chr̄i, neqꝫ caro Chr̄i. De uerbis aūt Ambrosii certū est, ꝙ testent', eum cibū, de quo loquit', fide susceptū, internū hominē satiare. At nusquā hic docetur sola fide satiari hominē. Et semp istud firmare pergis, ꝙ nihil opus fuerit, ut animā ingrediat' caro, quasi quisquā istud asseruisset. Tuū est hoc commentū, & p te excogitatū, ut habeas, unde multa folia pluribꝰ uerbis impleas. Id q̄d hactenꝰ & sine aliquo fructu fecisti. Cæteꝝ q̄ntū ad Ambrosiū attinet, uel ex Paulino, q uitā eiꝰ cōscri psit,

Paulini testimonium de Ambrosii sententia

psit, intelligere possumus, sacrm istud non quemadmodũ ipse putas, mero pane constare. Nã Paulin⁹, ubi retulit dñm Iesum corpaliter ad Ambrosiũ iam emigraturũ uenisse, eiq; arrisisse, mox narrat Honoratũ ecclesiæ Vercellensis sacerdotẽ quũ se quieti dedisset, tertio fuisse admonitũ, quaten⁹ exurgeret, eo q Ambrosi⁹ iam eẽt recessurus: illũ aũt continuo surrexisse, atq; ꝑtinus, ut Ambrosio corp⁹ dñi contulisset, eũdem efflasse spiritũ, atq; ita bonũ uiaticum secũ ferens, ut in uirtute escæ anima angelorũ consortio iungeret. Ecce quid dicat? In uirtute escæ anima refectior.

C OECOL. Quod ne imaginaremur, satis cauerat dominus, dicens: Caro nihil prodest.

ROF. Respondeat hic pro nobis Augustin⁹ ipse super Iohannem tractatu. 27. ubi nactus ex illis uerbis occasionem loquitur ad Christum: O domine magister bone, quomodo caro non prodest quicquam, cum tu dixeris, nisi quis manducauerit carnem meã, & biberit sanguinem meũ, non habebit in se uitã. An uita non prodest quicquam, & propter quid sumus quod sumus: nisi ut habeamus uitam æternam, quam tua carne ꝓmittis. Quid est ergo, non ꝓdest quicq̃? Caro non prodest quicq̃: sed quõ illi intellexerunt? Carnem quippe sic intellexerũt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uendit: non quomodo spiritu uegetet. Proinde sic dictũ est: Caro non prodest quicq̃: quomodo dictũ est, sciã inflat. Iam ergo debem⁹ odisse sciẽtiam? absit: & quid est, scientia inflat? sola sine charitate. Ideo adiunxit: charitas uero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatẽ & utilis erit scientia, non p se, sed p charitatẽ. Sic etiam nunc caro non prodest quicq̃, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem: quomodo accedit charitas ad scientiam, & ꝓdest plurimũ. Hæc Augustin⁹. Vbi lector perspicis carnem Chrĩ non ita laniari dentibus, quando comedit, sicut caro cadaueris, quæ spiritu caret, aut sicut caro quæ uendit in macello. Talem itaq; carnẽ, quæ caret spiritu, dicit non prodesse quicquam, ad refectionẽ animæ. Cæterũ Chrĩ carnẽ ait eiusmodi neutiq̃ esse, sed spiritui semp coniunctam, atq; ꝓpterea spiritales eos reddere, qui digne uescantur eadem. Exemplũ affert de scientia, quam p se sine charitate, dicit inflare mentẽ hominis, eandẽ tñ cũ charitate, plurimũ ædificare testatur. Et hæc precor aduertas lector, propter ea quæ mox ex

Caro nihil prodest, exponitur

Iohan. 6

j. Corĩ. 8

Ori

Origene citabit Oecolãpadius, ubi dicit hæc uerba Chri: Nisi mã-ducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ &c. si lra-liter intelligant, interimunt. Quod certe uerissimũ est, si dicta uer-ba sic accipiemus, uti superi⁹ dixit Augustinus, ut putemus ei⁹ car-nem dentibus laniari, quando comedit, sicut caro cadaueris, & ea quæ in macello uenditur.

Iohan. 6

Libro primo capite septi-mo, E

¶ Origenis alter adhuc per eum citatus locus, nihil eius heresim roborat. Ca. V.



Orrò quomodo domin⁹ ipse, non solũ cib⁹ uiuificus sit animæ: sed & mundus, dulcis ac gratissimi saporis, omi umq; desyderatissimus, libet & alium locum Origenis in Leuiticum citare, ubi ita legimus.

OECO. A

ROF. Oportet in edendo Chro uarios gradus cogitem⁹, quẽ-admodũ in suscipiendo spiritu sancto. Constat enim Aplos, quum post resurrectionem Chri credidissent in eum, etiam spiritum san-ctum per fidem accepisse, quemadmodum & per fidem à cæteris iam accipit fidelibus. Teruntamen eundem spiritũ plenius accepe runt, quando postea Chrus flauit in eos, dicens: Accipite spiritum sanctum. Atq; plenius adhuc eosdem, spiritũ accepisse non dubita mus quando post ascensionem Chri missus fuerat in eos idem spi ritus sub ignis specie. Si quis igit contenderit nihil oportuisse Apo stolos iam tertio spiritũ suscipere, quũ semel integrũ accepissent, parꝝ prudentẽ iudicabit se esse. Nam etsi spũs primo susceptus fu-isset integer, quantũ ad essentiã spũs: non tñ quantũ ad omnẽ dona tionis modũ, & gradũ eiusdem spũs. Nam cum ampliori gratiarꝝ ubertate, datus fuit postremo spiritus ipse, q̃ prioribus alijs duobus donationibus. Ad hunc modũ & Chrus multipharia edit. Primũ generali quodam esu per fidem in baptismo susceptam. Per hanc non negamus, Chrianum unumquẽq; Christo inseri. Verum te-nuis admodum hæc insertio putatur, nisi subsequantur & cætera. Quare plenius adhuc uescit quis Chro quando uerã ei⁹ carnẽ sub specie panis firmissime creditã, ore sumit & digiutit. Nunc enim (si digne suscipiat, hoc est integra fide puraq; conscientia) longe co piosiori gratia reficitur, ac multo solidius inserit & incorporat Chri sto. Plenissime demum inseritur, qñ post multam eiusdem sacra-menti frequentationem, adeo se confirmatum experitur in amore

Matth. 28 Marc. 16 Luc. 24 Iohan. 20.

Actorꝝ. 2

Christus multipliciter editur

Tres gradus edendi Christi.

Christi, ut millies occidi se pateret, q̃ semel ab eius corpe mystico diuelli. Quobrem lector ubi posthac leges, uel ex Origene, uel ex alio quouis authore, Chr̃m animæ nr̃æ cibũ esse, reuoces ad mentem, hos tres edendi gradus, & mox intelliges, de quo gradu loquatur, simul & ꝑspicies nihil hos grad⁹ sibi mutuo repugnare. Quæ res etiã con stare põt, alia ratiõe. Nam certũ est, malos diabolo incorporari, sicut & boni Chr̃o inserunt. Habet em̃ Satan corp⁹ suũ mysticũ, sicut & Chr̃us habet suũ. Nam & Iudas, quũ ex Chr̃i loculis nonnihil surripuisset, ꝓtinus ad Satanæ cõpagẽ iunctus fuit. Verũ intimius ei colligabat, qñ in tantũ sceleris prorupit, ut Iudęorum ꝓceribus Chr̃m uenderet. Iam & diaboli sortitus est nomen, quẽadmodũ & Chr̃us Apl̃is suis dixit: Vnus ex uobis diabolus ẽ. Cæterũ posteaq̃ idem Iudas panẽ intinctũ sibi à Chr̃o porrectum comedisset, iam euangeliũ testat. Satanã in eũ introijsse, non ꝙ pridẽ in eo nõ fuerat: sed ꝙ plenius eum iam possedisset Sic pariter & dum incorporamur Chr̃o, tres eiusmodi gradus (uti supradixim⁹) facile comperies: sed iam Origenem audiamus.

Iudas uane peccauit

Iohan. 6
Iohan. 13.

B OECO. Om̃is homo habet aliquẽ in se cibũ, quẽ accedenti ad se proximo p̃beat. Non em̃ põt fieri, ut cũ accesserimus ad nos inuicẽ homines & conseruerimus sermonẽ, nõ aliquẽ, uel ex responsione, uel ex interrogatione, uel ex aliquo gestu, aut capiam⁹ inter nos gustũ, aut p̃beamus. Et si quidẽ mund⁹ est homo & bonæ mentis: is de quo sumim⁹ gustũ, mundũ sumim⁹ cibũ: si uero immundus sit quẽ contigim⁹, immundũ cibũ sumim⁹. Et ꝓpterea puta apl̃m Paulũ de talibus dicere, ne cum eis cibũ capiam⁹: nimirũ uelut immundis animalibus. Verũ ut euidenti⁹ tibi patescant ad intellectũ, quæ dicimus, de maioribus sumam⁹ exẽplũ, ut inde paulatim descẽdẽtes, usq; ad inferiora ueniamus. Dñs & saluator noster dicit: Nisi manducaueritis carnẽ meã, & sanguinẽ meũ biberitis, non habebitis uitã in uobisipsis. Caro em̃ mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Iesus ergo, quia tot⁹ ex toto est mund⁹: tota em̃ caro cibus est, & totus ei⁹ sanguis pot⁹, quia om̃e opus ei⁹ sanctũ est, oĩs eius sermo uer⁹ est. Propterea ergo & caro ei⁹ uer⁹ cibus, & sanguis eius uer⁹ pot⁹ est. Carnib⁹ em̃ & sanguine uerbi sui, tanq̃ mundo cibo ac potu potat, ac reficit om̃e hoĩm gen⁹. Secundo in loco post illi⁹ carnem mundus cib⁹ est: Petrus & Paulus, & om̃es Apostoli.

Tertio

Tertio loco discipuli eorũ unusquisq; p quãtitate meritorũ, uel sen suum puritate, proximo suo mundus cibus efficitur.

ROF. Palàm est Origenẽ hoc loco de mundis & immũdis animalibus allegorice disserere. Quamobrẽ quũ ex allegorijs nullum argumentũ (ut sępe diximus) constabiliri põt, frustra locũ hũc aduersum nos pducit Oecolampadius. Huc accedit q ex proximis istis uerbis satis dilucide colligere possum⁹, nihil contra nos hunc locũ militare, quũ certũ sit, nos Petri & Pauli cæterorumq; discipulorũ carnib⁹ haudquaq̃ uesci, tãetsi uerbis & scripturis ex eorũ ore p latis reficiamur. Absit ut carne Chr̃i non aliter credam⁹ nos pasci, q̃ Petri & Pauli carnibus atq; cæterorũ discipulorũ Chr̃i. Nam de istorum carnibus nusquam legimus, quòd nisi quis eas manducauerit, non habebit uitam

Libro quarto, capite secũdo, D.

Verbis Apostolorum, nõ autem carne uescimur.

C

OECO. Hæc qui audire nescit, detorqueat fortassis, & auertat auditũ, sicut illi q dicebãt: Q̃o dabit nobis hic carnẽ suã manducare? Quis potest audire eum? Et discesserunt ab eo. Sed uos si filij estis ecclesię, si euangelicis imbuti mysterijs, si uerbũ caro factum habitat in uobis: agnoscite quę dicimus, quia dñi sunt, ne forte qui ignorat, ignoret. Agnoscite, quia figuræ sunt, quæ in diuinis uoluminibus scripta sunt, & ideo tanq̃ spiritales, & non tanq̃ carnales, examinate & intelligite quæ dicuntur.

ROF. Non fugit Origenem hoc durius uideri potuisse, q̃d de carnibus Petri Paulíq; & cæterorũ discipulorũ dixerat. Quamobrẽ & molit istud, ex eo corroborare, q om̃ia spiritaliter à spiritalibus intelligi debeant. Contendit itaq; figuras esse om̃ia, quæ nobis tradita sunt in diuinis uoluminibus, & mystice accipienda. Quæ sñia nec Augustino, neq; Hieronymo, neq; cæteris grauissimis authoribus cõprobat. Habet em̃ & lr̃a suã ueritatẽ, & multo q̃dẽ certiorem, q̃ allegoria, q̃n quidem allegorici mysticíq; sensus, ex eadẽ lr̃a scateant innumeri. Solus tñ literalis sensus suũ habet robur & firmitatẽ, cui cõtradici nõ põt. Allegorias uero quisq; lector in tantum probat, quatenus arrident ingenio iudicióq; suo.

Sentẽtia Origenis non approbatur.

Non omnia sunt spiritualiter intelligẽda in scripturis.

D

OECO. Si em̃ quasi carnales ista suscipitis, lędunt uos, & non alunt. Est em̃ & in euãgelijs lr̃a quæ occidit. Nõ solũ in ueteri testamẽto lr̃a occidẽs dep̃hendit, est & in nouo testamento lr̃a, quæ occidit eũ, qui nõ spiritualiter quæ dicunt, aduertit. Si em̃ secun

dum literam sequaris hoc ipsum quod dictũ est: Nisi mãducaueritis carnẽ meã, & biberitis sanguinem meũ, occidit hæc litera.

ROF. Et eandẽ literã palã ẽ occidisse Capernaitas: sed ꝑperã intellecta. Dilucidũ est igit̃ hic Origenẽ literam intelligere, qualem ex his uerbis Capernaitæ conceꝑerunt, qui quum Christ⁹ hęc eadem uerba disseruisset, abierunt retro. Sic enim acceperunt, ac si Chr̃i carnem deberent manducare, quemadmodũ ex Augustino pauloante diximus: nempe dentibus eam laniare quando comeditur, sicut caro cadaueris, quæ spiritu caret, aut sicut caro quæ uendit̃ in macello mãducari solet: hæc ꝓfecto litera occidit. Neq; sensus iste uere literalis est uerboꝝ Chr̃i: sed qualem illi ꝑperã intelligentes finxerũt sibi ꝑ errorem. At est & hoꝝ uerboꝝ alia litera, aliusq; sensus literalis, qui uerus est, de qua iam non loquit̃ Origenes & ista lr̃a tantũ abest, ut occidat ut planè uiuificet credentes, quẽadmodum sæpe diximus, & adhuc dicturi sumus.

Iohan.6. Capernaitæ non habuerunt sensum literalem uerborum Christi.

E OECO. Quid clari⁹ poterat dici, ne carnale cõuiuiũ cogitaremus? An nõ fideliter monet? an nõ grauiter terret? An nõ suauiter docet, qũo Chr̃us nobis mundus, delicatusq; sit cibus?

ROF. Et nos fatemur Chr̃m & mundũ & delicatum esse nobis cibũ, etiam si ꝑ Chr̃m, Chr̃i uerbũ accipias. Verbis enim ei⁹ pascimur, at nihilominus & carne Chr̃i pascimur in eucharistia. Multoq; solidius & intimius ei coniungimur per hanc escam (modo par sit utrobiq; fides) q̃ solis Christi uerbis. Neq; tamen conuiuiũ istud carnale dicimus, tametsi carnem in ea manducemus, qñquidem ista caro nequaq̃ cæteraꝝ carnium more comedit̃ neq; dentibus, uti supra diximus, laniatur.

Matth.4 Iohan.6

F OECO. Quantũ mihi notus est Origenes, nusquã tanto supcilio fidẽ dictis suis, imò nõ suis, sed dei uendicat. Agit enĩ p̃ter morem suũ, qñquidem plerunq; liberꝫ lectori iudiciũ ꝑmittit. Hic minat̃: Qui ignorat, ignorabit: qui carnalis ẽ, in mortis ẽ discrimine: qui non agnoscit, ecclesiæ filius non est.

Supr. eodẽ, C ROF. Has minas (ut diximus) ob id introduxit, ꝙ durior auditoribus uideri potuit allegoria, qñ Chr̃i, Petri, Pauli, cæterorũq; discipuloꝝ carnes interp̃tatus est eoꝝ uerba esse. Quãobrem, ut maior allegorijs suis fides haberet̃, his modis auditores suos astringere conat⁹ ẽ. Neq; istud tã raro facit, ut hic uideri uult Oecolãpadi⁹.

Cæteꝝ

Cæter. quid istis moramur lectorē, qn̄ satis dilucidum est ex aliis, quid de ueritate corporis in eucharistia senserit Origenes.

OECO. Sed non offendat, q̄d & Petrū & Paulū, & discipulos eorū, cibos mundos appellat: ita em̄ & Egesippus duodecim Apostolos, duodecim panes propositionis facit. G

ROF. Merito sane Chr̄ianum quemuis lectorē offendet, q̄ Petri & Pauli carnes cū Chr̄i carne cōferant: nisi q̄ Origenes mystice uoluit per eorū carnes sermones eorū intelligi. Neq; enim, ut de sua carne sanguineq; Chr̄us dixit: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus, ita de Petri & Pauli carnibus asserere quisquam potest. Non enim ipsa Petri aut Pauli caro, nos uere pascit, neq; sanguis Petri aut Pauli, nos uere potat. Caro tamen Chr̄i nos uere pascit, & sanguis eius nos uere potat, nō solū quando fide sola comedit & bibit: uerumetiam quum realiter à nobis edat ei⁹ uera caro, sanguisq; uer⁹ eius bibit. Cæterū illud Egesippi quis non perspiciat esse mere allegoricum?

Iohā. 6
Caro Apostolorum non reficit Christianos

OECO. Verū tamen est, homini, qui uiuifici panis, Chr̄i (inq̄) dulcedinē degustauit: nullum alium cibum, præter eum placere: nullumq; aliū ad palatū animæ eius facere, q̄ qui eiusdem refert saporem. Nam quod placent Petrus ac Paulus non aliunde est, q̄ q̄ in illis Chr̄m uiuentem agnoscimus, quē doctrina, uitaq; sunt imitati. Alioqui nō min⁹ nō se abiles forēt doctrina, uitaq; eorū, q̄ Aristotelis uel aliorum Ethicorum obscœnitates H

ROF. Mira est inconstātia sermonis tui, q̄ sic in Prothæi morem te uertis quoquo uelis. Aliquoties em̄ ad ipsam uerā Christi carnē te uertis, quū dicas panē in sacro figurā esse, non uerborū, sed carnis suæ, & nos edentes panem, carnē eius figurate manducare: nunc ad uerba Chr̄i confugis, asserens nos eius uerbis pasci. Nonnunq̄ ista coniungis in unum, neq; separas carnem à uerbis, ita confusum & inuolutū est tuum dogma, neq; ex ulla parte dilucidum. Cæterū, nunc est intricatissimū, quum nō aliter nos Chr̄i carne sanguineq; refici contendis, q̄ Petri & Pauli, cæterorumq; discipulorum carnibus, hoc est uerbis & sermonibus eorum, quatenus in eis agnoscimus uiuentem Christum. I

¶ Prolixum Cyrilli testimonium inutiliter citat, ut videantur ei fauere complures ex priscis. Ca. VI.

Hęc

OECOL. A



Aec Cyrillus quoq; scribit sup Iohannẽ in hęc uerba. Qm̃ se Chr̃us panẽ appellauit: consyderem' si hoc uocabulo uspiã à scriptura nominet. Scriptũ est ergo in Numeris: loquutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Quũ ueneritis in terrã, quam ego dabo uobis, & comederitis de panib' regionis illius: separabitis primitias dño de pinsendis panib' uestris: sicut de area primitias separabitis: ita & de pulmentis dabitis primitiua dño. Aenigmatice atq; obscure nimiũ, p figurã ista fiebant, quib' uelut de cœlo: panis. i. Chr̃us, obumbrabat. Recordari em̃ oportet, q̃d homo ꝓpter nos fact', & ad similitudinẽ nr̃am, quasi primitiæ quædã, ac separatio nr̃æ massæ, ut scribit: deo patri oblatus est: primogenit' ex mortuis factus, & primitiæ resurrectionis hoĩm, usq; ad cœlũ ascẽdentes. Cępit em̃ à nobis hominẽ (ut scribit) quia semen Abrahę apprehendit, oblatusq; est unus ex om̃ib', & ꝓ om̃ibus, ut oẽs uiuificaret, sicut ex area prim' manipul' deo patri offerri solebat. Et quẽadmodũ quũ sit uera lux, hanc rem discipulis quoq; gr̃a attribuit. Vos em̃ (inquit) lux estis mundi. Sic cũ ip̃e sit panis uiu', qui om̃ia uiuificat, continetq; ut sint similitudine atq; umbra legali, p duodecim panes, sacrũ Aploꝝ p̃figurauit consortiũ. Legit em̃ in Leuit. Et locut' est dñs ad Moysen dicẽs: Præcipe filijs Israël ut offerãt tibi oleũ de oliuis puꝝ ac lucidũ, ad concinnandas lucernas iugiter extra uelũ testimonij in tabernaculo fęderis. Accipietis etiã similã & coquetis ex ea duodecim panes, & cætera quæ Cyrillus.

Apostoli dicuntur panes

Iohan. 5

ROF. De Cyrillo nulla prorsus ambiguitas est, quin ꝓ nobis ubiq; uelis, remisq; faciat, Cæteꝝ nõ inficiamur Aplos, quadã ad Chr̃m similitudine, panes dici posse ueꝝ nõ ita q carnẽ eoꝝ uiuificatricẽ ex stimem', sicut de Chr̃i carne palã Cyrillus asserit. Nõ em̃ caro Petri aut Pauli, sic pascet unq̃, ut Chr̃i caro nos quotidie pascit. De Baptista scribit in Iohanne, q erat lucerna lucens & ardens. Atqui nihilomin' idem Iohãnes de eodẽ Baptista dicit: Nõ erat ille lux, sed ut testimoniũ phiberet de lumine. Chr̃m aũt fuisse uerã lucẽ testat subdens: Erat lux uera quæ illuminat oẽm hoiem uenientẽ in hunc mundũ. Itaq; Iohannes modo quodã lux erat, at nõ absolute lux ipsa uera. Sic & Apl'i quodã modo panes dicunt, per similitudinem ad Chr̃m, at non absolute panes ueri. Quod & Cyrill'

Iohan. 1

Iohannes Baptista fuit lux

Apostoli panes quomodo dicantur.

Cyrillus in eiusdem capitis fine testat̃, dicens: Ut panis igit̃ in lege saluator figurabat̃: panis aũt rursus etiã discipuli similitudine ipsi⁹ dicunt̃. Panis em̃ uerus Chr̃us est. Similitudine aũt ipsius p gr̃am etiã in discipulos ac in discipulorum̃ successores, appellatio ip̃a trãsit. Hæc Cyrillus ibi. Solus itaq; Chr̃us est ipse uerus panis, cuius unius caro, uere uiuificatrix, nos uere pascit, & sanguis uere potat ac inebriat. Et utinã cætera Cyrilli uerba, quæ totũ ipsum caput sextum Iohannis, ipse tradidit, tam attente uelis intelligere, & tã exacte discutere, atq; nunc ista citaris ex eodẽ capite. Satis em̃ cõpertum habeo te citra manifestissimã impudentiã negare non posse, quin sententiæ nr̃æ Cyrillus astipulet̃, adeo dilucide, ut ne cogitari quidẽ apertius pro nobis dixisse queat. Sed quia tu nõ erubescis tot authores incassum ꝓducere, & planè cõtra mentẽ & sensum eorum̃, idcirco nos minime grauabimur, exemplũ quoddã subijcere, quo Cyrillus docet Chr̃m, eucharistiã edenti, seip̃m inserere. Sicut (inquit) si quis liquefactæ cæræ aliã cærã infuderit, alterã cum altera p totum cõmisceat, sic necesse est, si quis carnẽ & sanguinẽ dñi recipit, cum ipso ita cõiungat̃ ut Chr̃us in ipso, & ipse in Chr̃o inueniat̃. Hoc autem exemplũ ob id introduxit, ut explicaret ea uerba Chr̃i dicentis: Qui manducat meã carnem & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in eo. Quare nihil potuit illustrius dici. Subdit paulo post, exemplũ aliud de fermento, quo sil'r hoc ipsum cõprobat. Sicut parum̃ (ut Paulus ait) fermenti totam massam fermẽtat, sic paruula benedictio (de portione sacramenti intelligit) totũ hoiem in seip̃m attrahit, & sua gr̃a replet, & hoc mõ Chr̃s in nobis manet, & nos in Chr̃o. Vere em̃ totũ fermentũ in totã massam pertransit. Hæc Cyrillus. Et idem ꝓtinus adijcit hunc esse loci hui⁹ iam dicti sensum. Neminẽ igit̃ adeo stupidum futurum̃ esse lectorẽ existimo, q quũ hæc digne pensitauerit, hæsitabit quicq̃ de Cyrilli mente.

Christus uerus panis, apostoli autem similitudine

Cyrilli exemplum de edente eucharistiã

Iohan. 6.

Exemplum secundũ Cyrillum

1. Corum̃. 5.

OECO. Apl'i igit̃ panes, in quib⁹ thus lucidissimũ ut sciam⁹ eos odorẽ Chr̃i factos. Quãto igit̃ odoratior & gratior panis est Chr̃s ipse, cuius redolentiæ parum̃ quendã uaporẽ à se illi emititant? imò solus Chr̃us etiã in illis pascit: & ꝓinde solus uitale est uerbũ, & in odore unguentorum̃ eius, post eum currunt adolescentulæ, quanto desyderio cerui æstuantes ad fontes aquarum. B

ROF. Apl'os panes esse similitudine quadã ad Christũ recipi

Apostolorum̃ caro non est cibus.

imus, uerum non ita quod eorum caro uere dicatur cibus, & sanguis eorum uere potus, quemadmodũ de Christi carne, & sanguine traditũ est. Solus Christus uerus ẽ panis: cęteri uero non nisi per similitudinem ad Christũ, panes dicunt. Illi nos pascunt uerbis Christi. At Christus nõ modo suis uerbis nos reficit, uerum etiam sua carne uere pascit, pariter & sanguine potat. Neq; sola fide nos pascit, uerum etiã & corpali sumptione, quando uidelicet carnẽ eius in eucharistia comedimus. O quot diuos & diuas memorare possumus, qui gustantes odorem unguentorum Christi, auidissime cucurrerint ad hoc sacramentum, huc uelut cerui ad fontes aquarum æstuantes, ingenti desyderio se receperũt, quorum corda præ amore liquefiebant in huius sacramenti sumptione?

Christus bifariam reficit.

Cant. 1

Psal. 41

C OECO. Quod testabit, quisquis illum in ima mentis uiscera traiecerit, cognoscendo, q̃ speciosus pre filijs hominũ, q̃ diffusa in labijs eius gratia, quanta uis fragrantiæ ab eo pcedat, & quanta sit eius benignitas, quãq; salutaris sit credẽtibus. Sciunt quid loquar, qui olim onerati peccatis, non audebãt in cœlum tollere uultus, & præter tormenta perpetua expectabant nihil, terrebantq; eos peccata, & in ppetuo tremore relinquebant: nunc uero gustata ea quę p Christũ in sanguine ei⁹ misericordia exultãt, tripudiãt, gratiasq; agũt patri, cui recõciliati sunt p dñm nostrum Iesum.

Psal. 44. ROF. Certe si sola formæ incõparabilis cogitatio, quã nusquã uidimus, disertissimi sermonis, quẽ nunq̃ audiuimus, fragrantiæ uirtutũ, quã añ nũq̃ sensim⁹, benignitatis eximiæ, quã sola fide tenemus, salutariũ deniq; beneficiorum quæ nobis inuisibilia sunt, tãtopere quempiã afficiat, quanto magis præsentia complexusq; tã amãtissimi sponsi, qñ uidelicet eius caro uiuifica, nostræ miseræ carni coniungitur, & cor cordi copulatur.

Cant. 2. 8.

D OECO. Atqui nihil tale experti, & neq; suam miseriam, neq; Christi misericordiam agnoscunt, non mirum est, si auertant aures & delirare putent eos qui sapiunt.

ROF. Finge te quantũ uelis expertũ, nunq̃ certe mihi psuadebis, ex Christo descẽdisse gustũ hũc in pect⁹ tuũ, nisi pri⁹ uelis Christi uerbis habere fidẽ, quibus testatus est carnẽ suã in hoc sacramẽto uere cõtineri. Nã tuis ipsi⁹ dictis utar. Necesse est Christũ abnegare in omibus, & mendacem facere, uel illi in omnibus credere.

Nam qui in uno discredit in nullo credit. Sic em̃ haud multo post initiũ huius libelli tui scripseras. Quare si non huic uerbo Chr̃i, q̃ suũ corpus affirmauit in sacro pręsens esse fidē adhibes, Christum abnegas, & mendacē eum facis. An non existimas Nouatianos q se catheros appellabant, magnã suauitatem ex opinata sua puritate gustasse? Neq; tamen ista suauitas ex Chr̃o manauit: sed à Satana qui se transfigurato in angelũ lucis illos decepit. Ita pariter haud dubie & tu deciperis. Neq; em̃ uera suauitas esse põt, quã sine uera fide gustas. Cæterũ qui digne frequentant istud mysteriũ, uerã dulcedinē experiunt, & in ipso fonte gustant q̃ suauis est dñs, clamantq; toto cordis affectu. Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ dñe quam abscondisti timentibus te. Quorum certe numerũ haud exiguum producere possumus.

Nouatiani dicuntur cathari.

2. Cor. II

Psalm. 33.

Psalm. 30

¶ Idem esse molitur, manducare carnem, venire ad Christũ credere & diligere Christum. Ca. VII.



Hristiani itaq; perpetuo sic conuiuantur, & dum credunt, manducant manducandoq; reficiunt, etiam si nõ edant de pane illo, deq; calice non bibant.

OECOL. A

ROFFEN.

¶ Sæpe diximus non oēm qui credere se putat, tanta fide priori, ut manducet Chr̃m, atq; manducando reficiat, oportet em̃ & charitatē habere cum fide. Atqui nemo certus est se charitatem habere, nisi cum integro animi ꝓposito de uitandis peccatis, sacramentũ aliquod susceperit. Quum uero sacramentũ aliq̃d ita susceperit, & maxime uel baptismatis uel pœnitentiæ, quanq̃ antea fidem & charitatē possederit: nunc tñ eædē augent per copiosiorem gratiam superuenientem, ex ipsius sacramenti susceptione. Atq; ita magis & intimius per huius ipsius esum incorporatur, & inseritur Christo quàm pridem fuerat.

Charitas augetur per sacramenti susceptionem

OECO. Vt Augustinus in sermone quodam inq̃t: Nulli aliquaten⁹ dubitandũ, unumquēq; fideliũ corporis & sanguinis dominici tunc esse participem, quando in baptismate membrũ efficitur Christi, nec abalienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si anteq̃ panem illum comedat, calicemq; bibat, de hoc seculo migrarit in unitate corporis Christi constitutus. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur, quãdo in se, hoc quod sacramentum significat, inuenit.

B

Malo dolo Oecolampadius non exprimit locum citati authoris.

ROF. Quid nõ locũ citas, ut ipsum in Origene suo cõsulamus Nam sæpe uel demis, uel addis uerba quædã ꝓ arbitrio tuo. Quare suspectissimũ est quũ authorẽ quempiã cites, nõ expresso ipso loco, unde testimonium illius ꝓtuleris. Neq; facile est cuiq̃, oĩes Augustini sermones tenere memoriter. Adde, ꝙ responsuro magnum tpis dispendiũ fieret, si ꝓpter hæc uerba totũ uolumen sermonũ Augustini cogeret euoluere. Vnũ tñ scio, ꝙ adhibita multa diligẽtia, nusquã hæc uerba potui in sermonibus Augustini reperire. Quare sicut tu nuper cũ Eusebij, Emisseni & Prosperi testimonijs ante ludebas, dicens te responsurũ, quũ exhiberent eorũ exemplaria, ita nos eludere possumus hãc citationem tuã. Sed ut tibi largiamur Augustinũ hęc uerba dixisse, nunquid hic nõ audis assertum idipsum, de quo p̃cipue digladiamur, p̃sentiã uidelicet corpis & sanguinis in pane & calice? Vtrum aũt absq; reali pceptõe horũ, haberi uita queat, alia quæstio est. At urgebis nos forte postremis uerbis ipsi⁹ testimonij, quũ dicat. Qñ in se hoc qđ sacr̃m significat, inuenit, p hoc certe nõ aliud intelligit Augustinus hoc loco, q̃ esse in corpe mystico, atq; ꝓpterea iam dixit eũ in unitate corpis constitutum, uẽpe mystici. Nam & corp⁹ Chr̃i mysticũ, etiã una rerum est, quã sacr̃m istud significat. Neq; eñ is qui non ederit ip̃m uerũ corpus, habet in se ueritatẽ ipsius corpis, tametsi p baptismũ & fidẽ sit insertũ corpori mystico. Addimus etiã & istud, ꝙ quũ alibi pspicue doceat Augustinus esse necessariũ, ut quisq; Chr̃ianus hoc sacramẽtũ edat, oportet ut utrũq; dictũ sibi mutuo cõciliem⁹. Quãobrem & uerba quæ tu ꝓducis, de his intelligi debent, qui casu aliquo p̃uenti sunt, quo minus q̃d optant post baptismũ susceptũ ualuerint assequi: nimirũ hoc tam incomparabili cibo refici. Nam & hoc uotis omnibus unicuiq; cupiendum est.

Eucharistia significat corpus Chr̃i mysticum.

C

OECO. Insuper, quod ad illam sacramenti carnei continentiã facit, nihil ex sexto capite Iohannis probari potest.

Caput Iohannis sextum loquitur de eucharistia.

ROF. Superius huic rñdimus. Nam p̃ter hoc, ꝙ Augustin⁹, Cyrillus, Cyprianus, Ambrosius, Hilarius, ac cæteri patres, multa quæ tradita sunt ipso capite, docent accipi debere ꝓ eucharistiæ sacr̃o, etiã ipsa Chr̃i uerba uehementer hoc ip̃m urgẽt. Nã postea q̃ recensuerit Moysen Iudæis manna dedisse, panẽ quẽ uocarunt angelicũ, simul & patrẽ suũ donasse mũdo panẽ uerũ, pollicet insuper:

Iohan. 6.

Exo. 16.

per:

per se daturum panem suæ carnis. Panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est. Moyses dedit manna panē figuratiuum. Pater dedit Chrm̄ panem uerum: At Christus quē panē dedit: nēpe carnē suā sub specie panis: nimiꝝ qn̄ panē in manus acceptū benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meū. Propter quod & iam dixit: Panis quē ego dabo, caro mea est. Et ne contendas eū hunc panē in cruce dedisse: subiungit aliā carnis donationē in cruce, dicens: Quā dabo pro mundi uita. Dedit ergo Moyses manna Iudæis (ut diximus) figuratiuū. Dedit & cœlestis pater uerbū suum incarnatū, panē ueꝝ. Dedit subinde Chrus carnē suā sub specie panis. Deniq; dedit & idē carnē suā ad mortē ꝑ mūdi uita. Cæteꝝ de his fusius in ꝓlogo sequētis libri. Exodi.16 Matth.26. Marci.14 Lucæ.22 Iohan.6

OECO. Idem est manducare carnem, & uenire ad Christum, & credere in Christum, & in fide diligere. D

ROF. Idem utiq; sunt ista quæ memoras, at nō conuertibiliter & prorsus idem. Nam in manducatōe: quēadmodū superius ostē dimus, uarīj gradus sunt, ita ꝙ qui uenit ad Christū, licet credat in Chrm̄, & in fide diligat, non tn̄ scdm omnē plenitudinē ipm̄ Christum edit. Sicut em̄ spm̄ habuerunt Apl̄i priusquā inflaret in eos Chrus, tn̄ per ipsum flatum plenius possiderunt, & rursum adhuc plenius, qn̄ spm̄ eundē sub specie linguaꝝ igneaꝝ acceperunt, ita qui credit in Chrm̄, aliquo modo manducat eū At adhuc plenius qn̄ sacrm̄ ipsum digne recipit Plenissime uero (quantū ad hāc mortalem uitam spectat) quum per creberrimū esum quis adeo confirmatur, ut amore quodam cibi huius flagret & ardeat. Tunc enim ipsius Christi præsentia corporali fruit, & sponsi non dubījs gaudet & fruit amplexibus. De fide sæpius incertū est, an sufficientē habeamus, sed & uerbū cōiter à pījs & impījs audit, neq; certo nobis constat, quatenus ꝑ ipm̄ purgamur. Cęteꝝ per sacrm̄, si cum aliqua fide accesserimus, & quoad nobis præstari possunt, ꝑfecerimus omnia, uel saltem obicem (ut aiunt) non dederimus, nō est hæsitandum quin Christum susceperimus corporaliter. Supra libr.4. cap.5.A. Iohan.20 Acto.2 Christus manducatur multipliciter. Can.28 Christum fide suscipim⁹ corporaliter in eucharistia

OECO. Quod ex effectis patet. Etem̄ sicut dn̄s dixit: Qui edit meā carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ita & dicit: Vos mundi estis, ꝑpter sermonem, quem locutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Et ꝑ dilectū discipulū dixit. E

V 5 Quis

Quisquis confessus fuerit, quod Christus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Quod de charitate quoq; dicit: Deus charitas est, qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et iter*: Qui habet filiũ, habet uitã: qui non habet filiũ, nõ habet uitã. Ostẽdunt scripturæ illæ inter se collatæ, quid sit manducari carnẽ Chri manducati õe spirituali. Sicut em̃ in Chro manet, & Chrs in eo, q illum confitet, & propter sermonem mundat: ita & is qui edit carnem, in Chro manet, & Christus in eo.

Non æqualis affectus uerbi fidei & sacramenti

Certi esse possumus Christum in nobis esse.

ROF. Si uer* sit quod diximus, ut & haud dubie uer* est, non om̃ino parẽ, aut efficaciã, aut certitudinẽ habent hæc tria, nempe uerbum, fides, & sacramentum. Neq; em̃ certo scitur, φ uerbum aut fides nos mundarit, quanq̃ & audiendo uerbo, dederimus operam, & conatum ad credendum adhibuerimus: ueruntamẽ si cum his & sacramentum insuper manducauerimus, iam certi esse possumus, & Chrm in nobis esse, & nos in Christo manere. Cæterum ut largiamur quempiam uerbo & fide mundatum, & Chrm habere manentem in se, non tñ is ita plene Chro incorporatur, atq; quũ ipsum in sacramento manducauerit. Quam rem & altero superius exemplo docuimus. Iudas enim quum primũ fur esset, & postea uenditor Christi, diabolum in se manentem habuit, at posteaq̃ panem intinctũ ederat, plenius in eum introiuit diabolus, ut eum intimius possideret. Sic nimi* & Chrus intimiori gradu nos incorporat sibi, quando sacratissimam ipsius carnem edimus in sacramento, q̃ quando sola fide concipimus eundem. Porrò qđ de charitate dicis, profecto si quis digne secum expendat, quę de charitate Paulus tradit primo Corinthiorum decimotertio, quando certus erit se in charitate esse? In summa, nec fidem, neque charitatem habemus, nisi parati simus & Christi & ecclesiæ catholicæ dogmatibus obtemperare. Quam rem & Cyprianus copiose docet, tractatu de simplicitate prelato*.

Supra libr.4. cap.5.A.

¶ Necessitatem edendi nobis obijcit ex Cyrillo, quam nos admittimus. Ca. VIII.

OECOL. A

PIe igit dictum est, & hoc ab Augustino: ut quid paras uentrem & dentes: crede & manducasti. Credere autem illud non est in eo quod confitear in pane corpus Chri substãtialiter adunatum; sed quod toto corde, mysteriũ incarnationis

nis, passionis, & resurrectionis, ac ascensionis amplectar.

ROF. At his uerbis non ꝓhibuit Augustinus esum sacramenti, ad quod alibi toties nos inuitat. Sic eñ præter alios, & sane plurimos locos, quos ante citauimus tractatu. 84. super Iohannem ait: Si sederis cœnare ad mensam potentis, consyderans intellige, quæ apponuntur tibi, & sic mitte manum tuam, sciens quia talia oportet te præparare. Nam quæ mensa est potentis, nisi unde sumitur corpus & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid ē ad eā sedere, nihil humiliter accedere? Et quid est consyderare & intelligere quę iam apponunt̃ tibi, nisi digne tantā gratiam cogitare? Et certe gratia tanta uehementer admiranda est, qua nobis indignis, ipse dignissimus nobis miseris, ipse fęlicissimus nobis denique seruulis inutilibus, ipse dominus omnium, carnem & sanguinē suum edenda proposuit.

Supra libr. 2. ca. 32. C. Prologo. 4. li. H. libr. j. capi. 8. E, G.

Augustinꝰ tenet corpus & sanguinē i eucharistia

OECO Hæc igitur qui non probe animaduerterit, & priscos doctores magno periculo leget, & pronunciabit paruulis ac infantibus necessariam esse eucharistiam. B

ROF. Certe quisquis priscos authores legerit, comperiet hūc recentis ecclesię morem fuisse, ut quis ubi salutari baptismate lotus esset, confestim sacramento corporis & sanguinis domini pasceret̃ Sic enim Dionysius capite secundo, secundæ partis Ecclesiasticæ hierarchię scribit, de baptizato loquens: Assumentes autem illum sacerdotes, successori suiq; accessus duci consignant, & una cum ipso illum uestem baptizati munditiæ congruam induunt, sicq. indutum rursus ad pontificem ducunt. Ille diuino ac deifico prorsus unguento uirum signans, sacratissimæ communionis participem facit. Hæc Dionysius.

Baptizati mox sumpserunt eucharistiam

OECO. Quid dicent enim ad Cyrillum, cuius hæc sunt uerba super Iohannem: Non possunt cū sanctificatōe beatæ uitæ fieri participes, qui per mysticā benedictionē Iesum nō susceperunt. C

ROF. Quid aliud dicemus, q̃ hunc uera sensisse? Nam si quis uel suasu satanæ, Chr̄i uerbis non credat, de præsentia corporis in eucharistia, aut si credat, crasse tñ aut negligit, aut contemnit illo cibo refici, nunq̃ is beatæ uitæ futurus est particeps. Veruntamen aliter pie sentiendum est de illis qui morte præuenti, non ualuerūt assequi quod uotis maxime concupierunt.

Adultis opus est sumere eucharistiam

D OECO. Et iterum, non uerbo solũ semper: sed etiã tactu mortuos excitabat Chrũs, ut ostẽderet corpus suũ uiuificare posse, quod si solo tactu eius corrupta reintegrant, quõo nõ uiuemus, qui carnẽ illã & gustamus, & mãducamus? Reformabit eñ oĩno ad immortalitatẽ suam participes. Oportuit certe, ut non solũ anima per spiritum sanctum in beatam uitam ascenderet: uerumetiam ut rude atque terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, & tactu & cibo, ad immortalitatem reduceretur.

Cyrilli sententia de eucharistia

ROF. His uerbis apertissime Cyrillus testat, in sacro uerã esse carnẽ Christi p cuius esum participes effecti, uera donabimur immortalitate. Addit etiam q sicut anima per spiritũ sanctum ad beatam uitã ducit: ita similiter oportere corpus hoc nrm, cognato sibi gustu, tactuq;, & cibo, ad immortalitatẽ reduci confirmat. Corpus igitur Christi quum in sacramento suscipit, & nro accommodat corpori, uelut diuinitatis organum (ut sæpe diximus) uitæ nunq̃ finiendæ semina toti homini inserit.

E OECO. Hæc sane quæ cogere uolunt, prout uerba sonare uidentur, quantam turbam hominũ salutis facient expertem? quantam item saluabunt, etiam impie uiuentem? contactu enim suo caro uiuifica nihil non uiuificabit.

ROF. Nullũ in his uerbis periculũ est, modo recte intelligant. Neq; eñ pijs quicq̃ officiunt, quũ per eos haudquaq̃ stet, ut huius sacramenti nõ euadant participes. Sed nec impijs quicq̃ proderũt

j. Cor. jj. q̃diu perrexerint in impietate sua. Quã rem & Paulus testatur, dicens: Qui edit & bibit indigne, iudiciũ sibijpsi edit & bibit, non diiudicans corpus dñi. Neq; eñ per naturę necessitatisq; modũ operat hæc caro: sed libere & spontaneæ. Semp tñ aliquẽ fructũ operatur, ubi mens pia non defuerit. Verum ut pijs hæc esca salutaris est, ita rursum impijs est noxia. Nam & post buccellam, quam accepit

Joh. j3 Iudas, ut euãgelium docet, introiuit in eum Satanas. Non uiuificat igitur impios hæc caro, qui persistunt adhuc in impietate sua, neq; resipiscunt quicquàm.

F OECO. Inuenis enim ex uulgo multos, qui non uere credant Chrm p se passum, nam si crederent maiorẽ gratitudinẽ uiuendo p se ferrent, & fatent tamen, quod corpus in pane accipiant.

ROFF. Vix opinor inuenies quempiam, qui uere credat esse Chri-

Christum in hoc sacramento, qui non item credat Chrm in cruce fuisse passū. At īuenies īnūeros q credūt Chīm ꝓ se passum, & nihilominꝰ in peccandi studio perstant. Asserunt eīn se nequaq̄ ab ipsis sterilibus abstinere posse. In qua sententia nō mediocriter per uestra dogmata confirmanť, qn̄quidem uos docetis cuncta fieri necessitate quadā Et hi certe quanq̄ se credere putent, uera tn̄ fide carent. Quod & tu uideris etiā asserere quū dicas, ꝙ si crederent maiorem gratitudinē uiuēdo prę se ferrēt. Hoc est igiť quod soleo uobis obijcere neminē ex uestra doctrina certo scire posse, qn̄ ueram habeat fidē. Nam ut & uos traditis nemo uerā fidē assecutus est, q charitatem item non habeat. At si quis exactius conscientiam suā exploret, an in charitate sit, iuxta ea quæ Paulus de charitate tradidit, facilius opinor se carere, q̄ habere charitatem iudicabit. Quāobrem & uere fidei expertem se pronunciabit.

Rom. 5. 8. 15.

1. Corin. 13. & alibi.

G

OECO. Imò ferè totum hoc hominum genus, qui corpus in pane credunt, si rogentur, num putent satisfactum pro suis peccatis, & se acceptos deo, dubitant: & nihil affirmare audent, & adhuc carnem Christi comedere se dicunt.

ROF. Et hic rursum errore magno tenemini, ꝙ satisfactionē ꝓ peccatis arbitremini nemini necessariā esse, qn̄quidem & Chr̄us abunde satisfecit ꝓ peccatis oīm. In quo dogmate nō modo uehementer fallitis plebē, uerꝫ etiā ad peccandū ꝓpensiorē eam redditis Fatenť utiq; pr̄es orthodoxi Chrm ꝓ totius mundi peccatis abunde satisfecisse, atq; istā satisfactionē sufficere, cunctis resipiscētibus ne plectanť æterna morte. Cæterꝫ affirmāt unumquēq; nihilominus oportere, condignos pœnitentię fructus agere. Qm̄ si per hāc pœnitentiā pœnæ temporariæ peccatis debitæ, dum hic uiuiť, minime dissoluanť, futurꝫ est, ut in purgatorio lōge molestioribus expienť cruciatibus. Nos igiť licet nō tam illotis manibꝰ, ut uestra p̄sumptio solet, ubi sacra susceperimꝰ, reuerēter audemꝰ ꝑ gr̄am, quā ex sacr̄is accepimus confidere, nos gratos & acceptos esse deo.

Satisfactio Christi ꝓ nobis nō exclusit nostrā satisfactionem

Mat. 3.

Lucæ. 3.

OECO. Verꝫ (ut dictū est) fides nō eget ulla re externa, ubi uera fuerit. Regnū eīn dei intra nos est, & sanctificať homo, nō solū in anima: sed & corpore, etiam absq; sacramētaria manducatione.

H

ROF. Pone fidē quātamcūq; uelis maximā, adhuc tn̄ is q tantam habet fidē, si recuset baptizari, nunq̄ dei regnum consequeť.

Iohan. 3.

X Et certe

Et certe baptiſmus, ſi quis eum cum fide cõferat, externa quædã res eſt. Sanctificari uero per fidẽ, modo uera, formataq́ʒ ſit ea fides Chriſtianũ aſſerimus, atqʒ etiã inſeri corpori Chriſti myſtico. Sed hæc ſanctificatio paꝶ ei ꝓfuerit, qui cæteris initiari contẽpſerit ſacramẽtis. Adde quoqʒ, ꝙ cõpertũ nemini eẽ pt, niſi uel per reuelationẽ, uel per ſacramentoꝶ ſuſceptionẽ ſe potitũ eſſe fide formata Nam ſi peccandi animũ neutiq̃ adhuc depoſuerit, & tamen confidat ſe in gratia dei eſſe, hæc fides longe magis præſumptio dici meretur, q̃ fides. Q, ſi fuerit ſibi uiſus peccandi animũ depoſuiſſe, põt nihilominus in eius corde lætale quoddã pctm̃ delitéſcere, quod adhuc obſiſtat gratiæ. Quare citra ſacramentoꝶ ſuſceptionẽ, nullo modo certus & ſecurus erit.

¶ Sacramentoꝶ vſum inanem fore colligit, ſi fidẽ ſolã ſufficere quis dixerit. Ca. IX.

OECOL. A ROFFEN.



Eque eſt quod inſultes: Ergo nullus & uanus erit ſacramentorum uſus.

¶ Et merito quidẽ iſtud obijcitur. Nam ita nobis aufers oẽm ſacramentoꝶ neceſſitatẽ, ſi per ſolã fidẽ ſaluabimur. Sic eñ inferiꝰ colligis: Fides ipa quæ in homine eſt, imò ſpũs author fidei, non damnari ſinet hoiem. Nam quũ ſpũs hoiem illuſtrarit, & ſuũ reddiderit, nimiꝶ illũ damnãdo, ſeipm dãnaret. Colligis itaqʒ nõ damnãdum eſſe qui fidẽ habuerit licet baptiſmũ nõ ſuſceperit. At iſtud ſi ueꝶ ſit, fruſtra certe, Chrs

Marc. 16 fidei baptiſmũ etiã adiunxit, dicens: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Sed & fruſtra negauit ei introitũ in regnum dei,

Ioh. 3. qui baptizatus non fuerit: Amen amen dico tibi: Niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum dei.

Acto. 9 Fruſtra inſuper, quũ alij innumeri, tum ipe Paulus etiã, poſtq̃ eſſet fide illuſtratus, baptiſmi ſacramentum accepit.

B OECO. Profecto ut iuſtiores dicẽdi ſimus, neutiq̃ ex ſacramẽtis aſſequimur, ſicut neqʒ ab alijs externis opibus iuſtificabimur.

Iuſtiores fimus ſacramẽtorum perceptione

ROF. Nimiꝶ ut iuſtiores euadamus, & ſacra nobis & opa bona præcipiunt. Nam (ut de ſacramẽtis primũ loquar) ſi ſacramẽtis præſtat gratia, qd nos ceu cõpertiſſimũ habemus, & gratia uel efficit uel auget iuſtitiã, non eſt dubium, quin ubi quis per fidẽ iuſtus ante fuiſſet effectus, per baptiſmi ſuſceptionem, euadat iuſtior.

Et quã

Et quantũ ad opera bona pertinet, Chr̃us in prolixa illa contione, quã habuit in monte, tm̃ operibus tribuit, ut sine his, nec aditũ pateredicat in cœleste regnũ. Non om̃is (inquit) qui dicit mihi: Domine, dñe, intrabit in regnũ cœlorum: sed qui facit uoluntatẽ patris mei, qui in cœlis est. Et nisi abundauerit iustitia uestra plus, q̃ scribarum & pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quod & de iustitia operum prorsus intellexit, quemadmodũ ex auctarijs, quæ legi Mosaicæ adiecit, dilucidum cuiuis esse poterit. Mat.7 Matth.5.

C

OECOL. Quæ tamen utilia sunt ac necessaria, non tam in nostrum, quàm proximi usum.

Vsus sacramentorum nobis necessarius

ROF. Ad nostrũ etiã usum tanto magis necessaria sunt, quanto fructũ ex eis copiosiorẽ accipimus, q̃ proximi. Quũ em̃ proximo minimũ largior, ille quidem minimũ & solum accipit. At ego quid assequutus sum? Id profecto quod multis partibus minimũ exuperat: nimirum expiationem aliquam, & mundiciam animi. Nã id Christus pollicitus est, qui ut falli non potest, ita nec fallit quẽquàm. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Et alibi: Date & dabit̃ uobis. Nos itaq; propter eleemosynam temporariam, quã proximis impendimus, immarcessibile prę miũ in cœlis consequemur. Paulus item docet, ꝓ temporarijs bonis exhibitis proximo, nos bonis spiritualibus esse locupletandos, falsum est igit̃, quod asseritis, ꝙ uidelicet opera bona non tam in nostrum, q̃ in proximi usum necessaria sint. Lucæ.11 Lucæ.6

D

OECO. Corde credit̃ ad iustitiã: uerum si tãta fides fuerit, ut etiã cogat operibus, siue baptismi, siue martyrij, siue eleemosynæ, siue communicationis, uel alijs confiteri, & in nullis erubescere Chr̃m tantæ confessionis fides erit in salutem.

ROF. Sæpe diximus, nõ oẽm cordis credulitatẽ, iustũ reddere, sed eam solã quæ per dilectionẽ operat̃. Fides enimuero iustitiam inchoat: sed eadem ex operibus consummatur, ut diuus Iacobus affirmat. Quamobrem & nihilominus frustraneæ separas ab operibus fidem, q̃ salutem à iustitia. Nam ut certũ est, & eum qui iustus ẽ, saluum fieri: & ediuerso, qui saluus fit, iustũ esse: ita similiter constat, fide iustificatũ, operibus fieri iustiorem, & qui pijs opibus, quũ licuisset, non impendit operã: hunc ut nõ satis iustũ dmnandũ fore, Atq; hoc ipm tua uerba cõuincũt, tãetsi uim iferas scripturę.

Supra Prolo. 2. lib. 1, libr. 2 cap. 4. D. ca. 26. A, libr. 3. cap. 2. B, ca. 8. C, & alibi. Gala. 5. Iaco. 2

Operibus bonis efficitur quis iustior

Nam quum baptismi susceptionẽ, & perpessionẽ martyrij, similiter & eleemosynæ largitionẽ, atq; cõicationem enumeras, una cũ oris confessione, oportet ut sicut ista salutem, ita & illa pari modo conferant. Quod quid aliud est, q̃ consummatã iustitiã efficere: nã qui saluus fit, cõsummatã habet iustitiã. Tu tñ eo detorques Pauli uerbũ, ut nõ illđ præstet oris confessio: sed fides quæ copulat ad confessionis opus. Atqui certũ est dixisse Paulũ: Corde credit ad iustitiã: ore aũt fit cõfessio ad salutẽ, nimirũ ut sicut iustitia per fidẽ inchoat, ita salus: hoc est perfecta iustitia per oris confessionem, & operis exhibitionem consummatur.

Rom. 10

E

OECO. Q; si deesset locus cõfessioni & operibus, nimirum fides ipsa, quæ in homine, imò spiritus author fidei, nõ damnari sineret hominem. Nam quum spiritus hominem illustrarit, & suũ reddiderit: nimirũ illum damnando, seipsum damnaret.

Credens saluatur sine perceptione baptismi, modo ipsum in uoto habeat.

ROF. Idem & nos existimamus, de his qui quũ in Chr̃o credentes habeãt in uotis, ut baptizent: morte tñ præuẽti sunt, priusq̃ eis occurrisset oportunitas aliqua, baptismũ consequẽdi. Hic pie credimus suppleturũ deũ per inuisibilẽ suã sanctificationẽ quicq̃d ex efficacia baptismi defuerit, modo fidẽ habuerint, quæ per dilectionẽ operat. Cęterũ si nõ uehemẽter cõcupierint hoc sacr̃m, neq; studiosam diligentiã adhibuerint, ut sacra baptismatis unda lauarẽtur, quãtauis fide polluissent, uerisimilius est eos, ꝑpter hãc tã grauem negligentiã, in re tãtopere necessaria perijsse: præsertim quũ & huic uerbo Chr̃i nõ minus, q̃ cæteris credere tenerentur. Dixit em̃: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ põt introire in regnũ dei. Quocirca si per eorũ uel cõtemptũ, uel incuriã stetisset, quo minus huius sacramẽti facti sunt compotes nisi ausim de salute ipsorũ polliceri. Verũ quidẽ est, potentiã dei nequaq̃ sacramẽtis alligatã esse, quin sine baptismo per solã fidem cõferri queat iustificatio. At q̧ ita reuera fiat, quũ lex in contrariũ ꝓmulgata sit, nemo certus esse poterit. Sed neq; spũs eos damnãdo, seip̃m dãnabit, quum illorũ culpa factum sit, q̧ nõ fuerunt saluati.

Gala. 5.

Negligẽs baptismum damnatur

Iohan. 3.

F

OECO. Quomodo igit sacramẽtaria esitatio tam necessaria?

ROF. Idẽ pari facilitate collegeris de sacr̃o baptismatis, q̧ neq; ip̃m necessariũ sit, quũ sola fides, ut tu moliris, sufficiat ad salutem. At qui tametsi reproba mens tua, capere nequeat utriusq; sacramen

menti necessitatẽ, nihilominus uera sunt uerba Chri, quibus ipse te status est, quod nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ põt introire in regnũ dei. Et rursum: Nisi mãducaueritis carnẽ filij hois, & biberitis ei⁹ sanguinẽ, nõ habebitis uitã in uobis. Quæ posteriora uerba, nõ Cyrillus mõ, uerũ etiã Cyprianus & Augustinus affirmãt ad eucharistię sacrm ptinere. Verũ enimuero si nihil aliud eẽt, q̃ quod Chrus hoc sacrm frequẽter edẽdũ instituisset, id solũ abũde nos docere posset, esum huius sacramenti, nõ superuacaneũ esse. Iohan.3 Iohã.6 Esus eucharistiæ est necessarius

G

OECO. Qũo carne Chri intra panẽ opus? cui⁹ tãta dignitas, ut semel mãducata, tollat esuriẽ, & reddat immortalitatẽ, at nõ operat hoc, ut in pane existẽs: Qui hodie cõicãt, & proximis diebus cõicaturi sunt, nõ satiãtur, sed rursus esuriũt. At interna ac spũalis mãducatio, quæ fidei illa hominẽ satiat, & esurire non permittit

ROF. Et quid (te quęso) phibet, quò min⁹ altera iuuet alterã? Si præstet hoc fides Chri passi, multo magis ipsius corporis, quod cruciabat, & sanguinis q in cruce fundebat, pñtia & susceptio corporal fructu suo neutiq̃ carebit. Sed cõtendis corp⁹ Chri nequaq̃ istud operari, ut in pane existẽs. Atq; hoc ipsum colligere moliris hac rõne: nimirũ quod hi qui cõicant minime satiãtur, sed rursus esuriunt. Atqui si nõ idẽ cõtingat ijs per solã fidẽ edũt, tum alicuius roboris esset hæc collectio tua. Sed idem istis itidẽ euenit, alioqui nõ dixisset Paulus. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerũt etiã donũ cœleste, & participes facti sunt spũs sancti: gustauerũt nihilominus bonũ dei uerbũ, uirtutesq; seculi uenturi, & plapsi sunt rursum renouari ad pęnitẽtiã. Ecce & hi qui tali tãtaq; fide pditi sunt, non ita satiãtur, & redditi sunt immortales, ut plabi nequeãt. Quare nec hi qui per solã fidẽ ederunt, nec illi qui cũ fide corporaliter insuper ipso corpore sanguineq; pasti sunt, si denuo labani in mentẽ impiã, uel satietate, uel immortalitate potituri sunt. Hebr.6

¶ Molitur & fidem solam sufficere, & sacramentorũ etiã usum Originis testimonio nihilominus conducere. Ca. X.



Nihilominus sanctissimus eucharistiæ usus est, & propterea nõ superuacaneus ritus ille à dño cõmẽdatus, ut corpus eius sub sacro panis edamus. Nã ut interim de fœdere charitatis, & fidei externa ptestatiõe taceã, mirificã spũs sanctus fidẽ exercens, in credentiũ pectoribus opeOECO. A

ratur, trahens eos ad maiorem uitæ sanctimoniam.

ROF. Si per solũ panẽ spũs ipse sanctus, ita manducãtes trahat ad maiorẽ uitæ sanctimoniã, quãto magis quũ uere credat se nõ cõmunẽ panẽ mãducare, sicut tu moliris astruere: sed uerũ Chrm sub ipa specie panis edere, sanguinẽq; Chri sub uini specie potare. Neq; eñ tãtæ uirtutis & efficaciæ panis ille tuus est, atq; buccella panis fuerat, quã Iudæ porrexerat Chrs. Neq; tñ hæc buccella, sicut Augustinus tradidit, corpus fuerat dñi Iesu. Sic eñ scribit sermone quodã in cœna dñi. Non est putãdum q Iudas nunc Chri corpus sumpsisset: quia iam dñs oẽs discipulos cõicauerat & Iudam q̃q;, sicut Lucas euidẽter oñdit: Panẽ intinctum tñ dñs discipulo porrigere uoluit: ut cor intinctũ ueneno significaret. Et post buccellã intrauit in eum Satanas. Nunquid Satanas tñ cor eius primũ intrauerat? Omino fratres ante buccellã cor Iudæ intrauerat: sed affectu & uoluntate tm̃. Sed post buccellã intrauit Satanas effectu & ope. Tamen bona fuit buccella, quã Chrus discipulo dedit. Bonũ etiã sacrm, q̃d ei tribuit, sed aliquando bona obsunt, & mala quandoq; psunt. Hæc Augustinus. Quibus & similia uerba dicit super Iohannẽ tractatu. 62. in quibus audis lector Augustinũ inter buccellã panis, & corpus Chri prius acceptũ palã discriminare. Nõ est putãdum (inquit) q Iudas tunc corpus Chri sumpsisset quãdo uidelicet Chrs ei buccellã panis intincti porrigebat: sed antea sumpsisse fatet: quãdo cõiter oẽibus illis duodecim, uti Lucas ait: corpus ipm dominicũ fuerat administratũ. Quãobrem, & perspicuum est Augustinũ sensisse quiddã excellẽtius in sacro fuisse, quod & uocat corpus domini, q̃ fuerat in buccella panis. Sed & istud item aduertis, q licet ante sumptã buccellã introijsset in eum Satanas, nunc tamẽ eundẽ iterũ introijsse testat: nimirũ ut ita plenius illũ possideret, queadmodũ & sæpe de Chro diximus, q quanq̃ p fidem quis eum susceperit, longe tamen intimius per esum eucharistiæ nobis denuo communicetur.

Iohan. 13 — Buccella Iudæ & eucharistia differũt — Luc. 22 — Iohan. 13 — Augustinus. — Iohan. 13 — Lucæ. 22 — Lib. 3. cap. 20 C, ca. 21. B

B OEC. Sicut Origenes cõtra Celsum scribit: Celsus ut dei ignarus, gras dæmonibus reddat: nos uero conditori rerũ, p ei' collatis in nos beneficijs ubi & gras diximus, oblatis panibus uescimur, q utiq; ex orone & pcibus sanctius q̃ddã corpus cõflant, q̃d sane sanctiores hos reddat, qui mente integriori hoc ipso utantur.

Rof

ROF. Profecto si de eucharistia uelit Origenes istud intelligi: nimirum ut ex oratione, precibusq; conflata sit, in sanctius corpus q̃ pridẽ fuerat, quodq; sanctiores hos reddat, q mẽte integriori ipa esca utant, qs dubitare pt quin senserit hic Origenes panẽ in corpus Chri mutatũ eẽ. Nã uestra snia, panis nullã accipit internã sanctitatẽ, q̃ pios ex eo mãducãtes efficiat sanctiores. Quãobrẽ nec iuxta doctrinã uestrã naturale corpus ipsius panis imutatũ est, ut fiat sanctius. At Origenes palã affirmat panẽ per orõnẽ & pces cõflatũ esse in sanctius corpus, qd edentes modo pij sint, sanctiores efficiat.

Origenes sentit panem in corpus mutari.

OECOL. Quid dicit hic sanctius corpus? Nunquid corpus Christi, pani accedens? Nunquàm ita delirauit tantus uir, quantumuis alias periclitatus est. C

ROF. Quoties uidet Origenes, uel uno uerbulo fauere partibus Oecolampadij, iam non est contemnẽdus Origenes. At nũc ubi palã aduersat, omnino delirat. Cæterum si ppter hoc Origenem delirasse putes, delirauit Cyrillus, Chrysostomus, Cyprianus, Augustinus, Hieronymus & quis non? Concorditer eñ oẽs in hac snia pres conueniũt: nimirum ut panis per uerbũ Chri mysticasq; preces, mutet in ipsius Chri uerum corpus. Quod etiã affirmãt cũctos pie suscipiẽtes sua inuisibili uirtute reddere sanctiores.

Omnes concorditer tenẽt panem in corpus Christi mutari.

OECOL. Sed ita dicit sanctius: quia cum creatura omnis sancta sit creatione: Omnia enim, quæ creauerat, uidit deus quod bona erant ualde, eadem sanctior redditur gratiarum actione, & si nõ in se, nobis tamen. D

ROF. Istud peculiariter obserua lector, qd iam dicit: Panẽ hũc in se nõ fieri sanctiorẽ, sed nobis. Nullã ergo recipit panis iste sanctitatem, quæ realis est & quãtum ad se pertinet. Quãobrem nec ullã prorsus efficaciã habet aut sanctificãdi nos, aut salutẽ, aut uitã præstãdi quouis pacto. Sed nũc aduersariũ petamus. Ecce testaris Oecolãpadi panẽ hũc in se nihilo sanctiorẽ eẽ, quũ nihil in se recipiat sanctitatis. At Origenes palã affirmat, p cibus & orõne cõflatã esse sanctius corpus ex pane, de quo ipe loquit, ipmq; corpus ita cõflatum sanctiores eos reddere, qui mente integriori eodem utant. Male ergo tibi cum Origene conuenit.

Iugulatur Oecolampadius proprio ense.

OECOL. Sanctificatur enim per orationem & precationem ut Apostolus ad Timotheum scripsit. E

Roffen

ROF. Hoc de communi cibo Paulus tradidit, qui per orõnem
I. Tim. 4 & p̃catione ab impuritate quauis noxia, si qua intus delituerit, purificat. At nullã inde sanctitatẽ cibũ illũ cõtrahere uos existimatis Quare nec panis ille tuus maiorẽ adeptus est sanctitatẽ q̃ panis q9uis in mensa communi post actas deo gratias.

F OECO. Hæc uero creatura panis ita sanctificat sanctissimo usui seruiens, ut & corpus Christi quod repræsentat, appellet, utentesq; sanctificet, nõ sua quidem natura: sed utentium sanctimonia hoc est, fide & affectu sancto.

ROF. Miranda sunt hæc, & primũ, quum dicas panẽ eucharistiæ sanctificari, nullã tñ in se sanctitatẽ recipere, qñ sanctificari nõ est aliud, q̃ fieri sanctũ. Deinde quũ subijcias, neq; panẽ hũc aliter esse corpus dñi, q̃ per solã rep̃sentationẽ. Et istud æque mirandũ ẽ, qñquidẽ Paulus constãter & simpliciter, atq; nõ semel eucharistiã uocat corpus dñi. Tertio demiror, qua rõne sanctificet utentes, nimirũ eos qui credũt eundem, solũ panẽ esse, & nõ uerũ Chri corp' qñquidẽ ipse palã testabat, dicẽs: Hoc est corpus meũ. Propter q̃d & illa credulitas uerius p̃fidia censeri debet, q̃ ulla fides.
Mat. 26 Mar. 14. Lucæ. 22

¶ Nõ aliter eucharistiã sanctificare cõtẽdit, q̃ p̃ces pro quare & Chrysostomũ frustra citat. Ca. XI.

OECO A



On minus em̃ uere hoc quis de eucharistia affirmat, q̃ de precibus, quæ usu suo hominẽ sanctificãt, sicut pulchre Chrysostomus in sermone de orõne dicit.

ROFFEN. Eucharistia & precum discrimen.

¶ Longe aliter existimandũ est de sacro corporis dñi, q̃ de precatõibus. Nam his qñ pie deuoteq; funduntur, impetratur sanctitas, quẽadmodũ & publicanus in tẽplo precatus, iustitiã obtinuit, & sanctificationẽ à deo. Descendit em̃ iustificatus in domũ suã, At sacrm̃ corporis dñici suapte uirtute sanctificationẽ p̃stat. Cęterũ q̃ Chrysostomi calculũ citas, q̃ p̃catões om̃das, eos qui precant sanctificare, iudicabit lector, an in his Chrysostomi uerbis, quæ sequuntur, quicq̃ eiusmodi reperiatur.
Lucæ. 18.

B OECO. Ipsi qui precant diligenter, p̱be cauent, ne quid illis indignũ precibus accidat. Erubescentes em̃ deũ cui loquunt, oẽs facile repellunt maligni dæmonis machinationes, cogitãdo apud seipsos, quantũ sit malũ, & q̃ turpe eum qui ut deo loquutus est, & cum continẽtia & sanctitate rogauit, statim ad diabolum transire,

& ad

& admittere ī animū fœdas uoluptates, & dare diabolo trāsitū in mentē, quā paulo antea deus inuiserat, & permittere dæmonibus ingredi in animā, in qua spiritus sancti grā multā misericordiā paulo antea demonstrauerat. Et quomō? Audi: Impossibile ē homini absq; operatione spiritus, diuinā conuersationē agere: sed opus est ut assit maius quiddā uiribus humanis & operet sanctū studium & curā. Igit cum intrat & flectit genua, tunc orādum & precandum, qm̄ ut deo loquātur, opus est ingredi in nos spiritus grām solidantem, & fiduciā præstantē, docentemq; honoris magnitudinē. Qn̄ igit discis, qd & deo loqueris, & spūs sancti opationem colloquio susceperis nullū dabis trāsitū diabolo in animā sanctificatā à spū. Sicut em̄ q regi loquunt suauibus sermonibus & honore fruunt, nollent consortium mendicoꝝ & abiectoꝝ, ita & qui deo loquutus est, maligni & impij consuetudinem refugit.

ROF. Vides lector in his uerbis nihil eiusmodi prolatum à Chrysostomo quo precatiōes affirmet sanctificare quenquā, imò docet potius hominē ante sanctificatū esse, per spirit⁹ sancti grām quæ solidet orātem, ac fiduciā ei præstet, doceatq; honoris magnitudinē. Nā ut ait: Impossibile est homini absq; opatione spūs, diuinam conuersationē agere, hoc est inter precandū cum deo cōuersari: sed opus est ut assit maius quiddā uiribus humanis, quod istiusmodi studium & curam operetur in nobis. Orationes nō sanctificāt aliquem.

OECO. Ita se habent, qui pij sunt oratores, quāto magis tam sanctis symbolis adhibitis, admonebunt prudentiæ, & opantē intra se spiritū sanctū experient, sanctificareq; se studebūt, quādo nō solū deo loqui se cogitāt: sed sancta recogitatiōe fere ante oculos uident dn̄m Iesum Chr̄m dei filium, corpus in mortem tradere ac sanguinem pro ipsis effundere. Quomodo enim hoc tantis communicantem mysterijs non inflammaret? C

ROF. Ista sanctificatio nihilo maioris est momēti, q̄ si conspexeris panē & uinū in mensa quauis positū. Nam & cibus om̄is, uti Paulus testat per or̄onē & precationē sanctificari debet, priusquā à Chr̄ianis edat. Qn̄ igit tibi nihilo maior sc̄titatis uirt⁹ in eucharistia credit, q̄ in cōmuni pane uinoq; cuiuslibet mensæ, pfecto nec sanctificatio quā eucharistia præstat, aliquo pacto scd̄m te maioris erit momenti, q̄ panis & uinū, quæ cōiter apponunt, modo come- 1. Timo. 4

 sturus

sturus ex his repræsentationẽ quandã corporis & sanguinis Christi concipiat. Nam ista repræsentatio ẽ, quæ tua sñia, sanctitatẽ nobis impetrat, non ip̃e panis. Veruntñ (ut sæpe diximus) repræsentatio talis longe efficacior ex imagine crucifixi colligi põt, qua qs inflãmet ad recogitandã Chr̃i passionem, q̃ ex uini panisq; spectaculo, si nihil aliđ subeẽ credat. Nã imago ip̃a, graphice depicta, uerius & uiuacius menti nr̃e rep̃sentat Iesum Chr̃m dei filium, corpus in mortem tradidisse, sanguinemq; suum pro nobis effudisse, q̃ solus panis & uinum referre queant.

Lib. 2. cap. 16 C, & alibi.

Repræsentatio passionis Christi.

¶ In Cypriani citatione falsarium deprehendes, ubi multa notabis lector pro parte nostra. Ca. XII.

OECO. A ROFFEN.



Nde Cyprianus in sermone de or̃one dñica, q̃ periculosum sit arceri à cœna dñi admonet, dicens.

¶ Si cœna dñi Cyprianus, ut tu iam asseris, hæc intelligit, id qđ citra dubitationẽ omnem facit: mirũ est qua fronte non erubescas, authorem à deo grauẽ, & tuæ sentẽtiæ tãtopere reluctãtem, in mediũ producere? Nã Cyprianus ubiq; dilucide testat̃ in eucharistia uerũ Chr̃i corpus, & uerũ eius sanguinẽ contineri. Quocirca iam etiã admonet, ut quotidie cibum istũ sumamus, quo solidius in uera salute & sanctificatõe perseueremus. Sed iam audiamus poti⁹ ipsius Cypriani uerba.

Cypriani sententia de eucharistia

B OECO. Chr̃us nr̃i, qui corpus eius cõtingimus, panis est: hũc aũt panẽ nobis dari quotidie postulamus, ut qui in Chr̃o sumus, & eucharistiã quotidie ad cibũ salutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum abstenti, & nõ cõicãtes à cœlesti pane, phibemur, & à Christi corpore separamur, ip̃o dicente & monente: Ego sum panis uitæ qui de cœlo descendi. Si quis edit ex hoc pane, uiuet in æternum.

ROF. In his uerbis lector, quid aliud audis, q̃ q̄ petimus panẽ hũc: nẽpe corpis Chr̃i in eucharistia nobis quotidie dandũ, ne per abstinentiã à tã eximio cibo, uitã amittamus, & ab eius mystico corpore separemur. Nã ut ex uerbis ipsius Chr̃i docet, panis iste. Chr̃s est, & panis uitæ, neq; finet, eos, qui frequẽter hoc pane uescuntur, æterna morte perire. Confirmat etiã & hũc panẽ ueri Chr̃i carnẽ esse, aliis Chr̃i uerbis, quæ subdole suo more sustulit Oecolãpadi⁹ Nã in Cypriano iã cõtinẽter sequit̃: Panẽ aũt quẽ ego dedero caro mea est

Matthæ. 6

Iohan. 6

Iohan. 6

mea est pro seculi uita. Nam hoc testimonium apertissimum esse Cyprianus pro hoc sacro nihil dubitat, quemadmodum alĳs locis euidentius constat. Nam & ex eĳsdem uerbis Chr̄us affirmat, panem hunc esse carnem suam, nimirum eãdem, quam & dedit pro seculi uita. Sequitur adhuc in Cypriano.

OECO. Quãdo ergo dicit in æternum uiuere, si quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & eucharistiã iure cõicationis accipiunt: ita contra timendũ est, & orãdum, ne dum quis abstentus separat à Chr̄i corpe, pcul remoueatur à salute, cõicante ipo & dicente: Nisi ederitis carnẽ filĳ hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. C

ROF. Et in his uerbis rursum, quid aliud accipis lector, q̃ sicut per frequentem eucharistiæ communicationem, quis absq; dubio uitæ fit particeps: ita metuendũ est, ne per abstinentiã à tam salutari cibo, uitã perdãt, & procul à salute remaneant. Quod & itẽ probat alĳs Chr̄i uerbis, nimirum his: Nisi ederitis carnem filĳ hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et hic iterum aduerte lector, hæc tria testimonia Christi, deprompta fuisse ex capite sexto Iohannis. Quamobrem ex Cypriani sententia perspicuum est, hoc caput ad eucharistiæ manducationem pertinere.

Qui absq; legitima causa abstinet damnum patitur Iohã. 6

Caput sextũ Iohãnis pertinet ad eucharistiam.

OECOL. Et ideo panem nostrum quotidie petimus, ut qui in Christo manemus & uiuimus, à sanctificatione & corpore eius non recedamus. D

ROF. Et hic itidẽ nonnihil erasit Oecolãpadius. Sic enim ait Cyprianus. Et ideo panem nr̄m.i. Chr̄m dari nobis quotidie petimus. Hæc eñ uerba.i. Chr̄m dari nobis, oĩno sustulit. Petimus utique Chr̄m dari nobis in eucharistia quotidie, quod illi certe non faciunt, qui per solam fidem etiã absq; sacramenti esu, se Chr̄m habere putãt, & nihilo præsentius aut plenius existimãt illum in sacro recipere, q̃ sola fide. Et cur illud petendũ sit, Cyprianus adiungit dicens: Vt ne qui in Chr̄o manem⁹ & uiuimus: nẽpe fide, posthac per abstinentiã à tanto cibo, sensim pariter à sanctificatione & ab ipsi⁹ corpore mystico recedamus.

Matthæ. 6 Lucæ. 11

¶ Deteguntur fuci, quibus obscurare, Cyprianũ quãuis dilucidum, nititur. Ca. XIII.

OECOL. A



Ac expositione beatus martyr, id qđ ubiq; solet, à schismate & discordia dehortat̃. Iuxta eum eñi quotidianũ panẽ recipiunt, qui in charitate pseuerant, & à corpore Chr̃i mystico, qđ est ecclesia, nõ auellunt̃, utputa cœlestis panis p fidẽ uere participes. In cuius rei mysteriũ q̃tidie cõicãt, & p singulos dies, symbolis pacificis, mẽbra se Chr̃i declarant.

Sumenda est eucharistia ne gratia ei⁹ priuemur abstinentes

ROF. Hic nec uno qdẽ uerbo schismatis, aut discordiæ mẽtio facta est, neq; istud molit̃ sanctus pater, qđ & lectori cuiuis pspicuum esse põt. Vbi quæso reperies in p̃dictis uerbis, q̃ ideo sumẽda sit eucharistia, ut edentes declarent seipos esse membra Chr̃i? An nõ legis, potius ideo sumendã esse, ne si diutius abstinueris ab esca tã salutari, pcul remaneas à salute, qñquidẽ ipa uitã salutemq; p̃stat. Affirmat insup & usu eucharistiæ nobis id largiri, ne qui p fidem in Chr̃o manemus & uiuimus à sanctificatiõe, quæ p sacr̃m fit, & à corpore Christi mystico recedamus.

B

OECO. Hinc patet, q̃ graue quiddã abstinẽtia sit: multo autẽ grauius, si ecclesia excõicet: grauissimũ deniq;, si & deus, ut palmitem aridũ execet, à uite uera, quæ est Christus.

ROF. Tria colligis: Primũ ẽ, his uerbis liq̃re q̃ graue qddã abstinentia sit. Et hic non satis intelligo quid tibi uelis, an sentias graue malum, an graue pct̃m̃, an graue damnũ esse? Quod uis hoꝝ dixeris, neutiq̃ est sententiæ tuæ consentaneũ. Nam si nihil in his symbolis aliud contineat̃, q̃ panis cõis & uinũ puꝝ, neq; hæc ob aliud sumenda sunt, q̃ ut quisq; se declaret esse membrũ Chr̃i, qua ratõe possit, aut graue malũ, aut graue pct̃m̃, aut deniq; graue damnum esse, si non quotidie sumpseris magis q̃ singula quaq; hora. Verun tñ longe aliter se res habet, si ueꝝ Chr̃i corpus, uerusq; sanguis eius in hoc sacr̃o contineat̃. Tum pfecto non est dubiũ, quin graue damnum & malum sit diutius carcere tanti cibi solatio. Alteꝝ quod colligis, istud est multo grauius, aut malum, aut pct̃m̃, aut damnũ esse, quum ab ecclesia quis excõicetur. Et in hac re non satis inter uos cõuenitis. Nam Lutherus docet excõicationem ab ecclesia factam, nihil operari, nisi quis ante fuisset excõicatus à deo. Sed hoc quid ad rem nostrã. Tertiũ, quod colligis esse grauissimũ: nempe quũ deus quẽpiã ut palmitẽ aridũ execet, à uite uera, quæ est Chr̃s Explora teipm Oecolãpadi, & non dubito, facile cõperies hoꝝ singula

Carere eucharistia est graue damnum & malum.

Excommunicatio diuersimode a Lutheranis tractatur

gula in teipm cōpetere. Nam ipe qui non credis in eucharistia ue- Iohan. 15
rum esse corpus Chri, nec spiritaliter, nec sacramētaliter Christū Asserta retor-
edis. Quo fit ut ab eius corpore teipm separaueris. Similiter & ab quentur in au-
ea quæ sola dici pōt ecclesia, nempe catholica, quæ & uera Chri- thorem.
sti spōsa est, prorsus excōmunicaris. Postremo quod & tu grauissi Canti. 6
mum esse confiteris, à uite uera quæ Christus est, ceu palmes ari-
dus exectus es omnino.

OEC. Contētiosiores ex dictis illis, ptinaciæ fomētū inueniūt. C

ROF. Lutherũ hic & sectatores eius haud dubie taxas, q uerũ Lutheranũ
Chri corpus asserūt una cum pane manere. Sed illi præ te longe p̄ Oecolampa-
ferendi sunt, quum & scripturas aliquot pro se ꝓducant, quæ spe- dio præferen-
cie ten⁹ probare uidēt, qđ ipsi sentiūt. Tu uero nullas afferre uales, di.
ut mox uidebimus. Silr̄ & authores, quos tibi subsidiarios facere
moliris, aptissime tibi cōtradicūt. Quare nemo cōtentiosior ē, aut
ꝑtinatior teipō, qui uelut excæcat⁹ in clarissimã impingis lucē, neq;
cum Luthero, iam pridem duce tuo, neq; cū ecclesia cōsentias.

OECOL. Sed qui perspicatius intuentur, manifeste uident à D
Cypriano aliud dici panem qui postulatur, aliud esse eucharistiam
quæ accipitur: aliud sacramento tenus Christi corpus manducare
& aliud ipso cœlesti pane pasci.

ROF. Profecto qui nō omnino captus est oculis, hic dilucide Libr. 4. capi.
cernere potest, cur ex prioribus Cypriani uerbis, fraudulenter ex- 12. D
emeris ea uerba, quæ supra memorauimus. Nam ex illis plane cō
stat eundem esse panem, qui postulat, & eucharistiã quæ suscipit,
postulamus em̄ ut detur nobis in eucharistia Chrs, similiter & asse Matth. 6
ritur eos uicturos in æternū, qui panē istū ederent. Alioqui cur ita Lucę. 11.
citasset Cyprianus illa uerba Chri Panē quē ego dedero, caro mea Iohan. 6
est pro seculi uita. Et rursum: Nisi ederitis carnē filij hominis, & bi
beritis eius sanguinē, non habebitis uitã in uobis. Quæ uerba plu Mat. 6
ribus alijs locis idem Cyprianus palàm asserit ad eucharistiã attine Lucæ. 11
re. Adde ꝙ enarraturus hæc uerba, panē nostrū quotidianū da no Panis noster
bis hodie, dicit per ea posse duplex panis genus intelligi & spirita- duplex est.
liter aut simpliciter accipi, hoc est de eucharistia quæ Chrm cœle-
stem panē continet, & de cibo quouis ad hominis uictum necessa-
rio. Separat igit eucharistiã Cyprianus, uelut panē spirituale à cō
muni cibo, qui carnalis est, Quãobrem & Chrus, qui cœlestis pa-

nis(quum in eucharistia sumit)unus & idem panis est cũ euchari-stia,id quod locis aliis compluribus idem Cyprianus affirmat,ut q id negat,is plane contentiosissimus & ptinacissimus habendus est.

E OECO. Vt cætera omittã: nonne in fine dicit: Qui in Chrõ manemus & uiuimus,qđ nimirũ à cœlesti pane est, & à sanctificati one & corpore eius nõ recedamus, hoc ꝑpter eucharistiã dicit, qua testamur sanctimoniã, qua paramus nos ad cõiõnẽ & innocẽtiã, ita ut recte mẽbra uocari mereamur. Recte examinãs, & Cyprianũ intelligẽs, subesse in uerbis eius latentẽ distinctionẽ uidet.

Li.4.ca.12.D Cyprianus Matthę.6 Lucæ.11

ROF. Ego plane distinctionem hic aliquã agnosco, quæ & ꝓ nobis maxime facit uti superius explicuimus. Non grauabor itaq; hic denuo Cypriani uerba recensere. Sic eñ ait. Et ideo panẽ no-strum.i.Chrm, dari nobis quotidie petimus, ut qui in Chrõ mane mus & uiuimus, à sanctificatione & à corpore eius non receda-mus. Quid hic aliud dicit, q̃ non satis esse nobis per fidem in Chrõ uiuere & manere: sed insuper & eucharistiã cœlestem utiq; panẽ, oportet edere, ne uidelicet à sanctificatione pariter & à mystici corporis unione (quam per fidem consequuti sumus) excidamus. Quãobrem & affirmat nobis quotidie petendum esse panem no-strum, id est Christum dari nobis. Et qua ratione quotidie peten-dum est, ut detur nobis Christus, in quo per fidem haud dubie ma nemus & uiuimus, nisi ꝙ idem plenius in eucharistia detur, ad cu-mulatiorem nostri sanctificationem, & ad intimiorem insertionẽ in eum per carnis & sanguinis sui sumptionem.

Christ⁹ in eu-charistia ple-nius datur

¶ Nihil nobis obsistit Augustinus, quem citat & ait, admi-ratorem Cypriani fuisse. Ca.XIIII.

OECO. A

PORRO Augustinus, sedulus Cypriani lector & admirator, eundem in oratione dñica locum explicãs, pulchre ac sci-te inter triplicem panem distinguit.

ROFFEN. Augustin⁹ nõ reprehẽdit sen-tentiam Cy-priani de eu-charistia

Si quemadmodum scribis: Augustinus fuerat sedulus Cypriani lector & admirator, ignorare non potuit, quid de eucha ristia sensisset Cyprianus, Quare quum is ubiq; testetur in euchari stia ueram Chri carnem contineri, si non huic sententiæ subscripsis set Augustinus, haud dubie reprehendisset hunc errorem alicubi, quemadmodum & de reiterando baptismo fecit. Porro ꝙ hic de triplici pane loquat̃ Augustinus, uerissimũ est, sed tertium adiecit,

de quo

de quo non meminit illic Cyprianus: nempe diuini uerbi panem. Duos aũt reliquos, eosdem ip̃e facit, quos memorat Cyprianus, nẽpe Chr̃m, panem cœlestem in eucharistia, & communem panẽ. Cæterũ ut scias lector Augustinum, hunc orationis dominicæ locũ interp̃tari solere ꝓ eucharistiæ sacramento, huc iam afferemus, quæ scribit de uerbis dñi sermone. 28. panem nr̃m quotidianum da nobis hodie. Memini sermonis mei, cum de sacramentis tractarem, dixi uobis quod ante uerba Chr̃i, quod offertur, panis dicatur ubi Chr̃i uerba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ postea sequitur ait: Panem nr̃m: Panem quidem dixit: sed ἐπιούσιον dixit, hoc ẽ supersubstantialem. Non enim est panis qui uadit in corpus: sed ille panis uitæ æternæ, qui animę nr̃æ substantiam fulcit. Ideo ergo græce ἐπιούσιον dicitur. Latinus autem, hunc panem quotidianũ dixit: quia græce dicunt aduenientem. Ergo quod latinus dixit, & græcus, utrunq; utile uidetur. Græcus utrunq; uno sermone significauit: Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus ẽ panis: cur post annum illum sumas: quem iam modum Græci in oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie quod quotidie tibi prosit. Sic uiue, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quomodo sanctus Iob quotidie pro filijs offerebat sacrificium, ne forte aliquid uel in corde, uel in sermone peccassent. Ergo tu audis, ꝙ quotienscunq; offertur sacrificium, mors dñi, resurrectio dñi: eleuatio dñi significetur & remissio peccatorum, & panem uitæ nr̃æ quotidianum non assumis? Qui uulnus habet, medicinam requirit, uulnus est: quia sub peccato sumus, medicina est: cœleste & uenerabile sacramentum. Hæc Augustinus. Ex quibus clarissimũ est, eum & eucharistiã uocare, non communem panẽ: sed panẽ æternæ uitæ, qui animæ nr̃æ substantiã fulcit, non qui uadit in substantiã corporis, neq; deinceps cognominandam panis communis uocabulo, sed corporis domini: quia iam post recensita Chr̃i uerba, mutatus est cõmunis panis, in ipsum uerum Christi corpus.

De triplici pane loquitur Augustinus. Augustinus. Mat. 6. Mat. 26 1. Cor. 11

B OECO. Quin & 21. lib. de ciuitate dei, hæresim, quæ ex peruerso intellectu uerborũ dñi: Qui mãducat meã carnẽ, uiuet in æternũ satis indicat, quid inter sp̃ũalem, & sacrariã intersit manducationẽ.

Etenim

Etenim coniungi possunt & seiungi. Spiritualis quidem, siue iuncta sit siue non iuncta sacramentali, semper utilis est ac uiuifica. Sacramentalis aũt iuncta quidẽ spirituali, nõ per se: sed ꝓpter spũalẽ additã cõducibilis, eo ꝙ in citãdo, & occasionẽ præbendo, exerẽti se spiritui seruiat: sola uero inutilis esset ac damnosa

Augustin⁹ coarguit asserẽtes saluari omnes corpus Christi manducantes.

ROF. Non molit hic Augustinus oñdere discrimẽ inter spũalem & sacramentariũ esum: sed tñ hæreseos accusat eos, qui contendunt, eos oĩes (q̃tq̃t euchariſtiã ederint) quãtumuis impios, ab æterna morte nihilominus eruendos? In quem errorẽ ꝓpter ipsius Chri uerba collapsi sunt, nimirum ista: Hic est panis qui de cœlo descendit, ut si quis ex ipõ mãducauerit, non moriat. Vnde palàm est & illos existimasse Chrm in hoc sacro mãducari. Id q̃d Augustinus neutiq̃ reprobat: sed errorẽ illum quẽ iam diximus. Atqui neq; tu satis explicas quid inter spiritualem & sacramentariũ usum intersit. Verũ quidem ẽ, ꝙ is qui credit in eucharistia Chrm cœlestem illum panẽ contineri, licet non ore sumat, spiritualiter tñ edit. Qui uero sic credit, ac insuper (ubi se ꝓbauerit) etiã ore sumit, is & spiritualiter & sacramẽtarie mãducat. Porro quisquis indigne sumpserit, licet credens, sacramentarie solũ recipit, non item spiritualiter. Postremo qui citra fidem edit, neq; spiritualiter accipit, neq; sacramẽtarie. Fatemur itaq; spiritualem esum per se semper utilem esse & uiuificum: sacramentarium tñ eidem adiunctum longe fore conducibiliorem, ut sæpe diximus.

Corpus Christi manducatur, duplici ter.

Libr.3.capi.j B, libr.3.capi.20.C, c.2j.B, lib.4.ca.13.A

¶ Producit Cyrilli testimonium, quod suam sententiam diruit apertissime. Ca.XV.

OECOL. A



Orro cõicandi assiduitas q̃ salutaris sit, Cyrillus q̃uis fere nimiũ ꝓmiscue de re sacri & sacro loquat, sic inquit super uerba illa: Qui uenit ad me non esuriet.

ROFFEN.

O quid est, q̃d tua puersitas nõ existimat se posse uerbo fucis deprauare, quũ hic Cyrillum adeo dilucide scribentem, obscurare moliaris? Sed ipm attentius audiamus, an non apertissime nobis consentiat.

B OECO. Quid igit Chrus pollicetur, quid credentibus affert? corruptibile certe nullum: sed benedictionẽ, quã cõicatione corporis & sanguinis assequimur, unde ad eam incorruptionẽ integre reducemur, ut cibo & potu corporali non indigeamus.

Roffen

ROF. Hic aduertis lector, Cyrillum de sacro corporis & sanguinis habere sermonē, q̄d & fatet Oecolāpadius uel inuitus. Nā res tam aperta ē, ut inficiari nemo poterit. Sed hoc etiā perpende, ꝙ hic discrimen aperiat inter manna, quod Iudæi iactitabant sibi per Moysen fuisse datum, & hoc sacrm̄, quod suis donauit Chr̄us Istud ita se hr̄e cognosces lector, si tres lineas citata ꝓxime an̄cedūt quæ uerba ꝑlegeris. Sic em̄ ait Cyrillus in ꝑsona Chr̄i Iudæos alloquentis. Dederit ergo (ut hoc uobis concedat) Moyses manna, sed qui comederunt, rursum esuriunt, ꝓduxerit copiosa ex lapide flumina, sed qui bibebāt, rursus sitiebāt. Qui uero ad me uenit, nūq̄ esuriet, & qui in me credit, nunq̄ sitiet. Iam continenter sequunt ea uerba quæ citat Oecolāpadius. Quid igit Chr̄us pollicet? Quid credentibus affert? Corruptibile certe nullū, sed benedictionē quā cōicatione corporis & sanguinis assequimur &c̄. Palàm est igit, ꝙ ex instituto Cyrillus hic doceat, nos cōicatione corporis & sanguinis Chr̄i, benedictionem assequuturos, unde ad tātam incorruptionē integre reducemur, ut cibo & potu corporali non indigeamus. At quem in modum istud probat, iam accipe. Cyrillus loquitur de eucharistia Iohan.6. Exod.16 Exo.17 Iohan.4

OECO. Viuificat enim corpus Chr̄i. & ad incorruptionē sua participatione reducit. Non enim alterius cuiusdam est corpus, sed ipsius uitæ corpus est, uirtutem incarnati uerbi retinēs, & plenum potestate illius, quo uniuersa & uiuunt & sunt. C

ROF. Ecce per frequentationē eucharistiæ reducemur ad incorruptionē: quia corpus Chr̄i, quod in ea continet, sui participantes uiuificat, & incorrutibiles efficit. Atq; istud quidem ideo facit, ꝙ sit ipsius uitæ corpus, & uirtutē uerbi incarnati cōtineat, plenūq; sit uiribus illius, quo uniuersa & uiuunt & sunt. Q; si nihil uirtutis in se contineret eucharistia, quemadmodū Oecolāpadius opinat, ꝑfecto nunq̄ ipsius esus aut uiuificaret, aut nobis præstaret incorruptionē. Qn̄quidem igit Cyrillus, eucharistiā esse tātę uirtutis & efficaciæ iam on̄derit, consequenter cunctos adhortat, ut crebrius ad hunc tā salutarē cibum edēdum accedant, ut iam audiemus. Eucharistiæ frequentatio præstat incorruptionem Exhortatio Cyrilli ad frequentem cōmunicationē

OECO. Quę quū ita se habeāt, sciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ facti participes, si rarius in ecclesiam proficiscantur & longo temporum spacio, propter simulatam religionem, mystice communicare Christo recusent, ab æterna uita se ꝓcul depellere. D

ROF. Hoc in primis dãnũ incurrũt hi, q rarius huic mysticæ cõicatiõi dãt opam, φ ab ęterna uita sensum elõgẽt & depellãt sese.

E OECO. Quippe recusatio hmõi, q̃uis ex religione ꝓficisci uideat, & scandalum facit, & laqueos instruit.

Abstinentia ab eucharistia nociua ẽ.

ROF. Hoc est, & quàmuis metu quodam atq; reuerentia ducti uideantur, à tanto sacramento abstinere, tamẽ hęc eorꝫ abstinẽtia, & sibijpsis laqueos, & proximis offendiculum parat.

F OECO. Quare oportet oĩbus uiribus à pc̃tõ mũdari, & recte uiuẽdi iactis fundamẽtis, magna cũ fiducia ad uitã concurrere.

ROF. Excitat igĩ his uerbis cunctos, ut à uitijs diligenter expurgati, pariter & recte uiuẽdi iactis fundamẽtis, cũ oĩni fiducia cõcurrant ad hoc sacramentum, ut ita fiant ueræ uitę participes.

G OECO. Sed uariæ sunt diaboli multiplicesq; ad decipiendum insidiæ. Nã primũ ad uiuendũ turpiter inducit: deinde cum malis onerati fuerint, tunc abhorrere à Chrĩ gloria ꝑsuadet, qua possent à turpitudine uoluptatis, quasi ab ebrietate reuocari.

Eucharistia est Chrĩ gloria

ROF. Aduerte lector, Cyrillus hic audet uocare sacrm̃ istud, Chrĩ gl'iam. Nã Chrĩ gl'iam hic intelligit qñ resipiscẽtes à pc̃tis ad sanctissimũ istum cibũ edendũ accesserint. Præstaĩ eñi hoc medicamine, q̃tenus à turpitudine uoluptatis (in quã dolo Satanæ nõ solũ collapsi sunt: uerꝫ etiã adhuc detinenĩ) uelut ab ebrietate quadam adhuc reuocenĩ. Sed partes diabolicas, ab hac Chrĩ gl'ia persuasi sunt abhorrere, atq; ita per tãti remedij recusationẽ, & proximis offendiculum, & sibijpsis nexuerunt laqueos.

H OECO. Quare demus operã oro, ut uinculis eius abruptis, & iugo seruitutis pc̃tõꝝ excusso, in timore dño seruiamus. Et ut carnis uoluptate per continentiam superata, ad cœlestem gratiam accedamus, corporisq; Christi participes efficiamur.

ROF. Abrumpendi sunt illi laquei, & excutiendũ est iugũ ser-

Psalm. 2 uitutis pc̃tõꝝ, & in timore iugiter seruiendũ est dño: nimirꝫ ut ita carnis uoluptate per continentiam deuicta, cœlestis grĩæ per esum sacramenti, & ipsius corporis Christi participes efficiamur.

I OECO. Sic eñi sic inquã, & diabolũ fugabimus, & diuinæ naturæ participes ad uitam & incorruptibilitatem ascendemus.

Tria consequimur per

ROF. Ecce ꝑ accessum ad cœlestẽ grãm in hoc sacro, & ꝑ corporis chrĩ ꝑticipationẽ, tria cõseq̃mur. Primũ est, φ diabolũ ita fugam

gamus. Alterũ, quod naturæ diuinæ participes euademus. Postremũ, quod uera uita & incorruptibili pfruemur. Hæc sane tria consequimur per dignã & crebrã huius sacramẽti sumptionẽ. Quã rem & Cyrillus hic adeo pspicue tradidit, ut ne cogitari quidẽ possit apertius tradi. Veruntñ Oecolampadius nulla pfessionis habita ratione, præter omnem pudorem trahere molitur idipsum in suam partem ut iam audies lector. eucharistię sumptionem

¶ Molitur fucis hoc ipsum Cyrilli testimonium obducere, intermiscendo sua. Ca.XVI



Onfusanea uidetur hæc Cyrilli lectio, & non discernẽs inter participationem spiritualem & mysticam: sed penitius introspicienti non spinosa est. OECOL. A

¶ Cui precor alteri uidetur hæc lectio confusanea, quàm uni tibi, qui nihil non permiscere confundereq; studes, quo tua diabolica sententia uersutius aliquo ueritatis colore fucetur? Neq; ullam hic distinctionem inter spiritualem & mysticã participationem Cyrillus facit, quin simpliciter enarrat, quem fructum ex crebro esu tanti sacramenti quis consequitur, simul & quantum ex eiusdem abstinentia dispendium incurritur. ROFFEN. Cyrillus recẽset fructum sæpe communicantium

OECO Primum indicat quantum bonum ex communicatione corporis & sanguis per fidem habeamus: nempe benedictionẽ, uitam, incorruptionem, & satietatem. B

ROF. Vbi quæso uel uno uerbulo Cyrillus hic de fide meminit? Verum quidem est, quòd ad dignam huius sacramenti manducationem, fides exigatur: nullã tñ de fide hic mentionem facit penitus: sed omnia commoda quæ recenset, dignæ manducationi corporis Christi in ipo sacramento tribuit, docens ipsum corpus in sacramento, uitæ corpus esse, uirtutemq; uerbi incarnati retinere: ac deniq; plenum esse potestate illius, quo uniuersa & uiuunt & sunt. Vides ergo lector, quàm subdole sycophanta iste fidẽ hic intermiscet, cui & refert accepta omnia illa commoda: nempe benedictionem uitam, incorruptionem & satietatem, quæ Cyrillus ascripsit beneficio sacramẽti, de quo ex instituto loquitur, ut nemo nõ perspicit. Digne manducantes cõmoda sequũtur

OECO. Mira enim uirtus eius corporis est, uiuificat enim corpus Christi & cætera quæ non de sacramento sonant. C

ROF. Et hic non minus sycophantice dolum struit, quum de corpore Chri separatim loquat, quasi nō esset hoc ipm in eucharistia. Nā Cyrill' plane de sacro sermonē habet (ut dixim') aptis uerbis docens nos corporis & sanguinis Chri cōicatione, benedictionem assequi, unde ad eam incorruptionē integre reducemur, ut cibo & potu corporali non indigeamus. Quod & probat subdens: Viuificat eni corpus Chri, & ad incorruptionē, sua pticipatione reducit. An non hic manifeste loquit de corpe, qd in eucharistia est. Sed & si quicq̄ hic obscurius dixisset, ex aliis tn̄ locis p uniuersum illud caput sextū Iohannis, hoc ipm luculentissime testatur.

Cyrillus loquitur de eucharistia

D OECO. Deinde indicat id beneficij neutiq̄ negligendū in mystica cōione iuxta illā declarās, quid accedat usu fidei, & tantū nō hortat, ne in uacuū grām receperint. In quibus eni fides torpescit, hi naufragantur & ab æterna se uita depellunt.

ROF. Hic pfecto meꝶ impostorē te pstas Oecolāpadi, qui planè cōtra sensum authoris, & etiā tuā ipsius conscientiā, eius uerba deprauas, quo tuis auditoribus imponas, & eos tecum pariter in errorē ptrahas. Neqꝫ eni ille duplicē hic pticipationē distinxit, spiritualē & mysticā, ut tu moliris: sed neqꝫ de fide quicq̄ loquutus ē. Fructū utiqꝫ memorat, quē ex esu sacramēti cōsequimur, ad quem & cunctos hortat studiose, pariter & incommoda recensens, quæ quisqꝫ (qui p diaboli multiplices insidias, ab huius participatione sacramēti se cohibet) incurrit. Quāobrem & hortat, ut uinculis diaboli ruptis, & seruitutis peccatoꝶ excusso iugo, carnisqꝫ uoluptate p continentiā superata, ad hāc coelestē grām, hoc est eucharistiā accedamus, ubi corporis Chri participes effecti, diabolū fugabimus diuinæqꝫ naturæ participes efficiemur, demumqꝫ ad uitam & immortalitatem ita conscendemus.

Verba Cyrilli deprauat Oecolampadius

E OECO. Vide quo deducit contempsisse symbola? atqꝫ uera fides sollicita est, modis omnibus, ut etiam lucri quippiam ex sacramentis sibi pariat.

ROF. Semp tui similis es Oecolāpadi. Neqꝫ eni Cyrillus de contemnētibus hoc sacrm: sed de his q ppter simulatā religionē, ab eo diutius abstinuerūt est loquutus. Cæteꝶ tu, q nō symbolis mō, uerūetiā ipo Chro prorsus abuteris, q suis uerbis, & eiusdē aptissimis testat se pntē in eucharistia. Tu (inq̄) uideris, in qd exitiū hæc impietas

Oecolampadius abutitur Christo

pietas deducet te, uera certe fides, qua credit in eucharistia Chrus, sollicitos reddit orthodoxos, ut p frequētē esum hui' sacri, lucra sibi cōparēt, q̄ Cyrillus & Cyprianus cæteriq; pres pie mādūcātib' pollicēt. Sed tua pfidia q neq; credis ipe, neq; alios p tua pestilētissima dogmata credere sinis, pniciē tuis meritis dignā aliqn̄ pariet. Lucra consequuntur frequenter communicantes.

F

OECO. Animaduerte item qua ueneratione ad eucharistiam uult accedi: nēpe superata, p continentiā, uoluptate. Nā precū grā Paulus ad tps secedere iubet coniuges, ita & ad grāꝝ actionē, quæ sanctissimis precibus iuncta est, castis corporibus & uigilantibus, nec curis mundi ebriis mentibus opus erit.

ROF. Et qd opus ē, ut tāta ueneratōe ad eucharistiā accedam' si nihil aliud ibi sit, q̄ panis cōis & uinū, q̄d à cauponib' uēdit? Si nihil excellēti' in istis cōtineat, q̄ in māna & paschali agno. Vbi legis unq̄ aliqd eiusmodi ueneratōis impetratū ill', q uel māna, uel agnū paschalē eēnt comesturi? Paulus tn̄ his, q ad hoc sacrm, q̄d & corpus dn̄i sæpe uocat, īdigne accesserint, nō morbos dūtaxat, & mortē tpalē: ueꝝ etiā iudiciū & æternā dānationē cōminat. Et istud uel p se sufficeret, ut intelligam' aliqd sublimi' in hoc sacro cōtineri, q̄ in umbris ill' & figuris iā antiq̄tis: sed neq; scl' p̄cib' & fidei, tribuēdos eē fructus illos, q̄d & ipe nō min' impie, q̄ subdole moliris, sed uirtuti poti' mirificę corpis, q̄d cōtingimus & edim' in eucharistia. Eucharistia ueneranda ob sui præstātiam. j. Corꝝ. ij.

G

OECO. Vnde tantus fructus, ut oīa quæ corpori Chri tribuuntur, & sacramento quod signat corpus, ferantur accepta, de quibus Cyrillus iterum, non multo postea dicit.

ROF. Occludas aures ad hui' impudētissimi sycophātæ ᵽba, Chriane qsqs fueris, q p teipm nō possis Cyrilli tā dilucidos intelligere sermōes. Nullā oio fidē habeas Oecolāpadii declaratōib', q plane sciēs & prudēs h' autoris uerbis abutit & deprauat. Vn (inqt) tātus fruct', hoc ē ex p̄cib' iūctis grāꝝ actiōi, cū fide, ut sic illis oīa, q̄ ipsi corpi Chri i eucharistia tribuūt, ferant accepta. Nusq̄ Cyrillus dicit hūc fructū, ex fide p̄cibusq; nasci, sed ex ipo corpe Chri in sacramēto, neq; tm̄ occasionaliter, oia ista cōmoda sacramēto tribuit, sed efficaciter & potēter, q ppe q̄d carnē uiuificatricē in se uere cōtineat, nō solū in figura & signo sicut Oecolāpadius ipiissime, pariter & ipudētissime cōtēdit. Nā Cyrillus nusq̄ hic eucharistiā uocat signū & figurā, quēadmodū Oecolāpadi' falso cōminiscit. Corpus Christi euicit fructum in sumentibus digne.

 ¶ Aliud

¶Aliud Cyrilli testimonium affert quod non minus euidenter cum illo pugnat. Ca.XVII.

OECOLA



Os uero si uitã æternã cõsequi uolumus. Si largitorẽ immortalitatis hr̃e in nobis desyderamus, ad recipiendã bñdictionẽ libẽter cõcurram⁹, caueamusq́; ne loco laquei, dãnosam religionẽ diabolus nobis p̃tendat.

ROFFEN. Mirũ est quid sibi uelit Oecolãpadius hæc uerba citans è Cyrillo: nisi putet se posse caliginẽ quoties uelit omniũ oculis obducere, omnesq́; cæcos existimet præter seipsum. Nam & nos eadem superius p̃ nostra parte citauimus. At hic operæprecium fuerit exempla illa duo recensere, quę illic scripta, iam pertransit Oecolampadius suo more, quippe q̃ manifestius ad rem nostrã conferant. Alterũ est, de duabus cæris liquefactis & sibi mutuo permixtis, quibus nr̃am carnem: postq̃ per esum euchari stiæ carnẽ Chr̃i commixtã habet, assimilat. Alterũ de fermento qđ massæ triticiæ commixtũ ip̃am totã fermentat. Post exemplũ de duabus cæris, ilicò Cyrillus subiũgit. Ita necesse est, si quis carnem & sanguinem dñi recipit, cum ip̃o ita coniungat, ut Chr̃us in ip̃o, & ip̃e in Chr̃o inueniat. Et post alterũ de fermento sic ait: Sicut parum (ut Paulus ait) fermenti, totã massam fermentat, sic paruula benedictio, hoc est pusilla sacramenti portio, totũ hominẽ in seipsam trahit, & sua gratia replet. Et hoc modo Chr̃us in nobis manet, & nos in Chr̃o. At ista conniuentibus oculis, sycophantice prætereũt Oecolãpadius. Iam continenter in Cyrillo sequunt ea uerba quæ memorat, quibus idem Cyrillus hortat, ut ad sacr̃m istud sumẽdũ, libenter concurramus. Nos uero (inquit) si uitã æternã cõsequi uolumus si largitorẽ immortalitatis habere in nobis desyderamus, ad recipiendã benedictionẽ, hoc est eucharistiã, libenter cõcurramus caueamusq́; ne loco laquei, dãnosam religionẽ diabolus nobis prętendat. Sed q̃ nos iam benedictionẽ, eucharistiã interpretati fuerimus, id fortassis Oecolãpadiũ offendet. At nos istud & ex mente Cyrilli recte fuisse interp̃tatos facile cõprobabimus. Nam proxime superiori capite nempe. 16. quarti libri, super euangelio Iohannis ita scribit idem autor in hæc uerba: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Distinguit hic rursus inter mysticam bñdictionẽ, & mãna, & inter aquarũ fluenta ex lapide, & calicis sancti

Prologo libri 2. N, & prol. 3. li. I. & alibi.

Exempla Cyrilli de unione hominum cum Christo

I. Corũ 5

Iohan. 6.

Eucharistię sacramentum libẽter sumẽdum.

Benedictio eucharistiã significat Cyrillus

Iohan. 6

cti communicationē: ita iterū eadem repetit, ne magis mannæ miraculū admirent: sed ipm potius suscipiant, qui cęlestis panis est, & æternæ uitæ largitor. Patres (inquit) uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: hic est panis qui de cœlo descendit: ut aliquis ex ipo comedat & nō moriatur: Mannę nanq; alimētum, nō æternā uitā, sed breue famis remediū afferebat. Non ergo erat cibus uerus. i. panis de cœlo. Sanctū uero Chri corpus ad immortalitatē & uitā æternā nutriēs. Cibus est ita inquit: sed aquā illi ex petra biberunt, quid igit inde lucrati sunt qui mortui fuerūt? nō erat igit potus ille uerus: sed uerus potus est sanguis Chri, quo radicitus mors euertit, atq; destruit. Non em hominis simpliciter sanguis est: sed eius qui naturali uitæ cōiunctus, uita effectus est. Propterea corpus & mēbra Chri sumus: quia p hāc benedictionē mysterij, ipm filium dei suscipimus. Ecce bis in hoc ipo capite, Cyrillus benedictionē uocat eucharistiā, semel quidem in ipo capitis initio, quando Chrm ait hic rursum distinguere, inter mysticā benedictionem & manna: atq; iterū in calce capitis eiusdem: nempe quū per hanc benedictionem mysterij testet nos filiū dei suscipere, ac proinde fieri Christi corpus & membra.

Mannæ & eucharistiæ discrimen.

Exodi. 17

j. Cor. 10.

Eucharistia dicitur benedictio

B

OEC. Recte (inqt) dicis: scriptū tn̄ esse nō ignoramus, iudiciū sibi comedere atq; bibere illū, qui de pane comedit, & de calice bibit indigne. Ego igitur probo meipsum, & indignum inuenio.

j. Cor. 11

ROF. Ex his uerbis Pauli minus intellectis, Cyrillus dānosam illā religionē, de qua superius disseruit, oriri dicit, quā & asseruit diabolū loco laquei mltis p tēdere solere. Sed hūc scrupū paucis tollit

C

OEC. Qn igit qcunq; tu es, dignus eris? qn Chro (Cyrillus. teipm offeres? Nam si peccando indignus es, & peccare non desinis. Quis em delicta intelligit scdm Psalmistā? expers oīno eris uiuificæ huius sanctificatōis. Quare pias quæso cogitatiōes suscipias studiose sanctéq; uiuas, & benedictione participes.

ROF. Hic accipis neminem unq̄ satis dignū esse, qui tantum sacramentum (in quo uerū Chri corpus continetur) edat. Sufficere tamen cuiq;, si peccata se uitaturum, si pias cogitationes animo uersaturum: si deniq; uitam studiose sanctéq; peracturum constituat. Sic enim accedens ad mysticam benedictionem, uiuificæ sanctificationis euadet particeps.

Digna præparatio ad eucharistiam

D OECO. Quæ (mihi crede) non mortem solum, sed etiã morbos omẽs depellit: sedat em̃ cum in nobis maneat Chr̃us, sæuientem membrorũ nostrorũ legẽ, mpietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis consyderat, sed ægrotos curat, collisos reditegrat. Et sicut pastor bonus animã suã pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu.

Effectus dignæ communionis.

ROF. Memorat igit̃ beneficia, quę quis assequet̃ ex tali esu & perceptione mysticæ benedictõis: Depellit (inquit) & mortem & morbos om̃es ex animo, q̃n quidẽ ip̃e Chr̃us cum eadẽ benedictõe suscipit̃. Quãobrẽ & is manens in nobis per corporis & sanguinis sui cõicationem, legẽ nostrorũ membrorũ intra nos sęuientẽ sedat, pietatẽ corroborat, pturbationes animi extinguit, ægrotos curat, collisos redintegrat: ac demũ ab om̃i nos erigit casu. Cęterũ quanq̃ hæc om̃ia sint adeo pspicua, tñ Oecolãpadius tãta peruersitate sui erroris excæcatus est, ut alios etiã in panẽ cæci atẽ abducere neruis uelisq; contendat, ut iam audies lector.

E OECO. Vbi igit̃ tãtę utilitates, quis dixerit ritũ supuacaneum, tametsi absq; externo strepitu, & signorũ adminiculo, copiosius nõ nunquàm operetur, in credentibus diuina uirtus, uerum nostra requirebat fragilitas, & fratrum charitas, ut externa quædam gratitudinis inditia nõ deessent, quibus uerissime nos perseueraturos in Christiana militia contestaremur.

ROF. Quis unq̃ obijciet, hunc ritũ supuacaneum esse præter te solũ, qui dictas om̃es utilitates Christo quasi extra sacramentũ p illũ operatas falso tribuis: quũ tñ ex pfesso Cyrillus doceat, eas om̃es nos consequi, crebra corporis & sanguinis Christi cõicatõe, ppter q̃d & nõ semel hortat̃, quatenus ad benedictionẽ istã mysticam accedamus, sine q̃ uiuificæ huius sanctificationis erimus expertes. Quis ergo nõ clarissime perspicit Oecolampadiũ, suis meritis id exigentibus, in reprobũ mentem esse traditum ut nihil mirũ sit eum ex industria studere, non solũ ut apertissima Christi uerba uerũ etiã quicquid in sanctis patribus clarũ dilucidumq; sit, in puersum sensum detorq̃at. Nemo em̃ tã excæcatus est, ut nõ cernat q̃bus artib⁹ hũc Cyrillũ, autorẽ sane grauissimũ & eruditissimũ, puertere moliat̃. Perinde atq; Cyrillo, uel ingeniũ, uel eloquẽtia defuisset, ut rem q̃ enixissime cupiebat, explicare nullo pacto ualuerit.

Nihil

Nihil est igitur, ut fingis illã obiectionẽ Oecolãpadi, quasi quis hic obijciat, ritũ hũc superuacaneũ esse, quũ ex instituto Cyrillus toties ostenderit, in hoc sacro carnẽ Christi uiuificatricẽ eẽ, Christũq; p esum huius sacramenti nobis inseri, nosq; Christo rursum haud aliter, q̃ ubi liquefacta cæra, cæræ alteri cõmiscetur, & fermentũ se toti massæ fermẽtãdæ cõmunicat. Atq; propterea multis uerbis nos cõmonet & incitat ad huius tãti sacramẽti sumptionẽ, & lucra memorãs, ubi id fecerimus, & dãna pariter, si forte recusauerimus. Nõ est ergo Cyrillo superuacaneus huius sacramẽti ritus. Vnde nobis tot cõmoda prouentura toties polliceat. Tibi uero plane frustraneus est, qui nihil præter panẽ & uinũ illic eẽ putas, sed Christum extra sacramentum operari cuncta. Epilogus dictorũ Cyrilli. Ritus eucha. non est superuacaneus.

¶ Detegitur esse falsarius in duobus Augustini testimonijs per illum productis. Cap XVIII.



OECO. A Aeterũ, qũo hæc gratia cœlestis diuinit⁹ nobis donet ne hõ suæ industriæ tribuat, qđ diuinæ misericordiæ adscribendũ, audiamus Augustinũ, qđ ille libro de trinitate tertio tradat. Paulo aũt altius repetamus eius testimoniũ, utputa nostro instituto seruiẽs. Si ergo inquit apostolus Paulus, q̃uis adhuc ꝓbaret sarcinã corpis, qđ corrũpitur & aggrauat aĩam, q̃uis adhuc ex pte atq; in ænigmate uideret, optans dissolui & eẽ cũ Chr̃o & in semetipso ingemisceret adoptionẽ, expectans redẽptionẽ corporis sui, potuit aũt significãdo prædicare dominũ Iesum Christũ, aliter per linguã suã, aliter p epistolã, aliter per sacramentum corporis Christi.

ROF. De uerbis istis nos abunde superius disseruimus, commonstrãtes ea, cũ Oecolãpadij snĩa pugnare penitus, si tñ integrũ Augustinũ qs recẽseat. Qđ & luculẽti⁹ itelliges, si locũ illũ unde hæc citantur pq̃ras. At hic Oecolãpadius more suo sycophãtico, qđ sibi uiderit aduersari, penitus resecat. Nã cõtinenter, illis uerbis adiungit Augustinus ad hũc modũ. Nec linguã quippe eius, nec mẽbranas, nec atrimẽtũ, nec significãtes sonos linguæ æditos nec signa literarũ cõscripta pelliculis, corpus Christi & sanguinẽ dicimus, sed illud tantũ qđ ex fructibus terræ acceptũ, & p̃ce mystica cõ secratũ, recte sumimus ad salutẽ spiritualẽ in memoriã pro nobis dñicæ passionis. Quod quũ p manus hoĩm ad illã uisibilem Vide li. j. c. jo C. E. & al. bi.

spẽm pducitur, non sanctificatur, ut fit tã magnũ sacramentũ, nisi operãte inuisibilr spũ dei. Hæc Augu. lib. 3. de trinit. cap. 4. Hic audis lector, quid dicat Aug⁹: docet nimirũ interesse plurimũ, qñ Paulus uel p linguæ pdicationẽ, aut p scripturã suæ manus, uel p corporis & sanguinis Chri sacramẽtũ, Christũ ipsum annunciat. Neq; eñ sonos p linguã Pauli æditos, neq; uerba mẽbranis commẽdata, Christũ à nobis uocari dicit, aut corpus & sanguinẽ Christi, sed illud tantũ qđ ex terræ fructibus acceptũ, ex granis uidelicet frumenti, & prece mystica cõsecratũ editur à Christianis. Et illud ipm insup asserit, licet ad uisibilẽ illã spẽm p manus hoĩm puenerit, ut fiat uidelicet panis, nõ tñ hominũ manibus euadit tãtum sacrm, sed p solã inuisibilẽ diuini spũs operationẽ: Nõ sanctificat (inquit) ut fiat tantũ sacramentũ, nisi opante inuisibilr spũ dei. Verũ hæc quia iugulant omnino sententiam eius, falsarius iste penitus abripuit, ita quemuis authorem, quãtumuis eximium, pro suo arbitrio lacerat, mutilat, atq; detruncat.

Oeco. falsificat Aug. ṽba

B OECO. Obserua quid dicat, tribuit sacramẽto prædicationẽ Christi, nõ minus q̃ uerbo uel epistolis, tametsi alio modo.

Aug⁹ nõ asserit, uerbũ uel scripturã esse corpus Chri.

ROF. Vt id largiamur tibi, Christũ hic Augustini snia triphariã annũciari: uerbo, scripto, & sacro: uerũtamẽ ex illis tribus solũ ipm sacramẽtũ, Aug⁹ affirmat dñi corpus & sanguinẽ dici. Neq; uerbũ ipsum ab ore prolatũ, neq; manu scriptũ, est corpus Chri, sed id qđ postq̃ ex terrę fructibus acceptũ fuerit, & prece mystica cõsecratũ, ad salutẽ à pijs accipitur & editur. Et istud qđ sic desumptũ est ex terræ fructibus, nẽpe tritici granis, & botris vuarũ, quãq̃ ad spẽm uisibilẽ panis ac uini, manibus hoĩm pducatur, nõ tñ earundẽ uirtute manuũ sanctificatur, ut fiat tantũ sacrm, sed p solã inuisibilẽ operationem diuini spũs: hic (te precor) nobis explices, si nihil miraculi sit, quidnam intus sub illa panis & uini specie diuinus inuisibiliter operetur spiritus.

C OECO. Hoc sane manifestũ, qđ sicut uerbis inesse fatemur opantẽ spm, nõ qđ in labijs sedeat docẽtis, sed qđ pectus occupet auditoris, hoĩe ministrãte: ita & in sacramẽtalibus cęremonijs sanctũ quoddã & sublime pdicandi genus est, operãte indignis suam operationẽ diuina uirtute, tãetsi elemento nihil accedat, pter hoc quod adhibitis precibus, sacrum signum esse incipit.

Rof. Q̃

ROF. Quam bene cũ hoc authore, quẽ citaras, tibi cõuenit? Ille tãetsi uerbũ, aut prolatũ, aut scriptũ, nõ neget magnæ uirtutis esse solũ tñ hoc sacrm affirmat esse corpus dñi. Tu cõtra prorsus infi-ciaris, nisi figurate solũ. Et qd (te q̃so) prohibet similitudine quadã uerbũ Christi uel scriptũ uel prolatũ, Christũ ipsum referre, quẽ-admodũ & tu pluribus, nisi iã oblitus sis, paulo ante cõtenderas. Nõ ergo figurate aut representatiue, sed uere sacramẽtũ istud appellatur corpus dñi. Sed pgamus ut cœpimus. Ille quanq̃ fateatur manibus hominũ id qđ oblatũ est, altaribus ad spẽm illã uisibilem panis & uini fuisse perductũ: sanctificari nihilominus affirmat, ut tantũ efficiatur sacramentũ. Tu cõtra, nullã symbolis istis sancti-tatẽ inesse cõtendis, sed in animis recipientiũ dũtaxat. Ille deniq; spiritũ suũ inuisibiliter in ipsis sybolis operari testatur, & non nisi per eius inuisibilem operationem tam eximium fieri sacramentũ. Tu contra, nihil in illis operari spiritum contendis, sed in pectori-bus hominum solis. Nam affirmas eum, nec in labijs docentis aut scribentis sedere, sed tantũ auditorium occupare pectora.

Non cõuenit Oecolã. cum Augustino.

Vide li. 3. ca. 23. F

D

OECO. Eadẽ & in libro de sermone dñi in monte asserit, ue-re em̃ sibi cõstat, & iterũ uerbo dei ac scripturis associat, dicẽs: Spi-ritualis cibus dictus est, panis quotidianus, nõ quia nõ sit sempiter-nus, sed quia in scripturis, siue in strepitu uerborũ, siue quibusq; tẽ-poralibus signis exhibetur aĩæ. Quia oĩa in patria nõ erũt, quũ oẽs docibiles erũt deo, & ipsam ineffabilẽ lucẽ ueritatis nõ motu cor-porũ significantes, sed puritate mentis haurientes.

ROF. Et hic, quanq̃ Augus apte triplicẽ panẽ distinguat, hoc est uerbi, spiritualẽ, & in sacramẽto, & in uictu isto cõmuni, tu tñ de primo loqueris, de reliquis uero sycophãtice taces. Sic em̃ san-ctus ipse pater scribit cap. 7. secundi libri. Panẽ nostrũ quotidia-nũ da nobis hodie, hoc ipso em̃, q̃ dictus est quotidianus panis, si-ue spũalis significet, siue in sacrõ, aut in uictu isto uisibili, ad hoc tẽ-pus ptinet, qđ appellauit, hodie, nõ qa spũalis cibus, nõ est sempi-nus, sed qa iste qui quotidianus dictus est in scripturis, siue in stre-pitu sermõis, siue quibuscũq; tpalibus signis exhibetur aĩæ, & cæ-tera q̃ sequũtur, q̃ & de spirituali pane prosequitur Augustinus. Et ne quis fallatur i cibi spũalis intellectu, paulo añ, ubi petitionẽ istã fusius explicat, aperit qd sentiat. Nã postq̃ de pane communi

Panis triplex ab Augustino distinguitur.

ROF. Igit ex his quæ supra dixerat, collecta argumentatione, in Arrianos iam uibrat, cui⁹ hæc est summa. Qn iam costitit ex scripturis mediatorem hunc: nempe dei filiu, nos in uera quanda unitatem coniunxisse pri, consequit, ut si nos pp̄ter carnem illius qua in eucharistia manducamus, naturaliter uiuim⁹ per Chrm, & ipse pp̄ter deitatem, quam accepit à pre, naturaliter uiuit per patrem. Accepit enim per natiuitatem suam æternam à patre, non aliena à natura patris deitatem, pp̄ter quam & habet in se manentem patrem in uirtute naturæ.

Z OECO. Hęc aut idcirco à nobis comemorata sunt: quia uoluntatis tm inter prem & filiu unitate, hæretici mentientes, unitatis nostræ ad deu utebant, exemplo tanq nobis ad filiu, & p filiu ad prem obsequio tm ac uoluntate religionis unitis, nulla p sacramentu carnis & sanguinis natural communionis pp̄rietas indulgeret, quu & per honorem nobis datu, dei filij, & pmanentem in nobis carnaliter filiu, & in eo nobis corpaliter, & inseparabilr unitis, mysteriu ueræ ac naturalis unitatis sit prædicadum.

ROF. Memorat hæc se dixisse cuncta pp̄ter hæreticos, qui negabat aliam unitate inter patre & filiu q concordis uoluntatis, idq contendebant prætexentes haud aliam inter nos & Christum atq patrem, q uoluntatis religionem. Perinde atq nulla p esum carnis & sanguinis Christi in eucharistia naturalis, communionis pp̄rietas esset indulta. Nihil itaq manifestius dici posse conspicis lector q quod hic Hilarius testatur, nempe uerum corpus & sanguinem Chri

Christi in eucharistia contineri. Quam rẽ & toties inculcat, totq; scriptis & argumẽtis corroborat, ut nemini, qui non cum hęreticis illi insaniat, queat contradicere. Quamobrẽ & superiorib⁹ hanc, ceu coronidem adiũxit Hilari⁹: sed ab Oecolampadio p̃termissam quã hic subijciem⁹. Responsum igit à nobis, ẽ stultitiæ furẽtium, ad demonstrationem tantum inanis mendacij, ne imperitos fallerent uanæ ac ridiculæ assertionis errore. Hæc Hilari⁹. Quæ prorsus in Oecolampadium quadrare quis ẽ qui nõ intelligat. Sed iam fucis, & mendacijs, quib⁹ cõtrarium sensum Hilario supinducere moliat Oecolampadi⁹, aurem accommodemus. Verum corp⁹ & sanguis Christi in eucharistia

¶ Fucat eundem alienis coloribus, sed redundantur ei⁹ fuci quo ueritas appareat. Ca, XXXII.



OECO. A

Haec omnia Hilari⁹, qui & ipse intellectu obscurior aũto rib⁹ cęteris, non tam cõtra nos ẽ atq; apparet. Asserim⁹ eñ & ipsi sponte quæ ille probat: nẽpe opari Chri uirtutem ac spm̃ in fideliũ cordib⁹, q Christi fratres sunt ac participes, neq; de hoc cõtentio: sed num pani illi corp⁹ Christi sit inditũ, & ita corp⁹ Christi carni nostræ se associet, ut supstitiosi sentiunt, & ex uerbis Hilarij arguunt. Si carnem Chri cibo dominico sumim⁹, caro in cibo dñico erit, nec attendunt mox subdi, sub mysterio uere carnem manducari.

ROFF. Vides lector quid hic sophista uersipellis moliat, nimirum uno uerbulo, subuertere se putat, quicquid tot sentẽtijs, tamq; solide comprobauerat Hilari⁹. Sufficere sibi putat is peruersissim⁹ hæreticus, si quocunq; colore quicquàm in tam prolixo sermone, quantumuis pusillum ipsum fuerit, rapere queat in partem suam. At quid est sub mysterio sumere, nisi sub sacramento sumere, sub eucharistia sumere? Omnes enim eucharistiam appellant sacramẽtum & mysterium. Sed neq; tm̃ tibi cõfert ea pticula, sub mysterio quantum aduerbium illud uere, quod Hilarius adhibuit, detrahit. Nos (inquit) uere sub mysterio carnem CHRISTI sumimus. Quòd si locus iste uisus tibi fuisset obscurior, an non satis per illum alterum elucidat. Vbi dicit: Nos uere uerbum carnem cibo dominico sumim⁹? Quid hic scrupi queas obijcere? Q, si locus iste luculentus sit, ut & est haud dubie luculentissimus, nunquid ad locum obscuriorem fugere deberes? ut illum callide tenebris inuoluas. Eucharistia dicitur sacramẽtum & mysterium

Ex his haud dubie quiuis facile dep̄hendet, qui non tecum sponte desipit, q̄ reproba m̄ete fueris, & q̄ iustissimo dei iudicio sis execat⁹

B OECO. Quare ergo non sinunt esse mysterium, mysterium, & sacramentum, sacramentum? aut si non intelligunt, quid sit mysterium, discant, ut contendendi fiat finis.

Mysteriu҃ res uera esse potest. ROF. Quid stolide p̄ mysterium intelligis, si nihil subesse putes mysterio? Num Chr̄i natiuitas, mors & resurrectio, p̄pterea q̄ mysteria dicunt̄, nō erūt res ueræ? Et Paul⁹ ad Colossenses: Chr̄m appellat mysteriū, num ob id nō fuerat, & est, Chr̄us res uera? Ad Ephesios item unionis uiri cum uxore in carnem unā idem Paulus mysteriū magnū esse dicit in Chr̄o & in ecclesia. Si uere igit̄ Chr̄s & eccl̄ia una caro sunt, ut uere sunt, atq; id iuxta naturalē p̄prietatē carnis, ut Hilarius hic affirmat, quid tu negas quicq̄ subesse mysterio? Sic nimi҃ & eucharistia mysteriū est, ac sub hoc mysterio uelatū eē ue҃ corp⁹ & ue҃ Chr̄i sanguinē haudquaq̄ ambigimus.

Coloss. j
Ephe. 5.

C OECO. Sed mens Hilarij quæ sit, aperiamus. Arriani ut plerasq; scripturas torquebāt, ita & illud Iohānis testimoniū, ut ij unū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unū sint, pro impietate sua stabilienda adducebāt, dicentes hoc dicto Iohannis discimns, sic esse filiū, unū cum p̄re, ut nos simus unū cum eo. Vnū aūt sumus cum eo, nō unitate naturæ quod p̄ om̄ia foret impossibile. Qūo em̄ homo manens homo fieret natura deus? uel qūo unusquisq; hypostatica unione complect̄er̄ diuinam & humanam naturam? Absit. Sed unum sumus ob uoluntatem concordem. Igit̄ & Chr̄s p̄pter cōcordiam unum est cum patre. Sic impios illos ratiocinantes refutat Hilarius & docet non solū Christū: sed nos quoq; alio q̄ concordiæ modo, unum esse cum deo.

ROF. Hactenus recte iuxta mentem Hilarij: sed in his quæ sequuntur toto (quod aiunt) aberras cœlo.

D OEC. Nēpe, quod sicut honorem accepit fili⁹ à p̄re, & unus est honor p̄ris ac filij, ita suum honorem nobis & Chr̄us cōicat, & per eundem honorem unum efficimur.

Vnitatem cū Chr̄o ex duobus adipiscimur. ROF. Hic ex postremis Hilarij uerbis decerpis nōnihil, quod tibi fautu҃ suspiceris: nimi҃, q̄ dixerat, p̄ honorē nobis datū dei filij, mysteriū uer҃ ac naturalis unitatis p̄dicādum sit. Cete҃ quicq̄d de scripturis & ijsdem uarijs ac euidētissimis cōcluserat, pone ter-

gum

gum reijcis. Atqui nō per honorē illum solum, nos ꝓprietatē naturalis unitatis assecutos esse dixit, sed adiūgit, & ꝑ filium in nobis carnaliter manentem. Per utrūq; sane naturalem istam unitatem adepti sumus. Dixit igit: Impie negare hęreticos nullam per sacra carnis & sanguinis ꝓprietatē carnalis cōionis nobis indulgeri, quū & ꝑ honorem nobis datum dei filij, & ꝑ manētem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corꝑaliter & inseparabiliter unitis, mysterium ueræ ac naturalis unitatis sit ꝑdicādum. Quid (te ꝑcor) sibi uelit Hilarius his uerbis, quum dixerit. Et ꝑ manētē in nobis carnaliter dei filium. Quomodo carnaliter manet in nobis dei fili⁹, nisi per ueram carnem ei⁹ quam in eucharistiæ mysterio sumimus. Datum equidem nobis honorem filij dei nō abnuimus. At nisi ꝑ ueram carnis ei⁹ mādecationem nō manet in nobis carnaliter. Sed ad istud more tuo conniues. Dei filius manet in nobis carnaliter.

OECO. Etem̄ oēs nos quotquot Christiani sumus, eūdem honorē sortiti sumus, neq; est in nobis ultra uarietas. E

ROF. Vos hæretici q̄n libebit, fidei tribuitis oīa, nihilq; sacramētis. Nūc aūt baptismo tu plurimū impertis. At inquies, te ꝓpter fidem id facere. Sed Paulus de baptizatis locutus est, ut mox ipse recēses. Cæterū siue de Christianis (ut ipse iam dicis) siue de baptizatis, ut postea Paulus ait, certum ē nec oēs Christianos, nec oēs baptizatos habere tantam & talem fidem, quæ protinus eos unum cum Christo carnaliter efficiat. Sed iam ad scripturas q̄bus istud probare niteris, ueniamus. Gala. 3

OECO. Quotquot em̄ ait, in Christo baptizati estis, Christū induistis, nō est Iudæus atq; Græcus, nō est seruus neq; liber, nō ē masculus neq; fœmina, oēs em̄ unum estis in Christo Iesu. F

ROF. An te fugit morem ecclesiæ ueteris fuisse, baptizatos cōtinuo Christi carne pasci. Propter q̄d & alibi Paulus dicit: Un⁹ panis unum corp⁹ multi sumus. Nam oēs ex eodē pane participamus. Recte igit Paulus de baptizatis illius tp̄is asseruisset, etiam si dixisset oēs baptizatos unum esse carnaliter in Christo. Uerū istud mīme dixit: sed tm̄ unum in Christo. Baptismus ꝓfecto nos annectit corpori Christi mystico. Sed per baptismū solum haudquaquàm in nobis Christum carnaliter manentem habem⁹. Hoc ei. i. n consequimur esu carnis & sanguinis Christi in eucharistia. 1. Cor. 10 Gala. 3 Differenter ꝑ baptismum atque eucharistiam Christo coniungimur.

Verū igiť est, quòd p baptismū Christiani Chr̄m induerunt, at nō ideo carnaliter Chr̄m in se manentē habent, nisi p ipsam Chr̄i carnem quam sumūt in eucharistia. Nam ꝓtinus ubi fide sumpserint eucharistiam, iam carnaliter uniunť ipsi Chr̄o, Chr̄mq́ꝫ carnaliter & substantialiter habent in se manentem.

G OECO. Om̄es em̄ propter Christū, qui in nobis opať, ex æquo sumus honorabiles, nam in quibuscunqꝫ opať Christ⁹, in his & honorari debet. Et sicut pater ī Christo honorať, eo quod qui uiderit Christū, uidet & patrē in Christo opantē mira, ita si uita Christū exprimamus, eiusq́ꝫ spm̄ habuerimus illi adhærētes: nimirū honos in nobis habitanti dabiť Christo, & p Christū patri. Et licet p unum opeŕ magis q̄ p alium, honore tn̄ unū sumus, om̄es. s. filij dei, & adoptiōe, hoc q̄d Chr̄s natura. Om̄es frēs Christi, om̄es templa spūs sancti. Vides p̄ter uoluntatis cōcordiā, nos quoqꝫ alio modo esse unū cum Christo, & ita cum patre, nēpe honore & opandi efficacia, quæ habitātē eū naturali proprietate in nobis arguit.

Christus per Eucharistiam in nobis manet.

ROF. Duo sunt, ut ait hic Hilarius. Alterū, honor datus nobis filij dei: alterū, ꝑmanētia carnalis eiusdē filij in nobis. Prius illud, ut baptismo consequimur, ita posterius istud (si tn̄ Hilario credimus) absqꝫ sacramēto corpis & sanguis haudquaq̄ adipiscimur. Quanuis igiť Christū p baptismū proprietate uerbi nobis p̄sentē, & intra nos manentem habeamus, non tamē proprietate carnis. Hanc em̄ unitatem consequimur, haud aliter quàm per esum carnis corporalem in eucharistia.

H OECO. Honor aūt ille nobis datus, quia em̄ Chr̄s carnis nr̄æ particeps fact⁹ assumpta humanitate, & nos illi cōicauim⁹, ut est in ep̄la ad Hebræos. Et em̄ pueri communicauerūt carni & sanguini; & ipse factus est particeps eorundem.

Heb. 2 ROF. Haud recte Paulum interp̄taris. Neqꝫ em̄ Paulus eo loco de cōicatione, qua nos Christo cōmunicamus loquiť: sed de cōmunicatione hominū mutua inter seipsos. Quos em̄ ibi pueros uocat, homines intelligit ex carne & sanguine cōstitutos. Quum itaqꝫ dixisset pueros cōicare carni & sanguini, hoc ē inter se mutuo carnem & sanguinem habere communem, protinus adiecit. Et ipse factus est particeps eorūdem. Ipse igiť dei filius nostrā in se suscipiēs carnem, nostrā naturā sibi cōmunē fecit, atqꝫ carnē & sanguinē, ex

Christus participauit sibi carnem & sanguinem

qb⁹

quibus & nos constamus, participauit sibi. Nos aũt uicissim p carnem & sanguinẽ eius, quibus in eucharistia uescimur & potamur, ipsius participes efficimur atq; ei communicamus.

OECO. Quia eñ nostrum genus apphendit uerus homo factus, quotquot credunt in nomine eius, per unionem naturæ accipiunt potestatem, ut filij dei fiant, nimirum quia Christo incorporati, & ueræ illius uitis palmites sunt. I

ROF. Duobus utiq; modis incorporari Christo quis poterit, ut sæpe testati sumus. Altero, p fidem dilectione formatã: altero, per sacrm corporis & sanguinis Christi. Hunc aũt modũ Hilarius carnalem & corpalem hic uocat, & Cyrillus aliquanto superius appellauit cõuersionem in Christum re ipsa. Tu semper priori modo prorsus inniteris, hoc posteriori, quasi nihil esset, cõtempto, in quo uehementer à cõcordi sententia patrũ aberras. Verũ quidem ẽ per fidem nos accepisse potestatem, ut efficiamur, & simus filij dei, sed per fidem & baptismũ hoc ipsum nobis præstat. Et quoniam hãc fidem, si uera sit, comitat bonus animus recipiendi sacramẽta. Propter hunc animũ: si postea desit oportunitas, illa sufficiet ad salutẽ. Cæterũ si contemnant aut negligant ipsa sacramẽta, seu non firma fides scdm eccl'ię traditionẽ eis adhibeat, nihil pderit ipsa fides prius accepta: sed euanescet in nihilum. Porrò q dicis per fidẽ nos incorporari Christo, & palmites eius qui uera uitis est, fieri. Si per incorporari intelligas ueritatem carnis Christi nobis inseri, falsum dicis. Sin per hoc intelligas, nos eius corpori mystico inseri, uerum est quod dicis. Nam & patres hoc ipsum fatent: sed affirmant prępterea, nos oportere Christo incorporari per communicationem carnis ipsius, quam edimus in eucharistia. Talis autem nexus utrinque firmus, & indiuulsibilis fieri iudicatur. Cæterum exemplo rem dilucidiorem faciemus. Quum enim surculus arbori cuipiam inseritur, iam unionem quandam init cum arbore. Verum nisi uicissim arbor uitalem succum ei surculo communicauerit, non diu cohærebit arbori. Neque dissimiliter admodum in nobis fieri, iuxta patrum sententias, existimandum est. Fides enimuero cum baptismo nos inserit Christo, sed inserti, nisi uitalem succum per eucharistię manducationem ex carne & sanguine ipsius nobis hauriamus, non diu permanebimus inserti.

Incorporamur deo dupliciter.
Chrysostom' supra eodem lib. ca. 3. H
Hilari' supra capi. 3j. I
Iohan. j
Iohan. 3
Marc. 16
Fides absque uoto sacramẽta recipiendi inanis est.

Communicatio necessaria est

Oeco

K OECO. Tam efficax ꝑ fidem est spūs. Quod qui ignorãt, neq uim fidei cognoscunt, quæ tãta est ut ea quæ Christ⁹ habet, in nos transferat, & quæ nr̃a in Chr̃m ferentẽ nostras iniquitates & nostram faciat illius iustitiam.

ROF. Nos quoq; fidei magnam efficaciam tribuim⁹, sed ei q̃ integra ẽ, nõ quæ mutilata & manca, qualem & uos habere compertissimũ est. Multa nimirũ uestræ fidei desunt, quo min⁹ hãc cõmunionem efficiat, de qua iactatis ipsi toties. Nunq̃ eñ fiet, ut fidem hãc efficacem assequamini, priusquàm ad unionem Ecclesiæ Catholicæ redieritis parati, sacris, & sanis ab ea traditis dogmatib⁹ obedire. Nam si talem fidem habueritis, etiam indubitato credetis in eucharistia carnem & sanguinẽ eẽ Chr̃i, quib⁹ ingenti desiderio cupietis pasci, unde & uitales haurietis succos, quib⁹ nõ solũ uos in Chr̃o, sed Christ⁹ in uobis ꝑmanebit. Cæterũ tali fide potiri uestra obstinata sup̃bia neutiquàm uos patiet.

L OECO. Obgannire aũt quis posset, si ideo cõmunicam⁹ Chr̃o quia carnem nr̃am, homo fact⁹ assumpsit, cõicabũt chr̃o & impij: quid hoc ad fœlicitatẽ nr̃am, quod Chr̃s incarnat⁹? O incredulam uocẽ: Quid hoc ad fęlicitatẽ nr̃am: q̃si. s. cõis caro Chr̃i foret, ut scite in Ephesino concilio dicit: Diuina caro ẽ, & uiuificatrix credentib⁹, atq; hominib⁹ impijs & incredul', eadem in cõdemnationẽ erit, neq; eñ tales uere communicãt, q̃nquidẽ uerbũ carnẽ assumpsit, eamq́; sanctam & ĩnoxiã, in qua suas exercuit diuinas uirtutes Impij eam in spẽm q̃dem carnẽ gestãt, sed ꝑpetua incredulitate & immunditia cõtaminãt, qua ꝓpter & ab ea uerbũ abhorret.

Communicationum tres modi

ROFF. Nunq̃ ad scripturas, & ad fideles earũ interp̃tationes à p̃rib⁹ añ traditas, hãc tuã sn̄iã cõquadrabis. Tres utiq; modi cõicationum sunt. Prima, qua cõicarũt homines inter se ex carne & sanguine constituti. Secunda, qua fili⁹ dei particeps fact⁹ est carnis nr̃ę ꝑ incarnationem suam. Tertia deniq;, qua nos ꝑ manducationem carnis eiusdẽ quam de nobis accepit, ei uicissim communicamus. Et certe, si secũda cõicatio sufficeret, nemo hoĩm est, qui nõ cõicaret Chr̃o, quum & ueritatẽ carnis eãdem habeat etiã sceleratissim⁹ ĩ sese, quã Chr̃s accepit de nob. Sed neq; tertia sola ꝓderit impijs, qui ꝓpter impietatem suam, nihil inde succi uital' hauriunt, fidelibus tñ & ijsdẽ à peccato resipiscentibus hæc tertia maxĩe ꝓfuerit.

Nam

Nã & si p fidem, dilectiõe formatã, inseramur corpi Christi my-stico, nõ unimur tñ ueritati carnis eius, neq; uitalẽ aliquẽ influxũ ex eadẽ accepimus, nisi p esum suæ carnis in eucharistia. Cæterũ q̃tũ ad cõciliũ Ephesinũ attinet, nihil ex eo subsidij petere licebit tibi, qñquidẽ ip̃m (ut superius palàm ostendimus) tuam hæresin apertissime condemnat.

OECO. Contra uerbũ habitat in omnibus, qui fide integra recipiunt tanta incarnationis arcana. M

ROF. Recte quidẽ uerbũ dicis habitare, ubi fides integra fuerit, sed talẽ uobis deesse fidẽ, supius oñdim⁹, neq; uobis mõ, uerũ etiã cũctis, q̃rũ fides nõ satis quadrat fidei totius ecclïæ catholicæ. Testat̃ eñ Aug. de fide ad Petrũ, dicẽs: Firmissime tene & nullatenus dubites quẽlibet hæreticũ, siue schismaticũ in noĩe patris et filij & spũs sancti baptizatũ, si ecclïæ catholicæ nõ fuerit aggregatus: quantascũq; eleemosynas fecerit: & si pro Chri noĩe etiã sanguinẽ fuderit, nullatenus posse saluari. Omni eñ homini q ecclïæ catholicæ, nõ tenet unitatẽ, neq; baptism⁹, neq; eleemosyna quãlibet copiosa, neq; mors p noĩe Chri suscepta, pficere poterit ad salutẽ: q̃diu ĩ eo hẹretica uľ schismatica prauitas pseuerat, q̃ ducit ad mortẽ. Extra fidẽ ecclesiæ catholicæ nõ ẽ salus.

OEC. Qui dixerit cõmunionẽ regis & rustici, si purpura regia, sed detrita, indutus rusticus, agrũ stercoret, in luto operet̃, & uilissima q̃q; ferat, rex aũt in noua & splendida iura dicat, sapientiã loquat̃, & uirtutibus cõspicuus sit, Nemo regiũ aliquod sordido tribuet, at uera coĩo dicet̃, si in eodẽ habitu, p oĩa eadẽ agat, tãetsi nõ ex eodẽ stẽmate sit prognatus. Simili mõ carnis Christi & carnis impij nulla erit coĩo, q̃uis impius eadẽ uestitus sit carnis trabea, q̃ Chrũs, eo q̆ illã coinquinauit impius, & nihil in ea agit diuinum, unde & manifestũ in eo non habitare uerbum ac ociosam esse ac emortuam fidem. N

ROF. Nõ in hoc necesse fuerit, ut pluribus contendam⁹. At non est dubiũ, qn ueritas carnis hũanæ cũ pctõ cõsistat, q̃d & uos negare neutiq̃ ualetis, q̃s neq; pudet in oĩni ope q̃tũuis bono, peccatũ affirmare. Q; si uerã carnẽ gestet pctõr & sortitus sit eãdem carnis ueritatẽ, quã habet & Chrũs, qũo secundũ opinionẽ tuã nõ uere cõicabit Christo? Neq; tuũ exẽplũ quicq̃ obstat, qñ nullum peccatũ dilacerat, aut sordidat carnẽ hoĩs, aut eam adeo deterit, ut

alienet à ueritate carnis. Adde, ꝙ infantes nondũ baptizati, quia nõ polluerunt ipsi carnẽ suam, sed in ueritate carnis nati sunt, iuxta rationẽ tuã, protinus ut nati fuerint, Christo cõmunicant. Verum longe alia est communicatio, qua per esum carnis in eucharistia Christo coniungimur.

O OEC. At fideles supra modũ felices sunt, q̄a caro eoꝝ priuilegio fidei p mũdiciã Chr̄i purificata ẽ, immortalisq; facta, utpote ĩ gloriã pr̄is r̄surrectura, fide q̄ȝ se ĩ opa exercẽte cognobilẽ facit habitãtẽ in ipsis Christũ, & cũ Christo in cœlestibus considet.

ROF. Si p fideles quoslibet credulos intelligas, falsissimũ est, q̄d dicis, sin orthodoxos, q & soli & uere fideles sunt, hos admodũ felices esse, nihil dubitamus. Nã hos diuina benignitas, p lauacrũ regenerationis & renouatiõis spũs sancti, saluos fecit, uti Paulus ad Titũ tradit. Et eosdẽ Chr̄us enutrit, ac fouet, hauddubie p carnẽ & sanguinẽ suũ, ut fiant mẽbra corporis sui ex carne & ossibus eius. Quamobrẽ & merito felices habendi sunt. Cæterum tu maximã hui⁹ felicitatis partẽ subtrahere conaris, q tam eximium cibum tanto molimine studes nobis auferre.

Tit. 3
Ephe. 5.

P OECO. Qui nũc uidere uult, satis cognoscet, q̄d Hilarius dicat, naturalr̄ in nobis esse Christi ueritatem.

ROF. Tu profecto nihil præter caliginẽ & tenebras, Hilarij dictis ingessisti. Quare q pridẽ luscus fuerat ad Hilariũ, iã penit⁹ excæcabitur. Cæteꝝ pius lector facile cognoscet ex ipso Hilario nos uerã Christi carnẽ & sanguinẽ in cibo dominico sumere, per quæ naturalr̄ atq; corporalr̄ in nobis manet Christ⁹. Et quanquã Christus iuxta ueritatẽ uerbi, sit in Christianis per fidẽ & baptismũ, nõ tamen ita p suæ carnis ueritatem. Nam hãc solũ asseq̄mur per esum corporis & sanguinis in eucharistia.

Q OEC. Qui nimiꝝ libero arbitrio tribuẽt, fortassis nõ agnoscẽt

ROF. Neutrũ orthodoxis probatur, aut nimiũ arbitrio libero tribuere, aut eidẽ plus iusto detrahere. Cæterũ quid hoc negocij spectat ad liberũ arbitrium? Neq; eñ arbitrij libertati præiudicat, ꝙ uerã Christi carnẽ edamus in eucharistia, neq; necessitatẽ ullã ei pietatis tribuimus, quin ex Christo possit excidere, mõ sic uelit. Quantũ uero tribuendũ sit arbitrio libero, satis copiose docet Erasmus in triumphis illis, quæ egit de Luthero.

Erasmus de libero arbi.

Oe. De-

OECO. Declarat aūt & seipsum dicēs, tūc eū esse in nobis, dū secum hoc quod non sumus, in deo est, id est, quia humana natura in ipso à deo uerbo assumpta est. R

ROF. Hæc est una sycophantiarum tuarum (ut sæpe diximus) quod si uel unū aliquod uerbulū ex prolixo quopiā sermone queas expiscari, quod in tuā partē sonet, id tibi sufficere putas, q̄ tūuis idem author alibi per totū sermonis decursum, aperte mentē suā explicuisset. Cæterū si forent omnes unū cū Christo propter humanitatē, quā cū Christo (q patri unū est) cōmunem habēt, nemo tam sceleratus est q nō in Christo sit, & etiā in deo patre cum Christo. Nā is plane sensus est, illius particulæ, quā citasti. Sed age totā sententiā unde particulam istā excerpseris, recense precor. Sic em̄ habet Hilarius: Est ergo in nobis Chrūs p carnem, & sum^9 in eo, dū secum, hoc, quod nos sumus, in deo est, hoc est Chrūs in nobis est p carnem, quam sumimus in eucharistia, & nos uicissim in illo sumus, dū una cum eo hoc ipsum quod nos sumus, id est humanitas nostra in deo est. Supius em̄ dixit Hilarius ex uerbis Chisti: Qui edit carnem meā, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego i eo. Et cōtinuo subiungit: De ueritate carnis & sanguis, nō est relict^9 ambigēdi locus. Nunc em̄ ipsius dn̄i professione & fide n̄ra uere caro est & uere sanguis, supple q̄ sumunt à nobis in ipso sacramēto. Et hæc accepta (inqt) atq; hausta, id efficiunt, ut & nos i Chrō & Chrūs in nobis sit. Iā sequunt priora illa uerba. Est ergo in nobis ipse p carnē, hoc ē p carnē suā, quā edim^9. Et sumus rursum in eo, dum secū, hoc, quod nos sumus, in deo ē, hoc ē dum nostra humanitas quā secū habet, unitur deo. Cæterū hæc unitas humanitatis nostræ cū deo nihil proderit, nisi tantū ijs, qui Christi carnē, uel ederint actu, uel saltem edere constituerint, q̄ primum sibi data fuerit oportunitas.

Verba Hilarij

Supra eodē lib. ca. 3j. S

Ambrosium, etiam & valde reluctantem, interuertere molitur, sed inaniter. Cap. XXXIII.



Eclarat aūt & hoc q̄d Ambrosi^9 libro de incarnationis dn̄icæ sacramēto dicit. Nā & si credis (inq) à Chrō carnē susceptā, & offeras transfigurādū corp^9 altarib^9, nō distinguas tn̄ naturā diuinitatis & corpis, & tibi dr̄, si recte offeras, nō aūt recte diuidas, peccasti, quiesce, diuide em̄ quod OECO. A

meũ, diuide q̃d suũ est, q̃d suũ uerbi est, ego, q̃d erat illius, nõ habebã, & ille q̃d meũ non habebat, suscepit q̃d meũ est, ut impartiret q̃d suũ est, suscepit, nõ ut cõfunderet, sed ut repleret. Si credas susceptionẽ, affingas aũt cõfusionẽ, Manichæus esse desiisti, nec tñ ecclíæ filius eẽ cœpisti. Si credas susceptionẽ corpis, adiũgas diuinitatis cõpassionẽ, portionem utiq; pfidiæ, nõ pfidiã declinasti.

Gene. 4 ROF. Tractat hoc loco diuus Ambrosius ipsa uerba, q̃ dicta fuerant ad Cain. Si recte offeras, recte autẽ non diuidas, peccasti. Quæ uerba dicit idẽ Ambro. se putare generalẽ in oẽs extra ecclesiã cõstitutos, latã continere sñiam. Conuertit igitur ea uerba in Iudæos, in Eunomianos, in Sabellianos, in Marcionitas, ĩ Manichæos, in Valentinũ, Samosatenũ, Basilidẽ, Nouatũ, Donatũ,

Ambrosius. & cæteros, tandẽq; subiungit. Aduersus oẽs igitur hæreses ista sñia est, q̃ fraterno noĩe, nõ fraterne, ecclesiã psequunt. Post hæc sequunt ipsa uerba, q̃ p Oecolãpadiũ allata sunt, in qbus nihil est unde triumphũ agat, si digne singula ppendat. Quũ eñ dicit Ambrosius. Diuide q̃d meũ, deinde q̃d suũ est uerbi, hoc est in Christo consydera naturã humanã, q̃ mea est, quippe quam ab hoibus Chrũs assumpserat. Consyderabis & diuinã, q̃ ipsius est propria. Ego, q̃d illius erat, nõ habebã. Et ille, q̃d meũ nõ ẽ, habebat. Quid est hoc, q̃d illius erat, & meũ nõ erat, q̃d ego nõ habebã, & ille habebat? Certe uerbi ipsius diuinitas. Hoc nimirũ illius erat, & meũ nõ erat, hoc ille habebat. & ego nõ habebã. Seqtur. Suscepit q̃d meũ est, ut impartiret q̃d suũ est, hoc est, suscepit humanitatẽ meam, ut impartiret mihi diuinitatẽ suã. Hactenus Oecolãpadi nobis tecũ cõuenit, mõ uerba hæc proxima sane intelligas. Neq; eñ ille singulis hoibus diuinitatẽ suã impartit, quanq̃ acceperit cõmunẽ cũ singulis humanitatẽ. Nã hæc hũanitas ab eo suscepta, nihil facit, nisi q̃ ex parte nr̃a uicissim exigunt, probe rñdeant. Nũc igitur qbus modis suã diuinitatẽ nobis impartiat, indices precor, hoc iã explica, si potes. Recte hactenus diuisimus, sed oportet etiã offeramus & recte. Tu fide dicis hanc diuinitatẽ suã, Christũ nobis impartire. At hoc si dixerit hic Ambrosius, æquũ est, ut eius iudicio pareamus. Sed hoc nõ dixit, imò si more tuo contentiosus esse uellẽ, oñderẽ potius eũ hic uoluisse, q̃ p esum corpis Christi, diuinitas eiusdẽ nobis cõmunicet. Cur eñ alioqui dixisset hic Ambrosius.

sius. Si credas à Christo carnẽ eẽ susceptã, & offeras transfiguran dũ corpus altaribus? Quid sibi uult ipsa corporis transfiguratio? Nihil moror, an factã dixerit an fiendã. Quid (inquã) sibi uult, ipsa corporis transfiguratio? profecto nihil aliud q̃ ꝙ sub alia diuersaq; specie, corpus ipm altaribus offeraẗ, atq; iã in cœlo sit. Vtcunq; fuerit, certe nihil hoc loco pro tua s̃nia militat Ambrosius.

OECO. Hunc locũ citandũ existimaui, quũ eũ prior citarit Gratianus nihil ad suũ institutũ facientẽ. Citatur aũt ex libro de Cain & Abel, in quo nihil tale. B

ROF. Nunc turbare niteris aquã, quo limus ascendat, atq; ita nostris oculis, ipsius aquæ subducas limpitudinẽ. Iã luci ꝑfecto caliginẽ inferre moliris. Quid iã Gratiani, uel eius scribę magis, errores introducis, ꝑinde scilicet, atq; nostrum negotiũ ex Gratiano totũ pendeat. Quid si non recte citasset Gratianus, num propterea, nostra causa ruitura est? De cõs. dist. 2 c. Si credis

OECO. Præterea pro transfigurandũ, legit transfiguratum. C

ROF. Ex alijs audiuimus eẽ quosdã codices, & sane uetustos, in qbus habeẗ transfiguratũ. At parũ interest, an transfiguratũ, an transfigurandũ legeris. Nã idẽ utrobiq; sensus est. Sic eñ Ambrosius tradidit: Et si credas à Christo carnẽ eẽ susceptã, & offeras transfigurandũ corpus altaribus, non distinguas tñ naturã diuinitatis & corporis, & tibi dicitur. Si recte offeras, nõ aũt diuidas, peccasti, &c̃. Quæ uerba, qs p̃t alio sensu capere, q̃ ꝙ credenda sit ueritas carnis in Christo, & ꝙ eadẽ offerenda sit altaribus, nõ quidẽ sub ꝓpria specie carnis, sed transfigurãda sub specie panis. Neq; tñ hæc duo sibi inuicẽ cõfundenda sunt, nempe diuinitas, & caro Christi, sed cogitatiõe separanda. Qui uero sic offert, et sic diuidit is audacter ꝑgat, eo ꝙ recte facit. Atqui recte offert sacramẽtum corporis & sanguinis Christi, nõ aũt recte diuidit, inter diuinitatẽ & carnẽ, is peccat, atq; ob id cessare debet ab opere. Sensus ỽborũ Ambrosij.

OECO. Et existimat oblationẽ in altarib⁹ cõsecrationẽ illam papisticã, quũ Ambrosi⁹ simpliciter alludat ad fidẽ, quasi dicat, si ita credideris, uel religionem habueris. D

ROF. Nõ his uerbis Ambrosiũ ad fidẽ (ut tu uis) allusisse, pluribus indicijs cõstare p̃t: Nã protinus ut dixisset. Et si credas carnẽ à Christo susceptã, adiecit, & offeras transfigurandũ corpus al

taribus. Quũ em̃ iã apte dixiſſet, credas, qd opus eſt ad fidẽ allude re denuo. Deinde, ꝙ Ambroſius oblationẽ, & nõ fidẽ intellexerit, ſeipſum apte declarat ibidẽ cap. 2. Nã ibi poſtq̃ Iudæũ, Eunomianũ, Sabellianũ, cæteroſq; memoraſſet hæreticos, ſubdit: Ecclesię em̃ ſacrificiũ eſt q̃d offert deo, ad quã Paulus dixit: Obſecro uos fratres p miſericordiã dei, exhibere corpa ueſtra hoſtiã uiuã, ſanctã, deo placentẽ. Male ergo ſacrificiũ diuiſerũt, ecclĩæ membra lacerãdo. Hæc Ambroſius ibi, ex qbus apertũ eſt eũ de oblatione prorſus ĩtellexiſſe. Cæteꝝ ſi mordicus tenueris, intelligẽdũ eẽ, credere p offerre, qũo p̃cor adhuc cætera tibi cõſentiũt? cur altariũ? cur corpis? cur deniq; transfiguratiõis mẽtionẽ fecerit? ſi q̃as, ediſſere. Profecto nemo p̃t hæc ad aliũ ſenſum trahere, q̃ pro ſacramento altaris.

[Roma.]12

E OEC. Dixerat em̃ & ſupra. Si Iudæus offerat, q filiũ uirginis Mariæ à deo p̃re ſeparat, dicit ei, ſi recte offeras, nõ aũt recte diuidas. Vides hic, offerre altaribus, eſſe ſimpliciter credere.

ROF. Et hic mẽtiri nõ erubeſcis, q̃ falſam tuã poſitionem, uel mẽdacio tuearis. Neq; em̃ de Iudæo quũ locutus eẽt, deq; Eunomiano aut cæteris hæreticis, altariũ ullã fecerat mẽtionẽ. Q, ſi offerre altarib⁹, ſit ſimplr credere, cur ergo q̃d reliquũ ẽ, non credis, nẽpe trãsfigurãdã aut transfiguratã in altarib⁹ carnẽ? Nã & hæc Ambroſius haud fruſtra dixiſſe credẽdus ẽ. Cæteꝝ ĩeptiſſime colligis, ex illis Ambroſii ṽbis, ubi de Iudæo loqtur, ꝙ offerre altaribus, ſit ſimplr credere. Sic em̃ de Iudæo dixit Ambro. Si Iudæ⁹ offerat, q filiũ uirgis Mariæ à deo p̃re ſeparat, dicit ei. Si recte offeras, non aũt recte diuidas. Hic ſi recte offerre ſit ſimplr credere, ergo Iudæus recte credit. Quod plane falſiſſimũ ẽ. Non enim recte Iudæus credit, q Ieſum à deo patre ſeparat? Sed & q̃diu ſeparat, filium Mariæ uirginis à deo, nõ recte unq̃ diuidet. Quare & quicquid offert, neutiquam approbatur.

Offerre altaribus, non eſt credere.

F OECO. Quanta abſurda ſequentur, ſi ita hinc inde impertinentia male conſuerimus.

RO. Imò q̃ta ſequent abſurda, ſi tu tuiq; ſiles, ita ſinamini grauiſſimos authores paſſim, & ĩpune corrũpere, ad tm̃ Chrianę plebis, q̃ ſtulte uobis credula ẽ, exitiũ & interitum ſempiternum.

G OEC. Et q̃rimus adhuc, unde nã tot erroꝝ zyzaniæ ſubnatæ?

Rof. Vide

ROF. Videm⁹ utiq; p ue stra pniciosa dogmata maximā zy-zaniarū copiā subnatā eē, neq; dubitamus unde subnata sit, Chrō p̄dicente, malus homo semen istud exitiale superseminauerit. Matth. 13.

OECO. An non & pueri pronunciare possunt infideliter a-ctum, uel saltem oscitanter. H

RO. Nō solū iī, q iā supstites sunt, ut illā innūerabilē multitu-dinē taceā, q̊s ad æternos ignes iā p̄cipitastis, uerū etiā hauddum nati sunt, qui iacturā ex pestilentissimis hæresibus uestris patient, ad animarū suarum perniciem, nunquam resarciendam.

OEC. Gratianus transsubstātiationē ingerere uult, Ambrosi-us uero docere cupit, quō incarnatione, uerbū, suā nobis diuinita-tē impertitū sit, nostrā aūt humanitatem assumpserit. I

ROF. Si docuerit Ambrosius ipse modū istū, quē dicis, quid eundē ex uerbis ipsius nō palā aperis. Ego certe nihil ambigo, qn hic Hilario, Cyrillo, Chrysostomo, cæterisq; cōsentiat. Iā em̄ di-xerat Hilarius: Si uere uerbū caro factū est, & nos uere uerbū car-ne factū, cibo dn̄ico sumimus, quō nō naturaliter in nobis mane-re existimandus ē, qui & naturā carnis nostræ, iā inseparabilē sibi homo natus assumpsit, & naturā carnis suæ, sub sacram ēto cōmu-nicandæ carnis nobis admiscuit, Chrysostomus etiā paulo supius dixit. Vt aūt nō solū p dilectionē, sed re ipsa, in illā carnē conuerta-mur, p cibū efficitur, quē nobis largitus est. Et Cyrillus quoq; sic antea dixit. Si uitā æternā cōsequi uolumus, si largitorē immorta-litatis habere in nobis desyderamus, ad recipiendā benedictionē, hoc ē eucharistiam libenter concurramus. Per esum igitur carnis Christi, q̄ sacris altaribus sub specie panis immolatur, uerbū caro factū, ut ait Hilarius, naturalr̄ in nobis manet. Et in illā carnē, ut asserit Chryso. re ipsa cōuertimur, ac deniq;, sicut testat̄ Cyrillus, largitorē immortalitatis, hoc ē Christū in nobis habem⁹. Ad hūc modū & Ambrosius affirmat Christū diuinitatē suā impertīsse p carnē, q̄ in altarib⁹ offertur, transfigurata nimirū sub specie pa-nis. Cæterū Oecolāpadius p̄postere diuinitatē impartitā eē dicit, & humanitatē nostrā assumptā, quū tn̄ dei filius prius humanita-tem nostrā assumpserit, & eandem postea nobis edendam in eu-charistia præbuerit, qua nos unum cum eo naturaliter effecti, di-uinitatis itidem eius participes, hauddubie reddimur.

Iohā. 1. Iohan 6. Supra eodē lib. cap. 30. H Supra prolo. 2. li. N. & ali. Ambro. sni a.

Redit

¶ Redit ad Hilarium, vt eius occasione cauillos alios in eucharistiã struat. Cap. XXXIIII.

OECO.

A



T aũt ad Hilariũ redeamus, & q̃ ad eucharistiã ptinẽt, examinemus, neq; hoc oĩno inficias ierim, cibo dñico, uerbũ carnẽ sumi. Nã quũ fidelis semp manducet carnẽ, etiã qñ ad mensam illã externã, & uisibilẽ nõ accedit, cur nõ & illa hora, si fides multo magis inardescit, & adipe pinguedinis fiat delicatior, eo q̄ p sacra signa magis admonet, atqui hoc probat in nobis esse Christũ, non in pane.

ROF. Egregie nobiscũ sophistã agis, istiusmõi strophis nos eludere cupiens, quũ dicas te nõ inficiari, uerbũ carnẽ à nobis ĩ ipso cibo dñico sumi. Nã qũo sumat, q̃d nõ adest. Tibi uero caro nõ adest. At adest (inqs) uerbũ, q̃d & incarnatũ est. Ecce lector, hoc est q̃d iã dixi, egregiũ sophistã agere nobiscũ Oecolãpadiũ. Cæterũ hic Oecolãpadi, tuã appello cõscientiã. An putas Hilariũ hoc sensisse, nẽpe Christi carnẽ à nobis ita sumi, cibo illo dñico, nõ q̄ in eo cibo uelatus sit Chrũs, sed q̄ ip̃m accipiamus aliunde. Si nõ istud existimes, dic mihi, cur lectoribus & auditoribus tuis, ad hũc modũ imponere studes, ita suadẽs eis, ueteres authores astipulari tibi. Sin uere sic arbitreris, uere talpa cætiorem ausim affirmare te. Nã Hilarius tã apte rẽ explicuit, ut uix dici queat aptius, Nec ẽ sane credibile eũ in re tã uehemẽter seria, tã ambigue fuisse locutũ, ut in utrãuis partẽ eius sermo torqueri iã possit. Quare quũ ꝓ nobis aptissime sentiat, si credideris eũ etiã in tuã partem trahi posse, aut tu uehemẽter falleris, aut illi magna defuit peritia, circũspectioq; scribẽdi. Sed qs author, q̃tũuis ipse circũspectus fuerit, tutus eẽ queat ab hmõi cauillis & sophistarũ copiosis argutiolis mẽdacijs q; & fucis, qbus impudẽtissima sycophantia tua passim utitur.

Iohan. j.

Hilari⁹ apte loquitur de eucharist.

B

OECO. O pauperculã animã, q̃ nõ ãn refocillat, q̃ qñ mẽsæ illius fit particeps, ignorat utiq; qd & q̃tũ sit, propter bñficia accepta, gratias agere & contestari se ex gratorũ numero fore. Attamen & tunc felicem, siquidem Christũ hospitem sortita fuerit, & uerbum carnem sumat.

Euch. sacro ĩcitamur ad deuotionem.

ROF. Et hic certe quisqs ad cætera quæq; sacramẽta, uel q̃uis trunco stupidior esset, uel etiã saxo durior ad tã ineffabilẽ dignationẽ, qua Chrũs ipse dignat suã carnẽ in cibũ, & sanguinẽ in

potum

potum nobis misercululis ad æternam largiri salutem, excitari continuo possit Cui⁹ em̃ cor adeo silicinũ est, ut quũ tm̃ & tam imensum amorem digne secum retinet, non ꝑtinus emolliat erumpatq; in lachrymas, p̄sertim si fide ꝑsuasissimũ habuerit, se uere & corporalr tantum hospitem intra se suscepturum

OECO. Fœliciorem tñ mallem, ita ut etiam cæremonijs illis, quãtum ad ipsum attinet, si priuet, nihil sentiat incommodi. C

ROF. Est hoc malle fœliciorẽ Oecolãpadi? Mihi ꝑfecto uidet infęlicissimũ esse potius, tãto priuari bono quempiã, & sua culpa. Neq; em̃ aliter q̃ ꝑ hunc cibum Chr̃m in nobis corꝑaliter manentem habere possumus. Inseri quidẽ Chr̃o ꝑ fidem quis potest, at ut re ipsa conuertamur in ipsam carnem Chr̃i, ut Christ⁹ ipse nobis carnaliter & corꝑaliter seipsum insinuet, id ꝑ esum carnis ipsius in eucharistia conseqmur.

OECO. Dico quantũ ad ipsam attinet, nõ magis ꝓpter proximũ, q̃ ꝓpter seipsos fideles externis symbolis uti decet. D

ROF. O perditor & pestis animaꝝ, quid hic audio te dicere? An nõ suo cõmodo maxime fit, q̄ carnẽ Chr̃i uiuificatricẽ corꝑaliter intra se suscipiat, qua & re ipsa cõuertit in carnem Chr̃i? fitq; membrũ corꝑis ei⁹ iam ex carne & ossib⁹ eius? Neq; sunt ista mera symbola, quẽadmodũ tu ꝑditissime existimas: sed ꝟe sub his symbolis, adsunt uera caro, uerusq; sanguis Christi, quæ & ineffabilia quæ exhibẽt commoda pie uescentibus. Vtile ẽ digne sacramento communicare

OECO. Eo q̄ spũ sancto afflatu, liberi, mũdi, iusti, & pingues ac beati sint in Chr̃o, cui insiti sunt, regnũq; dei intra se habẽt. E

ROF. Nunqd & Apl̃i, qñ Chr̃us in eos flauit, dicẽs: Accipite spm̃ sanctũ, nõ erãt afflati spũ sancto? An nõ & ijdem liberi, mundi, iusti. pĩgues, bti in Chr̃o, cui & insiti fuerãt, regnũq; dei ĩtra se habuerãt? At quid tum? Num ijdẽ propterea frustra eundẽ spm̃ in pentecostes acceperũt denuo? Silr & quũ essent in ipsis ecclesię crepundijs Christiani, gratia spũs ipsi⁹ copiose ditati, & ut tu ais, liberi, mũdi, iusti, & pingues, ac beati in Christo, eidẽq; insiti, regnum quoq; dei intra se habentes, nihilominus de eis traditum ẽ, q̄ oĩes ꝑseuerantes in doctrina Apl̃oꝝ & cõicatione fractionis panis, & oratiõib⁹. An (te q̃so) nihil eis ꝓfuerũt hæc oĩa, q̄ uidelicet antea spũ pleni fuissent. Sed hoc ideo dicis, q̄ fidẽ solã sufficere ꝑsuades Iohan. 20 Acto. 2 Acto. 2 Fides nihil ꝓdest schismaticis

 tibi

tibi. Ego cõtra ꝓfiteor, neq; tuã fidẽ, nec alterius cuiusq̃ esse uerã aut efficacem, q̃diu dissenseritis ab ecclesia catholica. Quã rem ne citra ꝓbationẽ aliquã, ut tu sæpissime facis, nudis uerbis asserã, sic August. ca. 4. lib. cõtra Petiliani epl'm testat, dicẽs: Quicunq; credunt quidẽ, q Chrũs Iesus ita (ut dictũ est) in carne uenerit, & in eadẽ carne, in qua nat⁹ & passus est, resurrexerit: & ipse sit filius dei, deus apud deũ, & cũ patre unũ, & incõmutabile uerbũ patris, per quod facta sunt om̃ia: sed tñ ab eius corpe, qđ est ecclesia, ita dissentiunt, ut eorꝝ cõmunio, nõ sit cũ toto, quacunq; diffundit: sed in aliqua parte separata inueniat: manifestũ est eos non esse in catholica ecclesia, extra quam certe nulla salus est hominibus, quod & idem alias creberrime confirmat.

Extra ecclesiam non ex salus

F OECO. Sed quia nemo uidit deũ unq̃, & agit in cœlo Chrũs corpore, cui quod retribuamus, habem⁹ nihil, ne liberati semel, ingrati sint, ulterius deo seruire in proximo, & in utilitatem omnem suam uitam instituere debent.

ROF. Sibi ergo nemo ꝓspicere debet, aut suæ saluti cõsulere, sed proximo solũ. Q; si uerꝝ sit, frustra Chrũs nos docuit saluti nostræ cõsulere, quũ dixit: Quid ꝓdest homini, si mundũ uniuersum lucret, animæ uero suæ detrimentũ patiat? Aut quã cõmutationẽ dabit homo ꝑ anima sua. Porrò q̊d dicis, agere Chrm̃ in cœlo corpore, palàm inde fateris, eũ in nobis haudquaq̃ esse corpaliter, id quod plane ueterꝝ omniũ, ut ante uidimus, cõsensui reluctat. Qđ ꝑterea subdis, nos nihil habere, q̊d Chrõ patriq; suo retribuamus, id in primis ꝓbabile reddit, datũ esse nobis à Chrõ sacrificiũ, q̊d patri om̃ipotenti offeramus, ab omni labe purꝝ, sanctũq; & acceptatissimũ deo sacræq; tryadi. Qđ certe nõ ẽ aliud, q̃ Chri corp⁹ in eucharistia.

Matth. 16
Mar. 8
Lucæ. 9

G OECO. Proinde credentibus & confessio in ꝓbationem fidei, ac usum proximi necessaria ad salutem, cuius confessionis pars eximia est communicatio, quæ ad alendam charitatem instituta, & ob hoc σύναξις dicta.

Rom. 10 ROF. Primũ, si ad salutẽ necessaria sit oris confessio, nunquid nõ ad salutẽ illi necessaria erit, cui & cordis fides ad iustitiã cõferebat? At certũ est fidem cordis, ei potissimũ cõtulisse iusticiã, q credidit. Quãobrẽ & oris confessio salutẽ etiã ꝑcipue lucrat ei, qui cõfitet. Quocirca non ꝓpter proximũ solũ, aut fides, aut cõfessio fidei

dei exigit. Deinde planè stolidū est quod dicis, cōicationē, partem esse cōfessiōis eximiā, qñ quidē is qui cōicat, plerunq; nec uerbum ore pferat. Quāobrē & quū Paulus dixit: Ore cōfessio fit ad salutem, de ptestatōe fidei, & de cōfitēdo Chri nomine, planè uoluit intelligi. Cæterū, ppterea σύναξις eucharistia dicta est, q ea ueram pstat & efficit cōionem capitis ac membrorū, atq; eam quidē corporalem: nimirū ut mēbra simus ex carne, & ex ossibus Chri. Quæ sane multis numeris pstātior ē & excellentior, q̄ ea, qualē tu cōmiſceris, ex meris symbolis, quæ nullā habent efficaciam. Rom. 10 Ephe. 5. H

OECO. Vt quum nobis conscij simus, nos frēs & mēbra eē in Chro, eam fidē, & contestemur obsequijs, & ptestatiōibus externis, quæ ritus huius, mea sententia, causæ potissimæ sunt.

ROF. Tua. s. sententia: infęlicissime pfecto cū ecclesia foret actū, si talis apostatæ sniam, & eandē tāti & tam eximij boni submotricē, admitteremus. Nā qui Chrm ab hoc sacro conat auferre, pinde facit, ut qdā ait, atq; si solē ab orbe moliret eximere. Cæterū, si conscij reddimur ex esu panis tui, & ex ea cōione, qua tibi nihil aliud q̄ panē accipimus, nos frēs & mēbra esse in Chro, quāto soli dius id nobis innotescet, ubi uere crediderimus nosipsos nō merū panē, ut tu pniciosissime doces, sed uere carnis & sanguinis Chri cibū sumpsisse. Nō est dubiū quin q istud toto pectore credūt, intelligēt sese lōge firmiorib⁹ nexib⁹, & uinculis arctioribus esse colli(gatos.

OECO. Nam gratiarū actionis plerisq; maior, & in alijs horis offertur opportunitas. I

ROFF. At id negocij potissimū huic mysterio delegatū est. Propter quod & ueteres, alij bonam grām, alij grarū actionē, nonnulli gratitudinē, hoc mysteriū appellat, nimirū ideo, q dum hoc sacrificium offert, nos & quantam à deo gratiæ dignationem acceperimus, & quantum uicissim ei nostræ gratitudinis debitum fuerit, agnoscere debeamus. Eucharistia uatie appellatur.

OECO. Et q̄d Tertullianus libro de pœnitētia refert, nō ideo ablui, ut delinquere desinamus, sed quia iam desinimus, & qm̄ iam corde loti sumus, ita & nos dicimus, nō frequentare nos cæremonias illas, ut pasci incipiamus, sed ut pastos & pasci nos declarem⁹, & ut docuimus, cibo dñico, hoc est dum cibū dñicū sumimus, operante in nobis spiritu sancto, uerbum carnem sumimus. K

ROF. Ita uos puersores, qui tam scripturas q̃ patrum sentẽtias puertere nitimini, docere, certissimũ est. Sed infęliciter illi desipiũt qui uestris dogmatibus aurẽ præbent, si fidem etiã adhibeãt. Nã facile quiuis uel seipso deprehendet non ob id cibum fuisse institutũ ut testaremur nos ante fuisse pastos. Caret enim om̃i ratione, quod dicitis. Atq; interim infœlices auditores, ex illo dogmate uestro, fraudant̃ esu corporali, cibi illius incomparabilis, nempe carnis & sanguinis in eucharistia, neq; uestra opiniõe, uerius in illo cibo dominico carne Christi uescunt̃, q̃ ueteres in manna, Christi carnem edebant. Cæterũ ecclesiæ fides est, ueram Christi carnẽ, uerumq; sanguinẽ contineri, quæ & constãter asserit ab edentibus & bibẽtib' accipi corporaliter: sic enim & ipsa pridem ab amãtissimo sponso suo Christo fuerat edocta, qui dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum: Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Quare quicquid uos dixeritis, & maxime citra legitimam probationem, nemini Christiano recipiendum est.

Ecclesia credit uerũ corpus Christi in eucharistia

Mat. 26
Mar. 14.
Lucæ. 22

¶ Ex eo q̃d in scripturis Christo spiritaliter pascimur, inepte colligit, Christũ in eucharistia non esse. Ca. XXXV.

OECO.



AT q̃d propterea Chr̃us nõ sit in pane, etiã aliis exẽplis discere potes, uerbo p̃dicantes credito, & in utrũ mentis traiecto, fidelis carnem Christi manducare dicit̃.

ROFFEN.

Discrimẽ duplicis manducationis

¶ Sed plurimũ interest inter has duas mãducatiões, nimirũ eam, qua fide sola mãducam', & eã qua corpaliter in eucharistia uerã Chr̃i carnẽ edim'. Nam illa parũ discrepat à mãducatione, qua patres dum ederẽt mãna, Christi carnẽ comederũt: omnes eñ (ut ait Paulus) eandẽ escã spiritualẽ comedebãt, & oẽs eũdem potũ spiritualẽ bibebãt. At hi certe Chr̃i carnẽ corpaliter nõ edebant. q̃nquidem, nõ erat in mãna corpus Christi, q̃d ederent. Nos aũt qui pie mãducamus eucharistiã, carnẽ Christi corpaliter edidimus, quę uere in eucharistia cõtinet̃. Quare multũ interest inter nostram qui Christũ in eucharistia realiter edimus, & illorũ mãducationem, qui manna manducantes, Christum spiritualiter solum comederunt. Simili modo manducationis utunt̃ & hi, qui spectatores dũtaxat sacrificij sunt, & credunt ibi ueram carnem adesse, non autem corpaliter sumunt. Nam hi spũaliter solum edunt, sicut & qui mãna mãducabãt, credẽtes eam huius cibi figuram esse

Exo. 16.
1. Corũ. 10.

Manducatio spiritualis.

Oeco.

B

OECO. Non tamen iccirco in labijs uel in sono prædicantis inhabitat, caro pprie, nisi forte quod de Periclis dicebatur suadela quam πειθω uocant, in labijs eius sedeat.

Libro tertio, capi. 16. D

ROF. Nos neutiq̃ labijs prædicantis insidere Chr̃m corpaliter dicimus, tametsi nihil phibeat ipsius cõcionantis uerbo, Chr̃m auditorib⁹ spiritualiter insinuari. Quamobrẽ haud multũ ab initio libri, tu uerbum Chr̃i, uiuificatricem cibum nuncupasti, uerbũ inquiebas eius, uiuificãs cibus ẽ. Et pfecto qui uera fide suscipiunt Christi uerbũ, ipso Christo pascunt spiritualiter.

C

OECO. Item in scripturis discentes Chr̃m, carnem eius manducamus, & tamen nemo dixerit in chartis uel characteribus insidentem, aut si dices, improprie dices.

Supra eo. A.

ROF. Eodem certe modo quo patres (ut diximus) ederũt Christi carnem, quã in manna p̃figuratã crediderunt, ita & uerbo Chr̃i credẽtes, aut scripturas cum fide legentes, Chr̃m spũaliter edunt. Veruntamẽ aliud edendi genus est, quum eodem Chr̃o corpaliter in eucharistia uescimur.

D

OECO. Et ne etiã hæc mea dicat fictio. Hierony. sup ecclia̅ste ita dicit: Caro dñi uer⁹ cibus ẽ, & sanguis ei⁹ uer⁹ potus ẽ, hoc solũ habem⁹ in pñti seculo bonũ, si uescamur carne ei⁹, cruoreq; potemur, nõ solũ in mysterio, sed etiã in scripturaꝝ lectiõe, uer⁹ eñ cibus ẽ & pot⁹, qui ex uerbo dei sumit scientia scripturaꝝ.

Hieronymus: Iohan. 6

ROF. Paulo significãtius Hieronymus id extulit, ita dicens: Porrò quia caro dñi uer⁹ est cibus, & sanguis ei⁹ uerus ẽ pot⁹, iuxta ἀναγογὴν, hoc solum habemus in pñti seculo bonum, si uescamur carne eius cruoreq; potemur, non solum in mysterio, sed etiam in scripturaꝝ lectione. Ex quibus Hieronymi uerbis, hoc primũ deprehendere possumus, quid per esum carnis, & potum sanguinis in mysterio Hieronymus intellexit, hoc ipsum certe, quòd si dixisset in sacramẽto, uel in cibo dominico, siue in eucharistia, carnem Christi sumi, quemadmodum & ex Hilario supra didicimus. Intelligimus insup uerã eẽ Chr̃i carnẽ, & ueꝝ eius cruorẽ in eucharistia iuxta ueꝝ sensum literalẽ, quanq̃ iuxta sensum anagogicũ etiã caro & sanguis Chr̃i comedant spũaliter in lectione scripturaꝝ. Propter q̃d & Hieronymus dixit: Ver⁹ cib⁹ & pot⁹ qui ex uerbo dei sumit, est scientia scripturaꝝ, nõ dixit ẽ Chr̃us, quanq̃ ex eis haud dubie

Oecolampadius truncat textum

bie reluceat nobis Chrus, qui nos etiã in eis reficit spũaliter. Sed tu more tuo uoces has duas, iuxta anagogen, expunxisti.

E OECO. Et ne hęc cõtẽptibiliora sint, q̃ uis apud multos uerbũ dei nõ possum nõ ingemiscere tã contẽni, & ad solũ fermè pruritũ auriũ ꝓferre, addiderim, Chri carnem uerius sumere, nõnullos uel audiẽdo uerbũ, uel legẽdo scripturas, q̃ participãdo mysterijs, qualia hodie sunt secula, & scio me non mentiri.

Christus e scripturis sumit.

ROF. Si dixisses, plerosq; maiorẽ è scripturis animi cõsolationem, q̃ ex esu sacri sumere, nõ ualde reluctarer, qñ quidẽ scripturæ uehemẽtius lectoris fidem excitãt, q̃ plerumq; soleat edentẽ, esus eucharistiæ mouere. Sed & de spũali manducatõe si loquaris, concederem aliquos ardentiori spũs deuotõe, Chrm è scripturis edere, q̃ è sacramẽto. Cæterum si de ueritate carnis Chri contendas, hic & cõfidẽter asserim9, ꝙ nihilo uerius in scripturis ẽ uera caro Chri, q̃ in agno paschali fuerat, aut in manna. Tantum eñ spũaliter pascit in utrisq;. Cæterum in eucharistia, quum sit corpaliter p̃sens, edentes etiam pascit corporaliter.

¶ Falsarius in Origene citato deprehendit, sicut & prime superius in Hieronymo. Ca. XXXVI.

OECO. A



Rigenes quoq; sup Leuit. Homil. 13. quũ dixisset panẽ mysticũ in loco mũdo .i. aĩa nõ cõtaminata mãducandũ, uocassetq; sancta sanctorum, exponẽdo cibũ istũ sanctum, nõ esse cõionẽ oĩm, nec cuiusquã indigni, sed sanctorum, id multo magis uerbo attribuendũ censuit subdens.

ROF. Et hic planè te falsarium dep̃hendet quisquis attentius Origenẽ legerit. Neq; eñ ibi uerbũ dei cũ eucharistia cõfert Origenes, sed cũ panibus ꝓpositõis. Quæ res (ut dilucidius intelligat) integra Origenis uerba subijciã. Sic enim enarrans Origenes illud

Leuit. 24. Origenes

Leuitici de panibus ꝓpositõis, quos Moyses iure ꝑpetuo deputauit edendos, ab Aaron & filijs eius in loco sancto: quia sanctũ sanctorum est. Locus sanctus ẽ anima pura, in quo loco, nobis edere mãdatur cibum uerbi dei. Neq; eñ conuenit, ut sancta uerba, anima non sancta suscipiat: sed quum purificauerit se ab omni inquinamento carnis & morum, tunc locus sanctus effecta, capiat panem illum qui de cœlo descẽdit. Nõne melius sic intelligit loc9 sanctus q̃ si putemus structurã lapidũ sensibilium locum sanctũ nominari?

Hacte

Hactenus Origenes panes ꝑpositōis, mystice dei uerbū interp̄tatus est, qđ ab aia sumi debet, tanq̄ in loco sancto reponendū. Nūc aūt priusq̄ ad explicationē ei9, accedat ꝙ dicti sint hi panes sanctū uel sancta sanctoꝵ, interponit aliā interp̄tationē de pane sacrario hoc ē de mysterio mensæ dñicę. Vñ (inquit) simili mō etiā tibi lex ista ꝑponit, ut quum acceperis panē mysticū in loco mundo, manduces eum, hoc est, ne in anima cōtaminata & peccatis polluta, dominici corpis sacramēta pcipias. Quicunq; eñ manducauerit (inquit) panem, & biberit calicem dñi indigne, reus erit corpis & sanguinis dñi. Probet aūt se unusquisq;, & tunc de pane manducet, & de calice bibat, Et hoc totum Origenes ibidē. In quibus uerbis palàm est eum dixisse, sacramēta dñici corpis, in anima incontaminata, pcipi debere, simili modo, quo de panibus ꝑpositōis ante dixit. Sed iam hac declaratiōe facta, redit ad priora uerba, quæ suscepit enarranda. Nam quæ proxime recensuit, erant Pauli. Sed ea quæ iam sequunt, sunt ipsius Moyseos de panibus propositiōis dicta. Et hoc obserua lector, nam in textu sequitur: Sancta enim sanctorum sunt. Et subdit Origenes: Vides quomodo non dixit sancta tantummodo: sed sancta sanctorum, ut si diceret: Cibus iste sanctus non est cōmunis omniū, neq; cuiuscunq; indigni: sed sanctoꝵ est, quanto magis, hoc & de uerbo dei recte meritoq; dicemus: hic sermo non est omniū, nec cuiuscunq;, sed sanctoꝵ est. Hæc Origenes: Ecce iam aduertis lector, ꝙ nō cum eucharistia cōfert Origenes uerbū dei, queādmodum iste sycophanta mentit: sed cum panibus ꝑpositōis. Et sanè dei uerbum rectius dixeris, cibū sanctoꝵ esse, q̄ panes propositōis, nō tamē q̄ eucharistiam, in qua sanctissima caro Christi, Christusq; ipse totus corporaliter continet, sicut & idem Origenes alibi testatur.

Panis propositionis, significat uerbum dei

j. Corin. ij.

j. Cor. ij.

Leuit. 24.

Origenes

Verbum Dei confert Origenes cū panibus propositionis

OECO. Quanto magis hoc de uerbo dei, recte meritoq; dicemus: hic sermo non est oim, nec cuiuscūq; sed sanctornm, &c̄. B

ROF. Non istud, ô falsarie, dixit Origenes conferēs dei uerbum cū pane mystico, sed cum panibus propositōis, quos & Moyses, iuxta lectionem Origenis, uocauit sancta sanctoꝵ, id quod lectori cuiuis, non oscitanter inspectanti, compertum erit.

¶ In citando quoque Augustino falsarius ostenditur. Cap. XXXVII.

Quocirca

OECOL. A



Vo circa diuus Augustinus prudẽter monebat, nõ minus peccare negligẽter audientem uerbum dei, q̃ corpus dñi manducantem indigne, proinde non minorem uerbi q̃ eucharistiæ habendam rationem.

ROF. Et hic similiter te falsariũ & mendacem ꝓbes, nusquàm em̃ dixit Augustinus, eum nõ minus peccare, qui negligẽter audit uerbum dei, q̃ qui corpus dñi manducat indigne. Sed neq; uerum est, si quis hoc dixisset. Nam irripere facile potest in unũquemlibet audiendi uerbi dei negligẽtia. Neq; ꝑpterea mortis Chr̃i reus habendus est. At quisquis indigne manducat (uti Paulus testat̃) reus erit corporis & sanguinis dñi, damnationemq; sibiipsi manducat, non diiudicans corpus dñi. Sed & compertissimũ habeo, si dixisset hoc ipsum Augustinus, huc citasses ipsius uerba. Cæterũ in sermone quodam sic plebem desidem & negligentẽ alloquitur, dicens: Quanta solicitudine obseruam⁹ qñ nobis corpus Christi ministrat̃ ut nihil ex ipso de manibus nostris in terrã cadat, tãta sollicitudine obseruemus, ne uerbũ dei quod nobis erogat̃, dum aliud, aut cogitamus aut loquimur, de corde nostro pereat. Quia nõ minus reus erit, qui uerbũ dei negligenter audierit, q̃ ille qui corpus Christi in terrã cadere neglig̃etia sua permiserit: hic nihil de indigna manducatione corporis Christi loquit̃ Augustinus: sed de negligẽtia nostra, quum forte per incuriã è manibus nostris in terrã ruere ꝑmittimus. Et hic aduerte lector, ꝙ eucharistiam Augustinus, audiẽte pplo, uocat corpus dñi, id q̊d passim facit, neq; istud certe faceret, audiẽte populo, si nihil ibi præter panem esse crederet.

I.Corĩ.ĩĩ

Vide in decr. .ĩ.quæst.ĩ.ca. iterrogo uos fratres

Negligentia audiendi uerbum dei reprehenditur

B OECO. At si cõstaret opinio de impanatõe, innumeris modis plus delicti haberet panẽ polluẽs, ut Malachiæ uerbo utar, q̃ uerbum dei ex ore meo contẽnẽs, quanto scilicet sonus oris mei organum uilius ipso pane carne Christi nobilitato.

ROF. Ecclesia catholica talẽ opinionẽ hauquaq̃ admisit, imò cõdemnauit, atq; id quidẽ in aliquot cõciliis spiritu sancto congregatis. Lutherani certe, quanq̃ & panem in eucharistia manere cõtendant, fatentur tamen ibi uerum Christi corpus esse, in qua re multo propius ad ueritatem accedunt, q̃ ipse, tuiq; sectatores, qui prorsus ibi negatis esse corporis ueritatem. Cæterũ de pollutõe, & indigna sumptõe corꝑis huius, nihil in priori cõparatiõe meminit

Vide.4.sentẽtiarũ, distinct. ĩĩ.& in decretis, de consec. distincti. ĩ.& doctores. ibi.

Lutherani tenent corpus Christi in eucharistia

Augu

Augustinus, sed de negligentia, qua sinitur in terram è manibus nostris, quando ministratur, decidere.

OECO. Cæteꝝ infarciri carne Christi uel rigare sanguine ter renum corpus nostrum uere absurdum est dicere. C

ROF. Tibi sit absurdũ, qui puersissimi dogmatis authorẽ te p̃stas. Nobis autẽ absurdũ nõ est, neq; patribus olim nr̃is, ut terrenũ & uile corp' nr̃m, carne Chr̃i repleat, & riget sanguine, ueꝝ nõ ita (qđ & nõ semel ante monuimus) ut more cuiuslibet alterius cibi digerat. & conuertat in carnẽ nr̃am, sed magis, ut nos (uti Chryso stomus ait) re ipsa in carnem illam conuertamur. Supra eodẽ lib. ca. 30. H.

OECOL. At uerbum cum spiritu suo uiuificare animam ui cturam necessario fatemur. D

ROF. Idẽ & nr̃i p̃res asseruerũt, sed & affirmarũt p̃terea carnẽ illã Chr̃i uiuificatricẽ, sua p̃ntia, uim carni nr̃æ talẽ infundere, qua & ip̃a uitã pariter immortalem aliquando uictura sit. Christi caro uiuificat

OECO. Et quia animas pias uerbum occupat, quod suã carnẽ nunq̃ reliquit, consectaneũ, ut & carnis Chr̃i domicilium quodã modo simus, cuius in nobis est uerbum, per uerbum em̃ credentes, naturam carnis eius adepti sumus, & per hoc naturaliter, secundũ carnem per Christum uiuimus. E

ROF. Quõ (te quæso) fiet, ut anima mea domiciliũ sit eius carnis, quæ nusquàm alibi tua sn̄ia credit esse, q̃ in cœlo. Istud p̃fectò mihi creditu longe difficilius est, q̃ quòd operante spiritu sancto, Christi caro sub specie panis præsens fiat animæ meæ. Istu dutiq; nullam contradictionem implicat, atq illud, apertissimã, nimirum ut nusquàm alibi sit caro Christi, q̃ in cœlo, & tamẽ in anima mea sit. Sed dicis quodammodo: Ego te paucis breuiter p̃contor. An uere caro Christi sit in anima? Si dixeris uere ibi esse, iam aptissima contradictio est, quum iam pridẽ asseruisti carnem ipsam esse nusquàm alibi q̃ in cœlo. Sin dixeris ibi non uere esse, iam falso colligis nos ueram Christi carnem adeptos esse, & per eius carnem nos uiuere naturaliter.

OECO. Vnde sicut caro Christi resurrexit, & in puluere detineri non potuit, ita & nos uiuificati per Christũ excitabimur, adq; gloriam immortalitatis resurgemus. F

ROF. Hic argumẽtatio tua claudicat. Neq; em̃ uis intelligere, quib'

[...]atio manducandi carnem [C]hristi

quibus rationibus & scripturis, adacti sint patres, ut dixerint, oportere nos ipsa carne Chri uesci. Compertũ eñ habuerunt resurrectionem nostram, nequaq̃ in anima sola: uerumetiam in corpore pimplendam esse. Quamobrem, ut in mente p gratiam inchoatur futuræ gloriæ uita, qua perpetuo uiuet anima, ita & per uires quasdam ex esu carnis Christi conceptas inchoatur, etiam in nobis uitę cuiusdam immortalitas, qua & nostra caro ppetuo uictura est & fruitura uoluptate, nunquàm finienda. Hanc ueritatem, Irenæus, Chrysostomus, Cyrillus, Cyprianus, Hilarius, ac cæteri, concordia summa testantur.

G OECO. Atq; hæc docẽt externa sacra, quæ accipimus, & haurimus. Nam illis cõtestamur, fide hoc nos agere & obtinere in anima, qđ manducatio pręsignat externa, quæ mens est Hilarij.

ROF. Quę sit mens Hilarij, satis (opinor) liquet ex his, quę iam disseruimus. Docet eñ nullum ambigendi locum, de ueritate carnis & sanguis in sacro relictum esse, quandoqdem & ipsius dñi pfessione, & fide nr̃a, caro & sanguis Chri à nobis accepta, & hausta id efficiunt, ut et nos in Chro & Chrs in nobis sit. Ecce quod dicit: Caro & sanguis Christi à nobis accepta, & hausta id efficiũt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Nam & in ipsis panis & uini sacramentis accipimus & haurimus ueram carnẽ & sanguinem Christi, quemadmodum & ipse Christus suis uerbis pfessus est. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in eo. Et rursum: Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Item: Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Quas utiq; scripturas Hilarins ipse citat, ut doceat nullum esse relictum ambigendi locum.

Iohan. 6 Matth. 26 Marci. 14 Lucæ. 22

¶ Epilogum breuem prolixe prioris argumentatõis, inducit, quum nihil horum hactenus probauerit. Cap. XXXVIII.

OECO. A



Taq; dum hinc inde rem expendimus, & quid pres senserint, satis clarũ nullã apparere causam, q̃re uł añ mãducationẽ, uel in mãducatõe assit corp⁹ hoc mõ (ut aiũt) in pane, p quã sapiam bonitatẽq; dei iure prædicemus.

ROF. Nostrã cantilenæ partẽ iam canis. Ad nos eñ spectat, paucis mutatis uerbis, ita colligere, Nos utiq; dũ hinc inde rẽ expẽdim⁹.

dimus,& quid patres senserint,& quibus ipse fucis,atq; mendacijs eorũ dogmata studueris deprauare,cunctis clarissimũ esse nihil dubitamus,tam ante mãducationẽ,q̃ in ipsa manducatiõe,uerum esse corpus,uerumq́; sanguinem Christi,non quidem in pane & uino, sed sub panis ac uini specie. Transmutari eñ credimus panem in carnem, & uinum in sanguinem inuisibiliter operante spiritu sancto,quẽadmodum ex concordi patrum consensu monstrauimus: nimirũ,ut hoc tam eximio cibo pasti,uere conuertamur in ueritatẽ carnis Christi,Christumq́; ipsum naturaliter & corporaliter in nobis existentem, iuxta suæ carnis naturã possideamus: ob quod incomparabile donum,potentia,sapientia,bonitasq́; dei semper à nobis iure laudari prædicariq́; merentur.

OECO. Tametsi fatear,qd̃ si tale qddã faceret, nõ absq; sapia ac bonitate faceret,utcunq; nobis stultũ ac durum uideret. B

ROF. Recte,pfecto fateris,nam utcũq; nobis stultũ ac durũ uideat,quia tñ ipse dixit: Hoc ẽ corpus meũ,hic ẽ sanguis meus,eius assertiõi etiã cõtra sensum et rõnem,fidẽ,ut Chrysostomus admonet,adhibere consentaneũ est. Certũ eñ est,nec potẽtiam ei defuisse,qua p̃staret hoc ipsum,quod dixit: nec spiam,qua tam citra suam iniuriam,q̃ horrorẽ nrm,idẽ faceret, nec bonitatẽ deniq;, qua nobis tñ impartiret bonum. Nam ita prorsus ei cõplacitum est, ut nos in ipso,et ipse uicissim in nobis sit naturaliter. Mat.26 Mar.14. Luc.22

OECO. Multa igit hæc absurda,quę cõmemorauim⁹ sola sufficerent,ut excluso tropo inusitato,familiarẽ scripturæ tropũ agnoscere debeamus,dicentes,corpus, figuram corporis. C

ROF. Ego certe nihil hactenus tam absurdum audiui, qd̃ ad infallibilẽ ecclesiæ doctrinã,sequit,q̃ quod subnascit ex hæresi tua quemadmodum paulo superius ostendimus. Fateris eñ credentes per uerbum adeptos esse naturam carnis Christi,et per hoc naturaliter secundum carnem,per Christum uiuere. Sũt eñ hæc tua ipsius uerba,per uerbum enim credentes, naturam carnis eius adepti sumus,et per hoc naturaliter secundum carnem, per Chrm uiuimus. Hic non intelligis(opinor)per naturam carnis Christi,carnẽ illam,quæ cunctis hominibus communis est. Nam istã antequàm crederẽt,habuerũt,neq; p fidẽ assequunt hanc carnẽ. Quare non cõem carnẽ intelligis;sed peculiarem illam,quæ iuncta est animæ

Christi. Si uerum est igit, q hanc carnem per uerbum & fidem sic adepti simus, ut iuxta carnē, per Christum naturaliter uiuamus, quando præterea, tibi, quoq; uerū est, q nusquàm alibi caro Christi sit, q̄ in cœlo, quomō nō erit apertissima contradictio? Deinde meam conscientiam ingenue detego. Multo mihi difficilius ad cōcipiendum, & absurdius uidet, q caro Christi nusquàm alibi q̄ in cœlo sit, & tamen, qui Christo credit, carnem eius per fidem adipiscitur, & naturaliter secundum carnē, per Christū uiuit. Hæc mihi planè uident incompossibilia. Postremo, si Christo placuit, ut suæ carnis naturam in nobis haberemus, & q naturaliter secūdum carnem per eum uiueremus, ut tu iam affirmas, qua ratiōe potuit istud pstare commodius, ut sub specie panis, ueram eius carnē ederem'. Atq; hoc, quū neq; potētiæ, neq; sapientiæ, neq; bonitati dei quicquàm derogat (ut sæpe diximus) non uideo, cur quisquàm se pbere debeat, huic negocio difficilem ad credendum.

FINIS QVARTI LIBRI.

PROOEMIVM QVINTI LIBRI ROFFENSIS CONTRA Oecolampadium, de ueritate corporis & sanguinis Christi in eucharistiæ sacramento, in quo sextum caput Iohannis ostenditur ad esum corporalem carnis & sanguinis Christi in eucharistia spectare.

A



Vandoquidem scripturis rem se iam aggressurum, Oecolāpadius pollicet, afferamus & nos quoq; scripturas aliqt, quib' nrm institutū solide cōprobemus & exordiamur primū à sexto capite Iohannis, Nam istud illi mordic' negāt ad eucharistiā ptinere. Quãobrem is error nobis hoc principio cōuellēdus ē. Mōstrare igit caput sextū Iohānis ad eucharistiæ sacrm ptinere, tripharia conabimur.

¶ Primo.

¶ Ex unanimi patrum consensu, qui sic interpretantur.

Secundo

¶ Secundo.

¶ Ex necessitate corporalis esus, præter fidem.

¶ Tertio.

¶ Ex ipsius Christi uerbis, & scripturarum circumstantiis.

¶ Prima probatio.

¶ Inter patres autem, à Chrysostomo sumemus initium, q̄ is apertius distinguit, quæ uerba, capitis illius peculiariter spectāt ad sacramētum istud. Nam ubi tractat ea Christi uerba: Ego sum panis uitæ, subdit: Iam in mysterioꝝ traditionem deuenturus est, & primū de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis uitæ. Neq; enī de corpore hoc dictum est, de quo, circa finē inquit: Panis quem ego dabo, caro mea est. Sed adhuc de diuinitate. Etenī illa, propter deum uerbū panis ē, queādmodū hic panis, propter aduenietē ei spm̄, panis cœlestis efficit. Ecce lector, q̄ apte discrimiat Chryso. iter ea uerba Chri, q̄ ad diuinitatē Chri, & ea quæ ad corpus eius, ut sub mysteriis uelat, spectare dicit. Sermonē itaq; de mysteriis inchoari docet, ad hæc uerba: Panis quē ego dabo, caro mea est, & istud (quæso) m moriæ diligēter commēda, propter ea, quæ mox dicturi sumus. Ab his ergo uerbis, panem quē ego dabo, & c. atq; deinceps, ad finē usq; capitis, sermonē suum Chrus contexit pro sacro. Sed & iterum paulo post ubi sup his eisdem uerbis disserit, ea uocat mysterioꝝ uerba, hoc est uerba ad sacrm eucharistiæ pertinentia. Q. si quis (inquit) pcontaret, cur mysterioꝝ sermonē Chrus adduxerit, respondebimus, q̄ hoꝝ hic maxime tēpus erat. Et profecto, si legeris Chrysostomū ab hinc ad finē eius capitis, comperies eū ubiq; de sacramento, uerba Christi declarare. Cyrillus itē hoc sextum caput in eandē partem accipit: nempe pro mysteriis eucharistiæ, quam & ipse uocat benedictionē mysticam. Enarrans itaq; sermonē Christi dicentis: Nisi manducaueritis carnē filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, ita subdit: Et quomodo quidē carnē suam dabit ad manducandum, non docet, quia intelligere illi nō potuerūt. Q. magna uero bona, si cū fide mādūcabunt, adipiscent, iteꝝ atq; iteꝝ aperit, ut æternæ desyderio uitæ ad fidē compellant, p quam etiam doceri facilius poterint. Sic enī Esaias dixit: Si enī (inquit) nō credideritis, nō intelligetis. Oportebat igit fidei primū radices in animo iacere. Deinde, illa

Chrysoston. Iohan.6

Iohan.6.

Cyrillus.

Iohan.6

Esa.7

quærere quæ homini quærenda sunt. Illi uero anteq̃ crederent, im portune quærebant. Hac igit de causa dominus, quomodo id fieri possit, non enodauit, sed fide quærendum hortat. Sic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicens: Accipite & manducate,
Mat. 26 hoc est corpus meum: Calicẽ etiam similiter circũtulit, dicẽs: Bibi
Mar. 14. te ex hoc omnes, hic est calix sanguinis mei, qui pro multis effunde
Lucæ. 22 tur in remissionem peccatorum. Perspicis quia sine fide quærẽtibus mysterij nodum nequaq̃ explanauit. Credentibus aũt, etiam non quærentibus exposuit. Hæc Cyrillus. Vbi ne quis mysterij uo cabulum cauillet, palàm recensuit ipsa mysterij uerba, simul & do cet mysterij modum, Aplis, qui crediderunt fuisse ꝓditũ. Caper naitis uero, qui credere noluerũt, cęlatũ fuisse. Sed & cõtinuo sub dit. Audiant hæc, qui ex arrogãtia nondũ Chri fidẽ suscipere uo
Iohan. 6 lunt: Nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius san guinem, non habebitis uitam in uobis. Non em̃ possunt cũ sancti ficatõe beatę uitæ fieri participes, qui p mysticam benedictionem Iesum nõ acceperũt. Hactenus ille, cuius sentẽtia, palàm ẽ illud. 6.
Cyprianus cap. ad eucharistiã spectare. Cyprianus insup hoc ipm confirmat, ita scribens in orationẽ dominicã. Christus noster qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc aũt panẽ dari nobis quotidie postu lamus, ne qui in Christo sumus & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedẽte aliquo grauiore delicto, dum abstẽ ti & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi
Iohan. 6 corpore separemur, ipso prædicante & monente: Ego sum panis uitæ qui de cœlo descẽdi. Si quis ederit de hoc pane, uiuet in æter num. Panẽ autem quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Quando ergo dicit, in æternũ uiuere, si quis ederit de eius pane, ut manifestũ est eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & eucharistiã iure cõicationis accipiũt, ita cõtra timendũ ẽ & orandũ, nedum q abstentus separat à Christi corpore, procul remaneat à salute, cõ
Iohan. 6 municante ipso & dicente: Nisi ederitis carnem filij hominis & bi beritis sanguinẽ eius non habebitis uitam in uobis. Et ideo panem
Mat. 6. nostrum. i. Chrm dari nobis quotidie petimus, ut qui in Chro ma nemus & uiuimus à sanctificatõe et corpore eius non recedamus Liquet igitur & hunc sensisse, caput illud ad hoc sacrm attinere. Nec istud etiã tacuit Origenes Homilia septima super Numeros.

Quæ

Quæ prius (inquit) in ænigmate designabant, nunc in specie & ueritate complentur. Mox exempla subijcit: Antea in ænigmate fuit baptismus in nube & in mari, nunc autem in specie regeneratio est in aqua & in spiritu sancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in specie, caro uerbi dei, est uerus cibus, sicut ipse dicit Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Hæc Origenes: Vbi perspicis lector eum hæc uerba, quę ex capite sexto Iohannis, desumunt̄ p̄ eucharistia citare. Sed & illud aduertis, q̄ ante Iudæis, manna cibus fuerat in ænigmate: nunc aūt nobis in specie & ueritate carnem uerbi dei, uerū cibum esse. Consentit his Hilarius in octauo libro de trinitate, sic scribens: Non ē humano aut seculi sensu in dei rebus loquendū, neq; per uiolentā atq; impudentē p̄dicationē, cœlestiū dictorū sanitati, alienæ aliquot impiæ intelligētiæ, extorquenda peruersitas ē. Quæ scripta sunt, legamus: & quæ legerimus, intelligamus: & tunc pfectæ fidei fungemur officio. De naturali em̄ Christi in nobis ueritate, quæ discimus, nisi ab eo discimus, stulte atq; impie discimus. Ipse em̄ ait: Caro mea uere est esca & sanguis meus uere est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meū, in me manet, & ego in eo. De ueritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus: nunc em̄ & ipsius domini pfessione, & fide nostra uere caro est, & uere sanguis est. Et hæc accepta atq; hausta, id efficiunt, ut & nos in Christo, & Chr̄us in nobis sit. Ecce & ipse uerba Christi. 6. cap. Io. tradita: nimirum hæc: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus: & qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hæc (inquam) intelligēda esse docet de eucharistię sacramēto.

Origenes
Supra in prologo quarti libri, K
Exod. 13.
Iohan. 3
Exo. 16
Iohan. 6
B
Hilarius
Iohan. 6

¶ Augustinus pfectò tot locis huic negotio subscribit, ut nesciam, quē illorū præferā ceteris, & nimisq̄ plixum fuerit oēs in mediū afferre: lege contra Cresconiū lib. primo, cap 25. Item libro primo de peccatorū meritis & remissione capi. 20. & 24. tam aperte docet huius sexti capitis uerba pro sacramento eucharistiæ debere ītelligi, ut nihil desyderabis apertius. Et rursum tranctās apd̄ pplm ea Chr̄i uerba, nēpe: Qui manducat carnē meā & bibit sanguiē meum, in me manet, & ego in eo, instruit & fideles & cathecuminos, ea ptinere ad mensam dn̄i, in qua uera caro eius edit̄, & sanguis bibitur. Sicut audiuimus (inquit) quum sanctū euangeliū legeretur:

Augustinus.
Iohan. 6

Dominus Iesus Christus exhortatus est, ꝑmissione uitę æternæ ad manducandū carnē suā, & bibendū sanguinē suū. Qui audistis hęc nondū oēs intellexistis. Qui eñ baptizati & fideles estis: quid dixerit, nostis. Qui aūt inter uos adhuc cathecumini uel audiētes uocant, potuerunt esse, cum legeret, audiētes: nunquid & intelligētes? Ergo sermo noster ad utrosq; dirigit. Qui iā mādu cāt carnē dñi & bibunt sanguinē eius, cogitent quid manducent, & quid bibant, ne sicut Aplus dixit: Iudicium sibi manducēt & bibāt. Qui autem nondum manducant & nondum bibūt, ad tales epulas inuitati festinēt. Per istos dies magistrati pascunt, Christus quotidie pascit, mensa ipsius est illa in medio constituta. Quid causæ est ò audientes, ut mensam uideatis, & ad epulas non accedatis? Et forte modo cum euangeliū legeret: dixistis in cordibus uestris. Putamus quid est, qđ dicit: Caro mea uere esca est, & sanguis meus uere potus est Quomodo manducat caro dñi & bibit sanguis dñi? putamus qd dicit? Quis cōtra te clausit ut hoc nescias? Velatū ē. Sed si uolueris, erit reuelatū. Accede ad professionē, & soluisti quæstionē. Quid eñ dixit dñs Iesus: iam fideles nouerūt. Tu aūt cathecuminus diceris, audiēs & surdus es. Aures eñ corpis patentes habes, quia uerba quæ dicta sunt, audis. Sed aures cordis adhuc clausas habes: qa qđ dictum est, nō intelligis. Hæc Augustinus de uerbis dñi, serm. 46, qui certe nunq̄ in ꝑsentia totius populi, & maxime eoꝝ, qui nondum sufficiēter istructi fuerāt, toties affirmasset corpus & sanguinē Christi in hac mensa reponi, si nō uere sic censuisset, & ex illis Christi uerbis, nēpe: Qui manducat carnē meam, & bibit meū sanguinē, in me manet, & ego in eo. Vides igit quāto consensu ueteres, huius sexti capitis uerba, palàm interꝑtant, pro eucharistiæ sacro. Quibus ꝓfecto, si nō amētes fuerimus, maiorē adhibebim⁹ fidē, q̄ hæreticis, & apostatis istis, quos manifestū est, ex ꝑuersissimis eoꝝ dogmatibus à Chro reprobatos esse. Quis unq̄ sanctoꝝ ausus fuisset asserere deum authorem esse mali? Quis unq̄ ex illoꝝ numero sustulit arbitrij libertatem? Quis unq̄ docuit pia, sanctaq; uota debere abrogari? Quis unq̄ dicatas deo uirgines, ad fœdas carnis libidines reuocauit? Ista certe spūm nō sapiūt, sed carnē, & à spū erroris palàm est proficisci. De patribus, nemini dubiū esse ꝑt, qn spūs ipse sanctus in eis locutus sit, & ꝑ eoꝝ ora docuerit ecclesiam.

[Margin notes: j. Cor. ij (beside "Ergo sermo noster..."); Iohan. 6 (beside "est, qđ dicit: Caro mea..."); Iohan. 6 (beside "sanguinē Christi in hac mensa..."); Errores Lutheranorum recensentur (beside "sanguinē, in me manet..."); 1 (beside "mis eoꝝ dogmatibus..."); 2 (beside "ausus fuisset asserere..."); 3 (beside "numero sustulit..."); 4 (beside "uota debere abrogari...")]

Patribus hauddubie spũs ipse uelut totidẽ organis usus est, quibus Christi gregẽ, in his, q̃ ad fidẽ spectant, fidelr erudirent. Nec defuerũt illorũ dogmatibus confirmandis miracula plurima. Porrò q̃ta fuerint eruditiõe, q̃taq; uitæ sanctimonia p̃diti, q̃tãq; scripturis excutiendis operã impẽderint, qs ignorat, q libros eorũ, uel semel euoluerit. Errare quidẽ & labi nõ inficior, in quibusdã potuerunt: hoies eñ erant, sed in rebus arduis ad fidẽ spectantib᷒, ut cõcorditer errassent, neq; Christi pollicitatio, neq; ppetua spũs p̃sentia pati potuisset. Supest igitur, ut stemus eorũ interpretatiõi de sexto cap. Iohan. ipsum de sacramento eucharistiæ tractat.



¶ Secunda probatio.

¶ Verũtamẽ hoc ipm & alio quodã mõ statuere moliemur. Non equidẽ satis ẽ nobis uniri Christo spũalr, id q̃d fides & charitas nobis exhibẽt, sed oportet etiã corporalr & carnalr uniri p carnis ei᷒ esum, & sanguis sui potũ, nimirũ, ut ita, sicut Paulus ad Ephe. docet, sim᷒ mẽbra corpis eiusdẽ ex carne ei᷒ & ex ossib᷒ eius. Ibi Paulus hauddubie de Chr̃o loqtur & ecclia, mysteriũ magnũ ex unione uiri & cõiugis in carnẽ unã eruens. Supius utiq; uiros admonuit, q̃tenus uxores suas diligerẽt, sicut Chr̃s ecclesiã. Et mox subdit: Nullus eñ unq̃ suã ipsius carnẽ odio habit, imò enutrit, ac fouet eã, sicut dñs ecclesiã. At quõ p̃cor dñs enutrit & fouet ecclesiam, nisi carne & sanguie suo, nimirũ ut ita mẽbra simus corporis eiusdẽ ex carne eius & ex ossibus eius. Hoc igitur Lutherũ & sectatores eius in tã absurdos errores traxit, q̃ ij sola fide Christum nobis sufficiẽter unitũ eẽ cõtendant. Sed tu lector, si attẽderis, per spicies ipsos ueteres huic nostræ rõni subscripsisse penitus. Cyrillus primũ cap. 15. sup Iohan. aduersus quendã hæreticũ ita scribit. Nõ (inqt) negamus recta nos fide, charitateq; syncera, Chr̃o spũaliter cõiungi, sed nullã nobis cõiunctionis rationẽ scd̃m carnẽ cũ illo esse, id pfecto pnegamus, idq; à diuinis scripturis oĩno alienũ dicimus. Quis eñ dubitauit Christũ, etiã sic uitẽ eẽ, nos uero palmites, q uitã inde nobis acquirimus? audi Paulũ dicentẽ: Quia oẽs unũ corpus sumus in Christo. Quia & si multi sumus, unũ tamẽ in eo sumus. Oẽs eñ uno pane participamus. An fortassis putat ignotã nobis mysticæ bñdictionis uirtutẽ eẽ? q̃ cũ in nobis fiat, nõne corporalr q̃q; facit cõicatione carnis Christi, Christũ in no

Ephe. 5.

Ecclesia nutritur carne & sang. Christi.

Cyrillus.

Iohan 15.
1. Cor. 12

1. Cor. 10

2. Cor. 6

2. Cor. 6 Iohan. 6. bis habitare? cur em̄ mēbra fideliū, mēbra Chri sunt? Nescitis (inquit) qm̄ mēbra uestra mēbra sunt Chri? mēbra igitur Chri meretricis faciā mēbra? Absit. Saluator etiā. Qui manducat carnē meā ait, & bibit sanguinē meū, in me manet & ego in eo. Hæc hactenus ipse Cyrillus. An nō hic audis lector, q̄ p̄ter eā cōiunctionē q̄ fide & charitate fit, alterā, qua Chrs nobis corporalr uniatur, et qua mēbra eius corporalr efficiamur, necessariā eē. Quod & denuo cōfirmat, ibidē continuo subdens. Vnde consyderandū est, nō habitudine solū, quæ p charitatē intelligitur, Christū in nobis esse, uerū etiā & participatione naturali. Nā quemadmodū si quis igne liquefactā cærā, alij cæræ silr liquefactæ ita miscuerit, ut unū qd ex utrisq; factū uideat: sic cōmunicatione corpis & sanguinis Chri, ipse in nobis est, & nos in ipso. Nō poterat em̄ aliter corruptibilis hæc natura corpis ad corruptibilitatē & uitā traduci, nisi naturalis uitæ corpus ei cōiungeret. Nō credis mihi hæc dicenti, Chro (te obsecro) fidē p̄be. Amen amē (inquit) dico uobis: nisi manducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis sanguinē eius, nō habebitis uitā in uobis. Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, habet uitā æternā, & ego suscitabo eū in nouissimo die. Audis apte clamantē, nō habituros nos uitam, nisi sanguinē eius biberimus, & carnem manducauerimus. Hæc Cyrillus, ex qbus apte uides, q̄ p̄ter unionē spūalem, qua fide cōiungimur Chro, necessario nobis est corpalis manducatio, qua nobis ille, & nos etiā illi, naturalr incorpemur. Huic accedit Chrysost. Homil. 46. sup Iohan. Postq̄ em̄ dixerat nos unum corpus esse, & membra corpis Chri ex carne & ossibus eius, rationē cōfestim subijcit, dicēs. Vt nō solū p dilectionē, sed re ipsa i illā carnē cōuertamur p cibū id efficit, quē nobis largitus est. Quū eū suū i nos amorē indicare uellet p corpus suū se nobis cōmiscuit. Pauca nimirū uerba sunt hec at qs non pspicit miræ efficaciæ, ad cōprobandā sniam nostram? Dilectio nō efficit ut re ipsa cōuertamur in Chri carnē, sed istud cibus ille p̄stat, nimirū eucharistiæ cibus, quē ipse Chrs nobis donauit, quo & corpus ipse suū nobis cōmiscet, atq; ita corpus unū efficimur, & mēbra ex carne eius & ossibus eius. Quid dici p̄t luculentius? Astipulat & Irenæus ita cū hæreticis collu&tat?. Qū (inqt) & mixtus calix, & fractus panis pcipit ūbū dei, fit eucharistia co

Corpalis hominū cū Christo necessaria est unio.

Iohan. 6.

Chrysostom⁹ Ephe. 5.

Irenæ. 5. li. ad uersus hereses Su. pl. 4. li. K

stia corporis & sanguĩs Chr̃i, ex q̃bus augetur & consistit nostræ carnis sub̃a, quõ ergo negãt carnẽ eẽ capacẽ donatiõis dei, q ẽ uita æterna, q̃ & sanguĩe & corpe Chr̃i nutrit, et mẽbrũ eius fit, queãd modũ apl̃us ait, in ea q̃ ẽ ad Ephe. epl̃a. Qm̃ mẽbra sumus corpis eius de carne eius & ossibus eius. Ecce & Irenęus affirmat ex Paulo, nos mẽbra facta eẽ corpis Chr̃i, de carne eius & ossibus, atque ideo quidẽ, ꝙ corpe & sanguĩe eius in eucharistia uescamur. Vides ergo lector, ꝙ p̃ter fidẽ & dilectionẽ, q̃bus corpi Christi mystico inserimur, necessarius est nobis esus corporalis ipsius carnis Chr̃i, quo nõ spũaliter solũ, uerũ etiã corpaliter & carnal̃r ueritatẽ carnis eius participemus. Erant em̃ patriarchæ & ꝓphetæ corpori ipsius mystico spũaliter inserti ꝑ fidẽ, sicut & hi, q iã credũt, absq; sumptiõe corpali. Sed neutri ueritatẽ carnis participãt. De illis hoc satis dilucidũ est, quũ hauddũ factũ eẽt uerbũ caro. Certe qñ caro nõ fuit, participari ipsa corporaliter haudquaq̃ potuit. Verũ tũc futurã hanc carnẽ crediderant, hanc fide spũal̃r manducabant, spũaliter participabant, & spũal̃r eius corpi mystico sunt inserti. Habebat em̃ & tunc uerbũ ipsum, corpus quoddã mysticũ, tametsi uerũ nõ adhuc acceperit. Habet & diabolus corpus suum mysticũ, q nullũ uerũ adeptus est. Hac ergo necessitate ꝑmoti prisci, ꝑsuasissimũ habuerunt p̃ter fidem & dilectionẽ, necessariũ nobis esse corporalem esum ipsius ueræ carnis in eucharistia. Sed quoniam in sequenti obiectione plura de hac eadẽ re dicturi sumus. Hæc pro secunda probatione iam sufficiant.

Ephe. 5.

Prisci spũaliter incorporati sunt Chr̃o.

Iohan. 1.

Corpus mysticum multiplex.

¶ Tertia probatio.

¶ Iam afferamus & tertiã. Pro q̃ sciẽdũ, ꝙ Chr̃s de triplici pane tractatur⁹, q̃ maiorẽ dictis suis popularis illa multitudo fidẽ adhiberet, stupendũ ante eorũ oculos, miraculũ prius ædidit. Nam de quinq; panibus & duobus piscibus, quinq; milia hominum, p̃ter mulieres et paruulos ita pauit, ut abunde satiatis omnibus, adhuc superessent duodecim cophini pleni fragmentorũ. Qui tantillo cibo plebẽ usq; adeo numerosam bñdictiõe Christi mirifica saturari uiderant, et citra diminutionẽ aliquam eius cibi, quomodo non facile credere debuissent, eundẽ potuisse, qualẽcunq; placuisset, cibũ illis dare, citra quamuis eiusdem cibi iacturam, aut imminutionem aliquam? Quamobrem et Cyrillus ita sugillat eos, dicens.

D

Chr̃s tractat de triplici pane Iohan. 6.

Cyrillus.

Quũ oporteret eos, q diuinã uirtutẽ saluatoris ac potestatẽ, signoꝝ
miraculo pceperunt, sermonẽ eius libẽter suscipere, & si q̃ diffici-
lia uidebant eorũ solutionẽ querere, cõtra oĩno faciunt, & quõ põt
nobis hic carnẽ suã dare, de deo, nõ sine magna impietate concla-
Lucæ. j. mant, nec in mentẽ uenit, nihil impossibile eẽ apud deũ. Nã quũ
j. Cor. 2 aĩales essent (ut ait Paulus) spiritalia intelligere nõ poterant, sed fa
tuitas quædã tã magnũ sibi uidebat eẽ mysteriũ. Sed nos magnũ
quæso à pctis alioꝝ profectũ faciamus, & firmã fidẽ mysterijs ad
hibentes, nunq̃ in tã sublimibus rebus, illud quõ, aut cogitemus,
aut pferamus. Iudaicũ eñ hoc uerbũ est, & exremi supplicij cau-
Sup. lib. 3. ca. 20. C. sa. Censuit ergo Cyrillus, Iudæos illos miraculi magnitudine per
monẽdos fuisse, ne de pmissione carnis in cibũ dandæ quicq̃ hæ
sitarent. Silr & Chrysostomus incredulũ illũ pplm, & dubitãtem
Chrysostom⁹ quõ suã carnẽ Chrũs ad edendũ dare potuisset, coarguit. Si hoc
Iohan. 6. inquiris (inqt) cur nõ idẽ in quinq; panũ miraculo dixisti. Quo-
mõ uidelicet eos in tantũ auxit. Quia tũc tantũ saturari curabant,
nõ cõsyderare miraculũ. Sed res ipsa tũc docuit, inquies. Ergo ex
eo & hæc credere optuit ei facilia factu eẽ. Propterea id fecit mi-
Miraculi de raculũ, ut nõ essent amplius increduli his, q̃ postmodum diceret.
quinq; pani- Hæc Chryso. Intelligis ergo lector, cuius rei gratia, Chrũs hoc ĩ-
bus ratio. signe miraculũ de qnq; panibus añ fecerat, nimirũ ut ita facilius in
duceret ppls ad ea credẽda, q̃ de mysterio panis fuerat postea tra-
Panis triplex diturus. Mox itaq; de pane triplici differit. Primus erat manna q̃d
Exod. 16 Coriandri similitudinẽ p̃ se ferebat. Secũdus erat uerbũ dei, q̃d si-
Iohan. j. militudine carnis peccatricis obtegebat. Tertius, ipsa Christi ca-
Philip. 2. ro, sed silitudine panis uelata. Primũ gloriabant Iudęi sibi fuisse da
Matth. 26. Mar. 14. tũ à Mose. Secũdũ, Chrs affirmat à patre suo tũc Iudæis eẽ dona
Lucæ. 22 tũ. Tertiũ, se daturũ pollidet cũctis credituris. De primo sic i eo-
Iohan. 6 dẽ sexto cap. Iohan. refert dixisse Iudæos: Patres nostri manduca
Psal. 77 uerũt manna in deserto, sicut scriptũ est: Panẽ de cœlo dedit eis
Iohan. 6 ad edendũ. De secũdo, sic inibi Chrũs ait: Amen amẽ dico uobis
Nõ Moses dedit uobis panẽ illũ de cœlo, sed pater meus dat uo-
bis panẽ de cœlo uerũ. Panis eñ dei est, q de cœlo descẽdit & dat
Eucha. quis uitã mundo. De tertio deniq; sic rursum ait. Et panis quẽ ego da-
panis sit. bo, caro mea est, quã ego dabo pro mundi uita. Si qs diligẽter ho-
rũ ordinẽ aduertat, & exacte singula uerborũ tpa pensitet, plane
pspiciet

perspiciet, hũc tertiũ panẽ, eucharistiã esse. Nã uerbũ, ad primum panẽ spectans, est, dedit, p̃teriti tp̃is. Ad secundũ uero, dat, p̃sentis tp̃is. Ad tertiũ deniq;, dabo, futuri: futurũ em̃ erat, ut daret nobis Chrũs eucharistiæ panẽ. Propter hoc & Chrysostomus uigilanter annotauit, hoc ipso capitis loco uerba mysteriorum in Chore. Neq; frustra putandus est hic Chrũs dixisse bis dabo. Consueuit em̃ p̃ceptor meus Guillielmus Meltonus, Cãcellarius Eboracensis, uir & uitæ ꝓbitate & omni eruditiõis genere p̃stantissim⁹, me, quũ essem iunior & Euclidis auditor, sæpius admonere, ꝙ si minimã literã in figura quauis geometrica supuacaneã esse putarẽ, nõ dũ accepisse me uerã & integrã Euclidis mentẽ. Si discipulus Euclidis adeo solicitus eẽ debet, in ꝑcipiendis geometricis, ut nisi de singulis appositis literis, se rationẽ quandã accepisse credat, nõdũ intelligat magistrũ, certe Christi discipulus, ita expendat oportet singula Christi uerba, ut sibi ꝑsuadeat nihil in eis eẽ supuacaneũ. Nõ inutiliter itaq; Chrũs hic bis adiecit. Ego dabo. Q̃ si q̃s non somnolenter attẽdat, oĩno cõperiet, alterũ de sacramẽto fuisse dictũ, alterũ de morte sua. Semel em̃ dixit: Ego dabo, ꝓpter sui corporis donationẽ apl̃is in cœna factã, nimirũ q̃n dixit: Accipite, edite, hoc ẽ corpus meũ. Huc sane ꝑtinet q̃d dixit: Et panis quẽ ego dabo, caro mea ẽ. Iterũ itẽ adiecit: Ego dabo, propter eiusdem sui corp̃is ad supplicia crucis ꝑferẽda traditionem. De carne ergo sua dixit, Quã ego dabo pro mũdi uita. Et utrãq; hauddubie pollicitationẽ p̃stitit. Quid igitur opus hic fuerit ad tropos cõfugere, q̃n Chr̃s hæc oĩa dixit, & fecit, adeo dilucide, ut nihil cogitari possit luculẽtius. Nec ẽ, ut quisq̃ ex illis uerbis. Et panis quẽ ego dabo, caro mea ẽ. Cõtendat panẽ triticeũ esse corpus Christi, nisi uelit etiã, & manna, & uerbũ ip̃m, eiusmodi panẽ esse. Sed panis hic accipitur, more scripturarũ, pro q̃libet cibi gñe. Caro igitur Christi uere panis est, at nõ triticeus. Neq; fieri p̃t, ut hic panis triticeus unq̃ sit hæc caro. Id q̃d abunde collegisse nos putam⁹ pro defensione Regis illustrissimi. Sed & Oecolãpadius in hoc nobis prorsus astipulat̃. Iã igitur euicisse nos credimus, oĩno sextũ illud cap. Iohan. ad eucharistiã ꝑtinere. Neq; id solũ, sed & uerã Christi carnẽ in eucharistia cõtineri, propterea ꝙ ibi pollicitus est Chrũs panẽ se daturũ, q̃ esset sua caro. Cui cõsentiũt & cætera q̃ sequũtur.

Christus non abs re bis dixit, dabo. Li. 3. ca. 19. D

Nihil in uerbis Chri supuacaneum.

Ego dabo, chr̃s bis dixit.

Matth. 26. Marc. 14 Lucæ. 22.

Iohan. 6 Exodi. 16 Iohan. 1.

Iohan. 6 Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnē filij hois, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitā in uobis. Qui edit carnē meam et bibit meũ sanguinē, habet uitā æternā, & ego suscitabo eũ in nouissimo die. Caro em̄ mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Qui edit meā carnē, & bibit meũ sanguinē, in me manet & ego in illo. Sicut misit me uiuēs pater, & ego uiuo ꝓpter patrē, &

Li. 3. ca. 13. B. & supra eodē prologo. C.

q ederit me, & ipse uiuet ꝓpter me. Hæc oīa prorsus indicāt necessitatē edēdi Christũ corp̄aliter, uti sup̄ius ondim⁹. Et cũcti patres, eadē ipsa ꝟba, de eucharistiæ sacramēto cōcorditer intelligũt Quid iā necesse fuerit istis adhuc alias accumulare scripturas, qũquidē, istæ usq̧adeo fortiter seipsas mutuo corroborent. Nam, ꝙ

Iohā. 6

Chrs panē suæ carnis daturꝝ sit pollicitus, cōminatus ꝗ ꝗ sit adeo uehemēter his, q carnē suā nō ederēt, & nō biberēt eius sanguinē: tāta rursum & tā ingētia ꝓmittens his q pie manducarēt & biberēt, plane cōuincit uerā eius carnē & sanguinē eē, ꝗ postea sub specie panis & uini discipulis in cœna porrexit: Et uicissim hæc donatio, pariter & assertio carnis & sanguis sub specie panis & uini cũ illis minis & allectamētis prorsus infert illā priorē pollicitationem, ad hanc p̄sentiæ corporis exhibitionem, omnino pertinere.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

¶Obiectio.

E ¶Ceterꝝ, quũ aduersariut ex eodē capite, nō leuē, ut sibi uidet, ansam arripiat, & hanc ei tollere, ꝗtũ fieri p̄t, enitamur. Idē (inqt) q dixit hæc uerba. Qui edit carnē meā, & bibit meũ sanguinē, habet uitā æternā. Ipse etiā affirmat: Qui credit in me, habet uitam æternā. Quare nihil amplius ꝓmittitur pro esu mysterioꝝ, ꝗ pro fide sola. Quare quũ effectus utriq̧ cōmunis sit, & tantundē, fide sola, qs cōsequat, ꝗtũ ex esu sacri, nulla erit sacramēti hui⁹ necessitas, habēti fidē. Nā p solā fidē, citra sacramētũ obtinebit, quātum pro sacramenti esu promittitur, hoc est uitam æternam.

¶Responsio.

¶Primũ hic rn̄dimus, nō hęc ꝟba dixisse Christũ de ꝗuis credulitate, quũ dixerit: Qui credit in me, habet uitā ætꝰnā. Neq̧ enim pro quacũq̧ fide, ꝟbis hisce, nobis æternā uitā pollicet. Quā rem & spero Lutheranos oēs mihi facile cōcessuros. Habuit utiq̧ Nicodæmus, q uenit ad Iesum nocte, credulitatē quandā & eandē sane maiorē, ꝗ alij cōplures ex Iudæis, sed fidē ipsam uiuā nō habuit

Iohan. 11. Iohan. 3.

Nam

Nã si uiuã habuisset fidẽ, protinus ipsius Christi ṽbis credidisset, Iohan. 6.
neq; protulisset suũ Qũo, Nõ ẽm hæsitãs dixisset. Qũo pñt hæc
fieri? Capernaitæ silr, si ueram fidẽ accepissent, neutiq̃ dixissent.
Qũo p̃t hic nobis dare carnẽ suã ad manducandũ? sed parati fuis-
sent citra quãuis hæsitationẽ oĩa credere, quæcũq; docuisset eos
Chrũs. In hoc ergo ṽbulo, quũ dicimus, credere, cõprehendit fir
ma quædã animi propẽsitas, ad oĩa q̃ ad uerã fidẽ ptinent recipien
da. Quæ q paratus fuerit, & mẽte, & opere cõplere, pie creditur,
q̃ talis propter ipsam bonæ uolũtatis propensitatẽ, ad oĩa quę do
cetur, tametsi p oportunitatis inopiã, quædã, imò plurima nõ fe-
cerit, uitã nihilominus ęternã cõsequet. Et propterea Chrũs ad fi
dẽ auditores primũ allicit, qñquidẽ ex fide pendent cætera, fides
ẽm initiũ salutis nostræ. Propter qd & Iacobus dicit: Volũtarie Iacobi. j.
ẽm genuit nos ṽbo ueritatis, ut simus initiũ aliquod creaturę eius
Et Paulus ad Heb. 3. de hoc initio loquit, dicens. Participes enim
Christi effecti sumus, si tñ initiũ substãtiæ eius, usq; in finẽ, firmũ
retineamus. Cæterũ hoc initiũ p alia cõpleri debet & cõsummari
sicut et ipse Iacobus in epl'a sua pspicue docet: Pertinet aũt in pri-
mis et hoc ad fidẽ, q̃ credamus uera eẽ oĩa, q̃ Chrs docuit: docuit Matth. 5
aũt in ipso sermone, quẽ habuit in mõte, q̃ nisi abundauerit iusti-
tia nostra plus q̃ scribarũ et pharisæorũ, nõ intrabimus in regnum
cœlorũ. Et subinde tradidit in eodẽ sermone, qualis nr̃a debeat es
se iustitia, puribus exẽplis hoc ip̃m cõmonstrans. Postremo, eos Matth. 7
q sermones illos audierint, et fecerint, probis assimilat ædificato- F
ribus: q uero nõ fecerint, improbis. At qd est aliud ædificare, q̃
sup basim fidei, bonæ uitæ structurã erigere? Quãobrẽ & iustitię Consumma-
cõsummationẽ p opa fieri necesse ẽ. Silr & in parabola de finali tio iustitiæ fit
iudicio plane testat, eos q nõ fecerint opa, q̃ ibi memorauit, ituros per opera.
in suppliciũ æternũ, iustos ṽo, hoc ẽ eos q fecerint, in uitã æternã Matth. 25.
Ecce, iustos eos appellat, q fecerint opa. Credas igit quantũ uelis
si tñ oportunitate data, nolis ea quæ p̃cipiunt, opari, uitam æternã
quæ fidei promittitur, nunquam apprehendes. Atq; hoc est, q̊d
ante diximus, in hoc ṽbo, credere, cõtineri implicite propensitatẽ
quandã animi ad oĩa quæ credenda sunt iuxta modũ, q̊ cuiq; cre-
dẽda faciẽdaq; tradunt: Sed neq; sufficit ista credere, iuxta hære- Sola fides nõ
ticorũ interpretatiões, Nã hi pro suis insanijs nullas nõ scripturas sufficit.
puertũt,

j. Timo. 3 peruertūt, oportet fidē habeamus iuxta doctrinā ecclīæ, quā Pau
lus affirmat eē columnā & basim ueritatis. Neq; eñ sufficit in deū
credere, tāetsi fuerit in ipso oīs bonitas, oīs sapientia, oīs ptās, sed
optet etiā de singulis psonis ī illa sacra triade recte sapere. Sabelli⁹
Sabel. errauit circa patrem. eñ in deū credidit, & recte credidit, qcq d ē bonitatis, illi in sum-
mo tribuēdū, sʒ tryadē illā haud recte discreuit, & patrē fuisse paſ
sum affirmauit, ob q̊d nihil ei ꝓfuit sua fides. Sed neq; sufficit ī pa
Arri. errauit circa filium. trē credere. Sic eñ & Arrius fecit, omnimodā authoritatē patri
tribuens, sed qa nō recte credidit, etiā de filio paꝝ ei cōtulit sua fi-
des. Neq; p̄terea satis fuerit, in patrē & in filiū credere, nisi pariter
Mace. errauit circa spm̄ſan. & de spū sane sentias. Nā & in hoc peccauit Macedonius, quare
p suā fidē nihil p̄miȷ cōsecutus est. Q. si qs in sacrā ipsam tryadē
Nest. errauit circa humanitatem Chr̄i. fidat, nō tñ recte de ueritate carnis Chr̄i sentiat: quemadmodū &
Nestorius fecit, inanis erit ipsius fides. Sed esto, quisq̄ priora oīa
uere credat, nō recipiat tñ Christū, pro nobis ī ea carne fuisse mor-
tuū, nihil promereꝛ sua fide. Sic eñ & Petrus, quanq̄ añ plurimū
laudatus esset à Chr̄o, ꝙ ip̄m cōfitereꝛ eē filiū dei, tñ haud multo
post, ꝙ mortē Chr̄i recipere noluerit, audiuit: Abi post me Sa-
tana. Nō sapis ea q̄ dei sunt. Quis itaq; nō pspicit hoc ꝟbū Chri-
Matth. 16 Marci. 8. sti, quū dixit. Qui credit in me, nō ad solius Christi psonā eē con-
trahendū, sed in eodē uerbo implicite cōplicari cætera, quæcūq;
ad integrā fidē ptinēt. Nā & si crediderit, qs illis oībus, q̄ iā dixi-
mus, scripturis aūt cūctis p ecclīam approbatis, fidē noluerit adhi
bere, iā frustra uitā sperat æternā. Sic eñ & hæretici cōplures fe-
Hæretici ex scripturis oc-casionē erro-rīs sumpserūt cerūt. Propter q̊d & recte fateꝛ Oecolāpadius. Qui discredit ī u-
no, in nullo credit. Atq si scripturas oēs qs dicat se recipere, sed e-
asdē, uel suo, uel alterius ingenio detortas, & cōtra sensum ab ec-
clesia catholica traditū inuersas, inaniter ex hac fide p̄miū expecta
bit. Nā ita cōiter hæretici facere cōsueuerūt. Ex scripturis eñ p-
perā intellectis & ꝓ insania suoꝝ capitū puersissime detortis, hæ-
resum suaꝝ nacti sunt occasionē. Sed largiamur cuiq̄ se fidē habe
re sanā dictoꝝ oīm, si tñ iuxta scripturas uiuere nolit, qd ꝓderit ei
sua fides? Istud certe neq; Lutherus ipse negabit. Affirmat enim
in cōmētariȷs epl̄æ ad Galatas, Petrū peccasse mortal̄r, qñ propꝉ
Iudæorū inopinatū aduentū, se subduxerat à gētibus nō incedēs
ad euangeliȷ ueritatē. Neq; tñ ꝓpterea Petrus fidē admisit, qñq-
dem &

dem, & ei Chrs antea dixerat: Ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Mansit ergo fides Petro, sed iuxta Lutherũ ea uiua non erat, neq; profuisset ei quicq̃ eius fides, si mortẽ obijsset hoc ipso momento. Oportet igitur iuxta ueritatẽ scripturarũ incedere, & non solũ ea credere q̃ traduntur, uerũ etiã ea (q̃ iubentur) facere. Quãobrẽ & nõ solũ is q de baptismo, pariter & absolutiõis sacramento, quũ in scripturis apte tradita sint, haud recte credit, sicut & Nouatianus fecit, aut si crediderit, cõtemnat tñ, aut crasse negligat ea uel alia sacramẽta suscipere, si detur oportunitas, aut si pcationes, eleemosynas, & ieiunia, ceu res inutiles reijciat, qs huic fidẽ suffectu rã ad mercedẽ æternæ uitæ pollicebitur? profectò nemo sanus: nisi forte cuipiã in articulo mortis cõstituto, sed neq; tunc, nisi resipiscenti, & fidẽ eiusmodi, qualẽ añ diximus, cõstituenti secũ, nimirũ ut propẽsum habeat animũ cõfirmãdi sese in cũctis, quę ad cõem totius eccl'iæ catholicæ fidẽ spectant. Nã & propterea Donatus cũ sectatoribus suis, si se separarint ab eccl'ia catholica, q̃q̃ in cæteris fermè oibus recte credidissent, pro insanis hæreticis cõdẽnati sunt. Liquet igitur ex his id uerbũ credere, quũ Chrũs dixit: Qui credit in me, habeat uitã æternã, multa pter simplicẽ credulitatẽ implicare, q̃ oia si qs habeat, is nihil in cæteris ab unitate fidei quã eccl'ia catholica profitetur, dissidebit. Ex eisdẽ pterea facile cognosces lector, q pter fidẽ, sacramẽta q̃q; necessaria sunt, & potissimũ istud pro q̃ iã cõcertamus eucharistiæ sacramentum, id quod rationibus aliquot iterato, constabiliemus.

Lucæ. 22

Nouati error

s. eodẽ, p lo. E

Donati error

Iohan. ij.

Eucha. sacrm est necessariũ

¶ Prima ratio.

¶ Inter q̃s prima erit, q hoc pro certo dogmate prisci oẽs cõcorditer & unanimiter nobis reliquerũt. Et cur eis nõ credemus magis, q̃ hæreticis istis, q cõtraria docẽt. An nõ credimus Arriũ, & sectatores eius aberrasse? Et quis nobis eorũ errores indicauit, nisi spũs sctũs, q p ora patrũ, eorũ hæreses dilucide cõuicit. Quis Marcionitas, Manichæos, Valẽtinianos, Nestoriũ, Samosatenũ, Sabeliũ, Basilidẽ, Nouatũ, Pelagiũ, Donatũ, ac cæteros eorũ sectatores cõfutauit? Quis insup sanã & rectã aduersum hos, & alios oẽs hæreticos, doctrinã eccl'iæ catholicæ tradidit, nisi spũs ipe sanctus, q patrib9, uelut totidẽ organis, usus fuerit in hoc tã arduo negotio? Nã hoc ipm Chrũs añ promisit, dicẽs, Nõ uos estis q loquimini,

G

Hæretici per patres confutati sunt.

Matth. 10.

mini, sed spũs patris uestri q loqtur in uobis. Illi nobis è schola san ctí spũs ueritatẽ scripturaꝝ iterp̃tati sũt. Et nos usq; adeo negligẽtes nr̃æ salutis erim⁹, ut sacerrima illa schola reiecta, libẽtius hereticorũ insanis dogmatibus aures accõmodemus? Si nũc ꝓpter istorũ argutias, q̃ tũuis robustæ uideant, solidã patrũ doctrinã abiecerimus, qñ tandẽ certã assequemur notitiã? Post illos & alij exurgent, & post istos, adhuc alij, queãdmodum & hodie fieri cernimus. An nõ post Lutherũ exortus ẽ Carolstadi⁹: post hũc Zuinglius: post istũ Oecolãpadius, singuli uariaꝝ interpretationũ authores: surrexit & Balthasarus quidã, q cõplures (ut audio) rebaptizauit. Quid istud aliud est, si propter horũ nouas adinuentiões, solidas patrũ expositiões, q̃s hi nobis reliquerũt, spreuerimus, q̃ qd' Paulus ait, semp erimus discẽtes, & nunq̃ ad scientiæ ueritatẽ ꝑuenientes. Qñ igitur patres illi, de priscis loquor, & ubi cõcorditer quicq̃ asserũt, plane docent nõ fidẽ solã, neq; fidẽ cũ dilectiõe, sed oportet re ipsa Chr̃i carnẽ in eucharistia mãducare, qs in seipsum tãtus hostis erit, ut propter hereticoꝝ istoꝝ sibilos, negligat sacr̃a fide sola cõtẽtus. Hæc rõ certe me uehementer mouet, & meo iudicio quẽq; mouebit Christianũ, q curã suæ salutis aliquantã agit.

Hæreticorũ uarietas uetat eos lectitari.

Timo. 3

Ex cõ patrũ consensu mon emur sacr̃a nõ negligere.

¶Secunda ratio.

H ¶Secũda ratio. Q; fides ipsa quã assecuti sumus, nisi p sacramentorũ susceptionẽ corroboret, paulatim euanescet. Nã licet p eã fidẽ, q̃ antecedit sacramenta, qs iustificatus fuerit, nondũ tñ liber est à prauis desyderijs, q̃d & illi cõcedũt. Fides utiq; quũ uera, uiuaq; fuerit: restringere nititur & subiugare carnẽ, quatenus ipsa spiritui subiecta sit. Verũ caro nihilominus cõtinuo reluctat, atq; uarijs cupiditatibus ipsi fidei spirituiq; molesta est. Moliunt & ipsæ cupiditates incessanter erũpere, quo fit, ut multum negotij ferme singulis momẽtis, ipsi spũi facessant. Quãobrẽ si nõ accuratius inuigilet ad eas cohibẽdas atq; refrenãdas, facile caro p eas fidẽ supplantabit. Igitur ut tã fides q̃ spũs corroborent, necessaria sunt sacramenta: q̃ p accessum & incrementũ gr̃æ, carnẽ & ipsius fomitẽ reprimant: spm̃ excitent: fidẽ corroborent & adaugeant. Sed & ipsa fides quũ sit, nisi quædã inchoatio bonæ uitæ, si qs eam sibi solã sufficere ꝑsuasus, sacramenta contempserit, uel ea suscipere crasse neglexerit, mox euanescet. Nã fides nõ est, nisi quis ea prę ditus,

Galat. 5.

Sacr̃a necẽaria sunt & utilia.

Fides est inchoatio tãtũ bonæ uitæ

ditus, paratus itẽ sit sit credere sacramẽtis à Christo traditis, et eadẽ quũ oportunitas fuerit, recipere. Nã uerũ sit oportet, q̃d Christus dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spũ sancto, nõ potest introire in regnũ dei. Nihil ergo tibi proderit tua fides, quũ nisi baptismi susceperis sacramentum, à regno cœlesti sis excludendus. Et rursus idem ait: Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis et biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitã in uobis. Ex quibus consequitur, ut quisquis hæc sacramenta contempserit, aut crassiori negligentia suscipere prætermiserit, fides eius, quantauis antea fuisset, ob hoc ipsum tamen, q̄ ista sacramenta sumere negligat, euacuabitur, et inanis euadet. Et hactenus pro secunda. Iohan. 3. Iohan. 6.

¶ Tertia ratio.

¶ Istud supius attulisti, cui & nos ante rñdimus, in sacris utiq; sacerdos illud dicit, sed ante consecrationẽ panis in corpus Chři. Cæterũ, qd tibi cũ sacris istis, de qbus uelim audias quid in eadẽ epła, quæ p te proxime citata est, scribit Augustinus, de corpe ecclesiæ loquens: huius corpis (inquit) caput ẽ Chřus huius corpis unitas nostro sacrificio cõmendat. Quod breuiter significauit Apłus, dicens: Vnus panis, unum corpus multi sumus, p caput nřm reconciliamur deo. Quia in illo est diuinitas unigeniti facta particeps mortalitatis nřæ, ut nos participes eius immortalitatis essemus, hoc sacřm longe est à cordibus supborũ, & ideo nõ Chřianorũ, ac per hoc nec uere sapientiũ. Illorũ etiam dico sapientiũ, qui cognouerunt deũ. Quia cognoscẽtes deũ, sicut dicit Apłus non sicut deũ glorificauerunt, aut gřas egerunt. Nosti in quo sacrificio dicat, gřas agamus dño deo nostro, à cuius sacrificij humilitate, longe abest typus & cothurnus illorũ. Hæc ibi. Quid tibi impie igit, cum sacris & sacrificio illo, in quo corpus ecclesiæ cõmendat, & caput eius offert Chřus, p cuius esum sub specie panis tam nobis inuicem, q̃ illi, ceu membra capiti, connectimur. Sed ab hui⁹ sacrificij humilitate, longe abest hæreticorũ obstinatia.

ROFFEN. Libro primo, cap. 20. H Libro quarto cap. 32. E

I. Cor. 10

Rom. I

OECO. Ita & Paulum audiamus, sine intermissione clamantem: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus ad dexteram dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram. B

ROF. Quid tibi uis cum hac scriptura? Nam hic iubemur non quærere uerbum dei, non scripturas sacras, non fidem, spem, & charitatem, non cæteras uirtutes, non proborũ uirorũ consilia, non sacerdotũ absolutionẽ, non baptismũ, his qui nondũ acceperint, non id genus reliqua. Nunquid non sunt hæc oĩa sup terram? Sed de cœlo (inquit) ista sunt: sic & hoc sanctissimũ sacramentũ de cœlo ẽ. Nam omnis donatio bona, & omne donum pfectum, è supnis est descendens, à patre luminum, uti Iacobus ait: Quare si non istud quærendum sit, nec illa quæri debent: sunt eñ & illa non minus su

Coloss. 3.

Iaco. I

Coloss.3 per terram, quàm illud est. Distinguit igitur hoc loco Paulus terrenas cupiditates à cęlestiũ curis, nos diligẽter admonẽs, ut illas auersemur, his uero simus attenti. Nam p ea quæ sup terram esse dicit, rerum terrenarꝝ affectus intelligit, quibus abducimur à cœlo, per ea uero quæ sursum sunt, desyderia rerꝝ earꝝ, quę ducunt ad superna, cuiusmodi sunt omnia, quæ in ecclesia Chrĩanis exhibent. An non iubet & Paulus, ut quoties panem hunc ederimus, & de poculo biberimus, mortem domini annuntiemus? An tu putas dominũ adhuc in cruce pendentem, & mortuum in cœlo iam esse? Sed inquis, hæc nos cogitatio ducit ad Chrm̃, q in cœlo est. Idem & nos rñdemus, nempe p sacrm̃ ad eundem etiam nos duci, nihil igitur ad rem tuam hæc scriptura facit.

j.Corꝝ.jj

C OECO. Imò in Paulo Chrm̃ ipm̃ ad se à terrenis curis ac solicitudinibus auocantem audiamus.

ROF. Recte negocium nostrum iam expendis, quum ea quæ sup terram sunt, rerꝝ terrenarꝝ curas, & solicitudines interpretaris. Auocat igit ab ijs Chrũs ad alia, quæ ad se in cœlestem pr̃iam pducturа sunt. Sed non auocat ab illis quæ supra memorauimus.

Supra eod. B

D OECO. In cœlo em̃ noster municipatus, & nr̃a Hierusalem est, siquidem uere Chr̃o nomen dedimus. Abstineamus tanq̃ peregrini, non solum à carnalibus desyderijs & concupiscentijs, quæ militant aduersus animam nr̃am: sed etiam mereamur elementis mundi, & quantum pmittit huius incolatus ęrumnosi necessitas angelica frui beatitudine enitamur.

j.Timo.3 ROF. Fateamur nr̃m in cœlo municipatum, ac nr̃am Hierusalem esse. At nihilominus, & hæc Hierusalem, quæ in terris peregrinat, quæq; columna est, & basis ueritatis, nr̃a mater est, imò uerius una mater utraq; nobis est, cuius pars in fastigio montis locata est: pars autem adhuc in radicibus montis uersatur. Propter quod & Paulus ad Hebræos dicit: Nos q ueri Chrĩani sumus, accessisse ad mõtem Syon, & ad ciuitatẽ dei uiuẽtis Hierl'm cœlestem, & ad innumerabilem angelorꝝ cœtum, &c̃. Quotquot itaq; se ecclesiæ filios agnoscunt mũdum una cum uitijs, & concupiscentijs eius fugere laborantes, ad radicem huiꝰ montis positi sunt, & municipatꝰ eorꝝ in cœlo est, & ad Hierusalẽ illam cœlestem ptinent, in qua & ciues conscripti sunt, nec tamen ob hæc, spernere debent, quæ interim

Mater nostra est una.

Heb.jz'

Christiani nõ debent aspernari sacramẽta ecclesiæ

terim in radicibus montis, hoc est, in ecclesia peregrinante, facere, & tractare iubentur.

OECOL. Quid quærimus uanitatem? quid sectamur noxia? sursum dominus est, ubi thesaurus, ibi sit & cor nostrum, illuc precum & gratiarum actionum nostrarum dirigant suffitus & incensa. E

ROF. Non sunt hæc uana blasphœmiæ, quæ superius memorauimus, neque noxia, sed solida & salutaria, sursum est dominus, nõ diffitemur. Sed & hic in ecclesia dominus est. Nam & ipse dixit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationẽ seculi. An tu nihil hic in ecclesia (quę super terram est) à nobis agẽdum existimas, quando spũs ob eam rationem, huc ad nos è cœlo missus fuerat, ut perpetuo nobiscũ maneret? frustra certe demissus ad nos è cœlo fuisset, si nihil eorum quę hic in ecclesia fiunt, uersare animo deberemus. Mat. 28

¶ Alium rursus locum ex eadem ad Collossenses epistola citat, qui nihil ei conducit. Ca. XXXV.



AD magna enĩ & ualde magna hortat nos Paulus, in sublimi illa ad Collossenses epistola: Neque hoc solum agit, ne in cibo & potu & parte diei festi, ac circumcisione Iudæos imitemur, qđ facile, sed & elementis mundi mortuos uult, ut caput ipm Chrm teneamus, adepti agnitionem mysterij dei & pris & Chri, in quo sunt omnes thesauri sapiæ et sciæ recõditi, ꝑpter quem omnia pro stercoribus reputemus. OECOL. A

ROF. Hic non (opinor) intelligis per cibum & potum, corpus & sanguinem quo uescimur et potamur, in hoc sacramento, de quo iam agimus. Quandoquidem istud neutiquàm Iudæis datum fuerat. Sed neque per elementa mundi. Nam eadem ratione damnares, et panem et uinum tuum. Postremo, nec per illa omnia quæ dicis, pro stercoribus reputanda, quicquàm illorum comprehendendũ censes, quæ recta ducunt ad Christum. Nõ igitur uideo, cur hanc scripturam introducas, quum ea neque nostrum lędat, neque quicq̃ conferat instituto. Coloss. 2

OECO. Multi sunt pseudoprophetæ, qui tanq̃ latrones, nobis thesaurum hũc auferre querũt, quorũ quatuor genera ibi ꝓcensuerat. Sunt enĩ Syrenes & Ethnici poetæ qdam, qui ad delicias seculi & fugam crucis, blandiloquentia sua allicere quærunt. B

ROF. Nunq̃ satis taxari quibit ista uafricies & uersutia tua. Nã iuxta partitionẽ istã, nullus hic tibi locus relinquit. Cur istud (q̃so) transilis? hoc aũt dico, ne quis uobis imponat, probabilitate sermo
Coloss. 2 nis. An non hic Paulus omnes Christianos hortatur, ut à te, tuiq; similibus sibi caueant? qui uiribus eloquentiæ fisi, dolis item & so-
Paulus cauẽdũ docet ab impostorib⁹. phismatum argutijs nixi, simplicioribus Christianis fucum facere contenditis, & ueritatẽ euangelici sermonis prorsus euertere. Non
Coloss. 2 hic certe de poetis Ethnicis loquit, sed de quibusuis, qui probabili tate aliqua sermonis adducere nitunt à Christo, in quo iam dixit ipse Paulus, omnes thesauros sapientiæ & scientiæ dei esse recon- ditos. An non & tu ex istis es, qui tuo cerebro confisus, contra pa- trum omnium assertiones, & scripturarum consensum his Christi
Matth. 26 uerbis: Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, fucum ob-
Marci. 14 ducere moliris? ut non uere Christus, sed tantum figurate dixisse
Lucæ. 22 intelligatur.

C OECO. Sunt & philosophi qui inani sapientia tandem nega- ri deum faciunt, adeo multum hominibus: & parum, uel si multa inepte deo tribuunt.

ROF. Et tu similiter ex istis es. Neq; enim ullus inanior sapien tia est, quàm illius, qui uerbis Christi, ꝓpter eam, quæ sensibus & rationi humanę ingerit difficultatem, non assentit, sed uiribus inge nij sui potius q̃ assertioni Christi manifestissime, fidem adhibet.

D OECOL. Insidiantur & Iudæi, freti non ratione, sed Moyse & legis litera, qua nos humilient.

Li. 2. c. 29. A, c. 32. E, li. 4, c. 1. E, li. 5. ca 2. A, B, ca. 11. C. ROF. Multo magis tu nobis insidiaris, qui paria cum umbris Iudæorum niteris hæc nostra sacramenta facere, id quod falsissimũ est, & contra pr̃m omnium sententiam, ut apte supius ostendimus.

E OECO. Deniq; perniciosissimi omnium sunt, qui & nomine Chr̃i abutunt, & cum humiliationem corpis, ad adorationem non carnis, sed angeloꝝ & ad spem in sacramentis externis magis q̃ in his, quæ per illa signant, non minimum remoramentum, quo mi- nus in cœlos subuolemus ad Christum ipsum, uocant, ut in aquæ tinctione & carnis manducatione.

ROF. Hoc est quod modis om̃ibus conamini, sacra uidelicet ista, nobis auferre. Sed si non fuisset aquæ tinctio necessaria, non
Mat. 28 iussisset Apostolis apud Matthæũ Christus, quatenus euntes do-

cerẽt

cerent omēs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spi ritus sancti, & apud Marcum, non his qui tantū credunt, sed qui pa riter baptizati sunt, salutem pollicet: Qui crediderit (inquit) & ba= ptizatus fuerit, saluus erit, hunc ergo canonem Apl'i secuti, bapti= zabāt ubiq;, quos fidem habere iudicabant. Nam Petrus quum in concione quadam tria milia Iudæorum ad fidem conuertisset, nihilo minus eosdem baptizauit. Rursum, quū hi, qui cum Cornelio fue rant, audita Petri conciōe, nō solū credidissent, uerum etiā accepissent spm̄ sanctū, ita ut linguis etiā loquerent, nihilominus baptizauit & eos, hoc ipm & cæteri fecerūt silr, quēadmodū ex Actis apparet. Nō aūt istud fecissent, nisi p̄ter fidē, necessatiū esse baptismū Chri stianis putassent. Silr & de sacro eucharistiæ Chr̄us dixit: Nisi mā= ducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habe= bitis uitā in uobis. Quisquis itaq; uitæ illius incorruptibilis partici= pare cupit, hūc necesse est, si detur oportunitas, hoc sacro uesci. Cæ terum de sacramentis istis ibi ne uerbū qdem Paulus facit: Sed tm̄ de ueteris instrumēti figuris & umbris. Verum hæc ītexis more tuo sub= dole. Detorques & alia Pauli uerba, lōge aliter, q̄ ille sensit, q̄ quū parum ad rem spectant, silētio p̄terimus. Sed quū nos externis illis speciebus panis & uini, ueritatē corpis & sanguinis subesse, nihil du bitamus. Stulte colligis maiorē fidem nos in signa ponere, q̄ in res ipsas, quæ signant. Deniq; quū in hoc sacro, Chr̄us ipse sit, idem & non alius q̄ qui iā in cœlo est, non remorabitur nos à Chr̄i cogita= tione magis, q̄ tuum commenticium sacramentū, quo doces Chri stum in cruce mortuum cogitandum esse.

Mar. 16.
Acto. 2
Acto. 10
Baptismus est necessarius
Iohan. 6
Eucharistia non remoratur nos a cogitatiōe Christi.

OECO. Omnibus illis doctoribus relictis, magistrum in cœlis ad se uocantem audiamus, non q̄ cibo, diuitijs, philosophia, magi= stratu, abstinentia sacramentis nemo possit bene uti, sed q̄ præsen tibus om̄ibus, etiam in usu ipo penetrandum sit ad Christū, cuius in cœlis, non in in mensis, quas altaria uocamus, sedile. F

ROF. Et hic iterum blasphœmas, cōnumerans sacr̄m istud cū ci bo communi, diuitijs philosophiæ, negans etiā in altaribus Chr̄m esse, quū nec argumētis ullis, quæ tantillū ualēt, nec scripturis ullis, nisi p uim abs te detortis, aut deniq; patrū quorūpiam orthodoxo= rum testimonijs hactenus ꝓbasti. Nos uero cōtra, nihil horum non ꝓduximus, & copiose quidem pro nostra sententia.

G OECO. Tam ardua præſcribit Paulus. Nam ſicut ibi dixerat, de nr̃a circumciſione, quæ fit ſine manibus, qn̄ exutos corpus peccatorꝝ carnis ꝑ circumciſionem Chriſti conſepultosq́ʒ ſimul cum illo ꝑ baptiſmū, ad ſpiritualem baptiſmū exhortaẗ, ita proculdubio alio pane extra ſacramentalem illū nos uult ueſci, pabulaq́ʒ in loco cœleſtis paſcuæ inter angelos requirere.

Coloſſ. 2 ROF. Quid nō producis locū, quo Paulus Colloſſenſes hortaẗ ad baptiſmū. Scribit eqdē, eos ꝑ baptiſmū cōſepultos eē Chr̃o, ubi certe ꝑ baptiſmū, nihil aliud ītelligit, q̃ baptiſmi sacr̃m. Nā circūciſio Iudæorꝝ tū repudiata fuit, cuius loco noſter baptiſmus succeſſit sic ubiq́ʒ ſcripturas, te peruertere nō pudet, neq́ʒ uereris, aut homines aut deū. Q͗ uero colligis Paulū, illis uerbis alio pane uelle nos ueſci, extra ſacramentalem illū, ſtultiſſime colligis, quū locus ille nihil ad negocium nr̃m ſpectet. Cōcedimus tn̄ hoc ip̄m qđ colligis. Nam & uerbo Chriſti paſcendi ſunt Chriſtiani, pariter & pane cōmuni, qui panes extra ſacramentalem iſtum panem ſunt, nec iſtud obſtat, quò minus in ſacramento Chriſti corpus edamus.

Paſtus hominū uarius eſt.

¶ Denuo Pauli uerba repetit, quibus & ad Christum in cœlo nos inuitat. Ca. XXXVI.

OECO. A



Symbola quidem illa ſuo honore digna ſunt, & noſtro uſui ad utilitatem proximi, qui noſtro gratias agentium exemplo glorificat patrem in cœlis, ſeruiant.

ROFF. ¶ Quali (te precor) honore digna ſunt illa tua ſymbola, quæ nullā in ſe de nouo realē ſanctitatē acceperūt, quam nō habent panis & uinum in menſa quauis prophana. Neq́ʒ eñ ſubſtantiam aliā, neq́ʒ qualitatē, neq́ʒ uirtutis efficaciā, imò nec immutationem quamlibet realem, quam ante nō obtinuerūt, iam tu putas eē conſecuta: ſymbola uero noſtra longe aliter ſe habent, quippe, quibus nos indubitato credimus, adeſſe uerꝝ corpus, & ſanguinē Chriſti, quæ & memoriam acerbiſſimæ paſſionis eius nobis ingerunt, ſicut & Paulus aperte docet, & citra figuram aliquam, ea per ſe nobis efficacia ſunt, ad inflammandū animos, ut citra proximorꝝ exēplū excitemur ad glorificationem patris, qui in cœlis eſt. Sed quantum eſt inconſtantiæ tibi, qui nunc ad contuendum proximorum exemplum, nos mittis, qui ſunt haud dubie ſuper terram, quum nuperrime nuſquàm alio cogitationem noſtram diuerti permiſeris,

I. Corꝝ. ij

nisi

nisi ad Christum, qui in cœlis est.

OECOL. Atqui ut illis tam sublime quiddam insitum credi- B
mus, neutiquàm habet scriptura.

ROF. Quis equanimiter tolerare poterit hæc tam crassa men- Mat. 26
dacia tua, imò ueras blasphœmias, qui contra dilucida uerba Chri- Mar. 14.
sti, negas quiddam sublime sub illis symbolis cõtineri, quandoqui- Luce. 22
dem ipse panem acceptũ in suas manus benedixerit, benedictumq; Iohan. 6
suis discipulis porrexerit, dicẽs: Accipite, edite, hoc est corpus me-
um. Cui facto dictoq; si quis priorem Christi pollicitationem de
pane suæ carnis exhibendo coniunxerit, perspiciet ea, tam concin-
ne sibi mutuo respondere, ut pollicitatio factũ, & factum uicissim
ipsam pollicitationem, omnino solidam reddat.

OECOL. Sed uult nos relinquere non solum terrestria, quæ C
χθόνια uocant, sed etiã τὰ ἐπὶ γῆς ea quæ super terram, corpus Chri-
sti in sacramento foret, terrestre quidem non esset, esset aũt sup terrã
quod non iubet, uel quæri uel curari eo quod super terram.

ROF. Hanc stolidam impudentiam, quis ferat? An non Chri-
stus hic in ecclesia saltem deitate præsens est quandoquidem ipse di-
xit: Vbi duo uel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in me-
dio eorum. Et ubi te precor? Nunquid in piorum cordibus. Et hæc ubi Matth. 28
sunt. An nonn sup terram? Quam igitur iniuriam Chro facit, q istud
credens, Chrm hic super terram ueneratur? Et spũs ille sanctus: An
nõ in ecclesia residet? Et ubi quæso? Non (opinor) dices in lapidibus,
& lignis, sed in animis hominum, qui necdum in cœlis sunt, sed sup
terram. Ad hæc Paulus Timotheũ hortatur, ut discat, quomodo cõ- 1. Tim. 3
uersari debeat in domo dei, quæ est ecclesia, nimirum ista, quæ adhuc
peregrinatur super terram: falsum igitur est, quod quicq̃ horum Paulus relin-
quere iubet, quũ tamen hæc omnia, sicut & alia multa, quæ paulo su-
perius memorauimus, planè super terram sint. Aptius igitur hũc lo- Supra libr. 5.
cum Erasmus reddidit, qui pro τὰ ἐπὶ τῆς γῆς terrestria uertit. Nam cap. 34. B
& inferius eodẽ usus uerbo Paulus, quũ de mẽbris corpis peccati Coloss. 3
sermonẽ habet dicẽs: Mortificate mẽbra uestra, quæ sunt sup ter- Vicia dicunt
ram, stuprũ, immunditiam molliciẽ, cõcupiscentiã malã, & auarici- terrestria.
am, hæc utiq; nihilo magis sup terrã existũt, q̃ eorũ opposita, sed il-
la terrestria sunt, hæc aũt cœlestia, non quod iam in cœlo sunt, sed quod
eò cultores eorum uehant ac promoueant.

D OECO. Q̃ꝫ si sup terram Christus, iam nõ erit sacerdos, at qui in cœlis sanctoꝝ est administrator ac ueri tabernaculi, qđ fixit deus & non homo, quo ingressus una ꝑ peccatis oblata uictima, nihil à terris, ut patrem placet denuo, offert.

Christus est sacerdos in cęlo & in ecclesia Ambrosius

ROF. Et hic in ecclesia sacerdos est, & in cœlo quoq;. Nã hoc ipm & patres cõcorditer asserũt, in qua re uł Ambrosiũ audias, quẽ ꝑ te tãtopere facere cõtendis. Nã & si libros eius aliquos notaueris carbone, ne tibi ꝓiudicarẽt, in alijs tñ, quos negare nõ licet, abunde satis istud testat. Audi primũ qd dicat prio libro de officijs ca. 48. ubi postq̃ Iudęis tribuerit umbrã, Christianis imaginẽ, beatis ipsissimã ueritatẽ, subdit. Ante agn⁹ offerebat, offerebat uitulus, ecce umbrã. Nũc Chrũs offert, sed offert quasi hõ, quasi recipiẽs passionẽ, & offert seipse quasi sacerdos, ut pctã nostra dimittat, hic in imagine. Ecce imaginẽ: Ibi apud patrẽ ꝑ nobis, quasi aduocat⁹ interuenit. Ecce ueritatẽ, nunqd his uerbis Ambrosi⁹ (quẽ toties ipse uideri uis fautorẽ tuæ causæ) nõ palã asserit Chrm in hoc sacrificio corporis & sanguinis sui sacerdotẽ eẽ? Huc etiã accedit, ꝙ idẽ libro de bñdictõibus pñarchaꝝ. ca. 9. de hoc sacro scribat, inquiẽs: Hic ergo diues ẽ thesaur⁹, hui⁹ pinguis panis, quẽ q mãducauerit, esurire nõ poterit, hũc panẽ dedit aplis, ut diuiderẽt pplo credẽtiũ hodieq; dat nobis eũ, quẽ ipe q̃tidie sacerdos cõsecrat suis uerbis. Hic ergo panis fact⁹ est esca sanctoꝝ possum hic longũ alioꝝ patrũ catalogũ texere, sed is unus impræsentiaꝝ abunde sufficiat.

E OECO. Illuc animis & cogitationibus nostris recurrendum, illinc nobis copiosa dona; quę promisit, largiter conferet liberalissimus Christus, atq; omnia fœlicius, quàm si eum super terram quæreremus etiam si uisibilis foret.

In terris summopere nitendum est ad cęlestia per debita media

ROF. Illuc certe fatemur tẽdendũ esse, ueꝝ interim ista si uel cõtempserimus uel neglexerimus nunq̃ eò ꝑueniemus. Nã his uelut medijs qbusdã, uti nos interim uoluit Paulus, qbus illa tandẽ fœlici⁹ capesseremus. Et certe nõ nisi breue tpis spaciũ ẽ, qđ mensæ dominicæ singulis diebus impartimur, qđ etiã nobis paꝝ ꝓderit, nisi reliqua parte diei reꝝ terrenaꝝ curis & solicitudibus abstinuerim⁹ Mens igitur Pauli est, ut relictis carnis, & mundi studijs, ea curemus, quæ ad uitę conducunt pietatem. Nam ista nos ad Christum indubitato promouent.

¶ Obijci

¶ Obijcit apostolos non fuisse capaces doctrinę sublimioris, dū Christū haberēt carnaliter presentē. Ca. XXXVII.



Nam si apostoli q̃diu sup terrā agebāt, nō erāt capaces sublimioris doctrinæ, sed uirtutē spūs sancti, postq̃ in cœlos ascēdit, acceperūt, qd nos speram⁹, q̃diu à carne pēdemus, & nō illuc cū grãꝝ actiōe tēdimus, ubi pces exaudiri & unde spiritum sanctum cum donis emitti speramus? OECO. A

ROF. Vbiq; nobis excæcationis tuæ pbes indiciū. Quid aliđ precor tū obstetit aplis, q̃ uisibilis p̄sentia corpis Christi, qua iam nos nihilo minus q̃ illi caremus. Neq; em̄ uisibilr Christū p̄sentē cernimus, sed fide sola tenemus, ingentē profecto cōsolationem ex p̄sentia Chri uisibili pceperūt apostoli illi, propter qđ discessurus ab eis, aliū se missuꝝ è cœlis cōsolatorē pollicebat, nēpe spm̄ sanctū, q ppetuo māsurus eēt in ecclia. Sed & ipse nihilomin⁹ affuit, & adest, licet uisibilr, parū igitur perite colligis. Necesse fuit aplis carere uisibili p̄sentia corpis Chri. Quare neq; nobis adest inuisibilr. Accedit huc, φ tu fateris Chri carnē, q̃ iā absens est, uiuificare credētes. Nunqd igitur his nō est pendendū, ab ea carne, q̃ uiuificat eos, licet absens sit? & q̃re nos nō simili mō pēdebim⁹ ab eadē carne, quā hic p̄sentē eē nō ambigimus? & ea rōne datā, ut comesta uiuificet, & uiuida nos efficiat ipsius Chri mēbra. Porrò de spū sctō, q̃d ais, nos uere missum credim⁹, & hic cū donis suis ī ecclesia ppetuo cōmorari. Quod & si uos pariter crederetis, nihil hęsitaretis de certitudine dogmatum ecclesiæ catholicæ. Iohan. 16

OECO. Breui aliū fructū eucharistiæ germinare uideremus, si animus magis in cœlū fixis trāsferremur, q̃ si puerilibus opinionibus addicti, nōtam ea quæ Christi sunt, q̃ nostra somnia sectaremur, hipocrytas pro adoratoribus pijs agentes. B.

ROF. Si uera p̄sentia Chri nō minus testata suis uerbis q̃ consensu patrū, & totius ecclæ cōstanter asserta, nequiuerit aīos hominū ad fructū pietatis excitare, qd sperādū ē ex inani panis buccella, q̃ uos pro memoriali quodā, Chrm̄ ecclæ suæ reliquisse docetis? Quis (inquā) fructus ex hmōi munusculo possit expectari, si fides ueri ipsius muneris, nullū attulisset, at horū utrūq; plane falsum est, & qđ tā leue munusculū, sponsus iste potentissim⁹, in monumentū adamatissimæ suæ sponsæ reliquerit, & φ nullū hactenus fructū p̄sentia corpis & sanguinis eius credita nobis attulisset Eucha. quam Oecolā. assignat nulli⁹ ualoris est. In ꝓlo. 3. libri

Sed quoniã de hoc fructu, sub corroboratione nona fusius dissetruimus, nihil opus fuerit hic plura iam dicere.

C OECO. Nõ est timendũ, ne minuat̃ pietas, imò, imò decrescit impietas. Nõ pauci hodie sunt qui olim existimãtes corporal'r Chr̃i corpus in pane, q̃uis corpe impudico essent, & manibus ad rapinã & dona assuetis, mẽte inuida, ad altaria currere nõ erubuerunt, tã nihil ad mouẽdos aĩos ualet mendaciũ, at nũc ueritate cognita malũt laborare manibus, ferre opprobriũ, egere et exulare q̃ mala cõscĩa in tm̃ sacr̃m peccare, & ita rei corpis & sanguĩs fieri.

Snpra lib. 3. c. 36. A. Mendatiis p̃mouet̃ alius.

ROF. Habet & diabolus miracl'a sua. Nã si Satan (queẽadmodũ & tu supius ex Irenæo recẽsuisti) sic Marcũ illũ Magũ induxit, ut sacr̃o abuteret̃, qđ alioqui credidit uerũ Chr̃i corpus & sanguinẽ cõtinere, qd mirũ, si te sil'r abutat̃ in hoc negotio, pariter & auditorib⁹ tuis, ut quũ te seduxerit, & illos q̃q; p te seducat. Cæterũ, si nihil ad mouẽdos aĩos ualeat mẽdaciũ, q fit, ut Luther⁹ tantope prosit auditorib⁹ suis, etiã opinionẽ, q̃ tuæ prorsus repugnat docẽs. Nã & is ex cõcionib⁹ suis nihilo minorẽ his q ei auscultãt, fructũ exoriri iactitat, atq; tu ex tuis, q te audiũt. Veruntamẽ cuiq; palã est, q uel dimidiatũ sensum habet, nõ utrãq; assertionẽ, & tuã, & illius, ex deo prodijsse, qñquidẽ plusq̃ ex diametro pugnatis mutuo. Nã tu prorsus negas ibi corpus Chr̃i eẽ, ille cõtra mordicus affirmat panẽ illũ eẽ uerũ Chr̃i corpus, mihi uero cõptissimũ est, utrũq; dogma, q̃tenus ab eccl'ia dissidet: à Satana promanasse, qñquidẽ Paulus asseuerat ecclesiã eẽ colũnã & basim ueritatis.

1 Thimò. 3. Q; si colũna & basis ueritatis eccl'ia sit, profecto, qđ tot annorũ curriculis ipsa nobis tradidit, uerũ & idubitatũ ab oĩbus orthodoxis haberi debet, & eo qdẽ cõstantius, quo magis dilucide cernimus ex dissidijs uestris errorẽ & fasitatẽ se prodidisse.

D OECO. Felices illi qñquidẽ è cœlo Chr̃m audiũt loquentẽ.

RO. Sed & Lutherus itidẽ suos felices iactitat, q Chr̃i uerbis (ut ille opinat̃) fidẽ habeant, & in illis audiãt loquentẽ Chr̃m: Et sane, neutiq̃ mihi credibile est, q tui sectatores Chr̃m de cœlo sibi loquentẽ audiant. Nã hoc sane miraculũ esset, quale cõtigit in

Acto. 9. Pauli cõuersione, quũ is luce quadã circumfulsus, & in terrã deiectus audiuit uocẽ dicentẽ sibi, Saule, Saule, quid me persequeris, eiusmodi forte uoces tui sectatores audire se putant, inter somnia

andum

andum, at uigilantes (opinor) nullas audiunt. Q; si fortassis audiant, mirum est, q nobis inuisibilem Christum non patiantur, quũ eundem audibilem ipsi uel soli possideant.

¶ Iactat ozirí plurimum fructus ex negata presentia Christi in eucharistia. Cap. XXXVIII.



NOn queritur inter Christianos, quanta multitudo sit, sed quantus piorum prouentus. OECO. A ROF.

¶ Dicã tibi quid queritur inter Christianos potissimũ, nimirũ, unitas, ut sint, quemadmodũ Paulus ait, integrũ corpus eadẽ mente, & eadem sentẽtia, & non sint inter eos dissidia, maxime de rebus fidei. Nã una fides est ecclīæ totius orthodoxæ, quæ pariter & una propter inhabitantẽ dei spiritũ est: Spiritus eñ iste non se diffundit, nisi per membra corporis, quæ citra fidẽ (quæ unica est) minime cõnectuntur. Erat ab initio pusillus Christi grex: sic eñ ipse uocabat eos, dicens: Nolite timere pusillus grex. Verũ idem postea creuit usq; adeo, ut per orbẽ totũ sit dilatatus. Chrũs eñ è mundo corporaliter discessurus, aplos suos reliquit, ut ipsi uice sua plebẽ docerẽt. Et hi quũ indies Christi gregem augeri cernerent, alios quosdam ecclesiæ pastores au thoritate spũs asciuerunt in adiutoriũ sui. Ad huiusmodi Paulus in Actis loquitur, dicens: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spũs sanctus posuit episcopos ad regendam ecclesiã dei, quã acquisiuit sanguine suo. Sed & hi iã uita functis apostolis, agnoscentes etiã se tandẽ morituros, alios ecclesiæ p̃ficiebant, qđ & nemini dubiũ sit, authoritate spũs factũ erat, ut & ipsi suis tẽporibus, ecclesiã dei regerent. Sic igitur per cõtinuã quandã successionẽ, aliorũ & alioꝝ p̃sidiũ, sibi mutuo succedentiũ, ueritas Christinæ fidei ad hæc nostra tpa puenit. Quod illi docuerũt & tradiderunt scriptis, nos q orthodoxi sumus, credimus, & docemus plebẽ. Extant illoꝝ libri, q̃s nemo uel impudẽtissimus negare potest. Quoꝝ insup dogmata, p̃sertim, ubi cõsentiunt unanimiter (qđ et faciunt in his, q̃ ad fidẽ spectant) satis abunde, nõ eruditiõe solum uerũ etiã & uitæ puritate, atq; miraculoꝝ claritate corroborata sũt. Et si nihil aliud esset, satis sup q; suffecerit p̃sentia spũs, q propterea missus fuit, ut per eos plebẽ instrueret in omni ueritate. Adde, q propter huius spũs p̃sentiam, Ecclesia Paulo dicitur columna

j.Cor.j.
Ephe.4.
Lucæ.j2
Acto.20
Fides p successionẽ deriuata est in nos.
Doctores orthodoxi cõsentiunt in rebus fidei.
Iohan.j6.

1. Timo. 3 & basis ueritatis. Quisqs igitur ab hac ecclia separatus fuerit, alienus est à spũ, alienus ẽ & à ueritate. Finge q̃tũ libet sectatores tuos, audire de cœlo sibi loquentẽ Chr̃m, uẽdica quinetiã laboris, opprobrĳ, egestatis, exilĳ tolerãtiã, nec tibi nec illis quicq̃ ea proderit, q̃diu seiuncti mãseritis ab ecclia catholica, in q̃ re Cyprianũ (p̃cor) audias. An secũ (inqt) eẽ Christũ, quũ collecti fuerint, opinant, q extra Chr̃i ecclesiã colligunt. Tales etiã si occisi in cõfessione nois ipsius fuerint, macula ista, nec sanguĩe abluitur, inexpiabilis & grauis culpa discordię, nec passiõe purgat. Esse martyr nõ p̃t, q in ecclia nõ est, ad regnũ puenire nõ poterit, q eã q̃ regnatura est, dereliquit. Hæc Cyprianus epl̃a aduersus Nouatianum.

Extra ecclesiam catholicã nulli salus est Cyprianus

B OECO. Multos quidẽ hactenus uidimus astare aris, & multas audire missas, sed q̃ fructu⁹ nõ desistebant ab adulterĳs, nõ ab usuris, nõ à crudelitate in pauperes, sed pensum suũ absoluisse putabãt, si ad horulã templis interfuissent, nec mirũ cũ ecclesiastica disciplina, penitus interciderit, nemine à sacris prophanos discernente, ut dĳudicaretur corpus domini.

ROF. Et adhuc audes ipĳssime, panẽ tuũ execrabilẽ, uocari corpus dñi, in q̃ nihil ẽ dñi, p̃ter merã panis creaturã. Multo certe propius ad scopũ ueritatis Luther⁹ accedit, q uerũ ibi corpus esse modis oĩbus affirmat. In hoc tñ assentior tibi, Luther oĩno rẽ indignã tã:o sacro facere, q̄ neminẽ hinc arceat, sed idiscriminatim probos, improbos, pios, & impios, etiã q̃tũuis sceleratissimos huc accedere non permittit solum, uerumetiam inuitat.

Luther⁹ plus Oeco. affinis est ueritati.

C OEC. Magna cura nũ absoluisset sacerdos, longe minor, qũo emẽdaret uita. Extern⁹ cultus, regius & accuratus. Intern⁹ admodũ neglect⁹, hodie aũt deo laus ĩpietati decedit, pietati ꝓo accrescit

ROF. Hæc est illa fallax pietatis lux, quã schismaticis & hæreticis, & cæteris q ab ecclĩæ fide separant, Satan inaniter fulgere facit. Nã (ut Cyprianus tradit) hãc ille nouã excogitauit fraudem ut sub ipso Christiani noĩs titulo, fallat incautos, hæreses inuenit & schismata, qbus subuerteret fidẽ, ueritatẽ corrũperet, scinderet unitatẽ. Quos detinere nõ p̃t in uiæ ueteris cæcitate, circũscribit, & decipit noui itineris errore. Rapit de ipsa ecclesia hoĩes, & dũ sibi appropinquasse iã lumini, atq; euasisse seculi noctẽ uident, alias nescientibus tenebras rursus infundit, ut cũ euangelio Chr̃i, &

Chr̃iani hæresi & schismatibus decipiũt.

cum

cum obseruatione eius, & lege nō stantes Christianos se uocēt, & ambulantes in tenebris, habere se lumen existimēt, blandiēte aduer sario atq; fallente, qui secundū uocē Ap̄li transfigurat se uelut an gelū lucis, & ministros subornat suos, uelut ministros iustitiæ, asse rentes noctē p die, interitum p salute, desperationem sub obtentu spei, pfidiam sub prætextu fidei, Antichristū sub uocabulo Chr̄i ut dum uerisimilia mentiunt, ueritatē subtilitate frustrent. Hęc Cy prianus. Nunq̄ non audis hic artes & fraudē Satanæ, quibus sub titulo nominis Chr̄iani fallat incautos, seducit primū hæresiarchas ut ita p eos imponat reliquæ plębi, p illos fidem subuertit, ueritatē corrumpit, scindit unitatē, apud ipsos transfigurat sese uelut ange lū lucis, ut inanē quandā luminis fulgorē sibi cernere uideant, quū tn̄ ueris offundant tenebris: subornat eos uelut ministros iustitiæ, quum tamen asserant pro die noctem, interitum pro salute, despe rationem sub obtentu spei, pfidiam sub p̄textu fidei, Antichristum sub uocabulo Christi, uerisimilia mētientes atq; ita ueritatem subti litate frustrātes impceptibili. Quibus uerbis graphice te tuiq; simi les, hic omnino depinxit Cyprianus. 2.Cor.11

OECO. Nam multos scio, qui iuxta hominū mandata, non li bero, & alacri spū, sed lacera conscia, & absq; certa fiducia, semel in anno cōicabant, quos nunc est uidere singulis dn̄icis cū lachrymis & animi suauitate, gr̄as agere, fraternumq; erga reliquum corpus Christi, animum & polliceri & exhibere. D

ROF. Quasi Christus diuisus sit, id quod Paulus, dissidentibus Corinthijs obijcit. Chr̄us utiq; scindi nequit, sed integer apud ca tholicā ecclesiā pmanet, sicut qn̄ brachiū fuerit à reliq corpe dese ctū, nō ppter id scindit & ipsa aia, sed relicto brachio iam abscisso totā in corpus reliquū se colligit. Illā rem & Cyprianus in ep̄la su perius memorata, plurib⁹ alijs exemplis copiose docet inquiēs. Ec clesia una est, quæ in multitudinē, latius incremēto fœcūditatis ex tendit. Qūo solis multi radij, sed lumen unū & rami arboris multi, sed robur unū tenaci radice fundatū, Et quū de fonte uno, riui plu rimi defluūt, numerositas, licet diffusa uideat, exundātis copiæ lar gitate, unitas tn̄ seruat in origine. Auelle radiū solis à corpe, diuisi onē lucis unitas nō capit, ab arbore frange ramū, fruct⁹ germinare nō poterit, à fonte p̄cide riuū, p̄cisus arescet; Sic & eccl̄ia dn̄i, luce 1.Cor.1

Sup. eo. ca. A Bona extra ecclesiam facta non prosunt ad salutem

perfusa p orbem totum, radios suos porrigit, unum tñ lumen est, qđ ubiq; diffundit, nec unitas corpis separat, ramos suos in uniuersam terrã copia ubertatis extẽdit, pfluentes largiter riuos latius expãdit, unũ tñ caput est, & origo una, & una mater fœcunditatis, successibus copiosa. Illius fœtu nascimur, illi⁹ lacte nutrimur, spũ eius aĩamur. Adulterari nõ põt spõsa Christi, incorrupta est, & pudica unã domũ nouit, unius cubiculi sanctitatẽ casto pudore custodit, hæc nos deo seruat, hæc filios regno q̊s generauit, assignat. Quisquis ab ecclesia segregatus, adulteræ iungit, à pmissis ecclesiæ separat, nec ptinet ad Chři p̃mia, q relinquit ecclesiã Christi, alienus est, pphanus ẽ, hostis ẽ, habere iam nõ põt deũ patrẽ, q ecclesiã nõ habet matrẽ. Hæc Cyprianus in eadem epla. Ex qbus pspicue liquet, ea om̃ia, quæ memorasti, q̃ diu p contraria dogmata separati fueritis ab ecclesiæ totius unitate. nihil uobis esse pfutura.

E OECO. Esto autẽ interim nonnihil intermittat cæremoniarũ, quæ ad nihil utiles erant, in hoc tamen ex his, quibus deus uere colitur, ubi uerbum domini prædicatur inadulteratum, certum est nihil desyderari.

Verbum Dei adulterantur Lutherani

ROF. Quomodo potest apud uos inadulteratum p̃dicari uerbum domini, quandoquidem huiusmodi fucis, ipm transformetis, ut iam non domini uerbum sit, sed uestrum potius habeatur. Nam

2.Pet.13 Mat.10.

contra sententiam omnium patrum, in qbus & ipse spiritus locutus est ipsis Christi uerbis abutimini. Quũtamen Chřus ad illos dixit: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestris qui loquitur in uobis. Neq; spũs modo, uerũ etiam Christus ipse p eos

2.Corin.11 loquebat. An experimentum (inquit Paulus) eius quæritis, qui in me loquitur Christus? Porro q̄ dicis, nihil ex his quibus deus uere colitur, apud uos desyderari. A uobis forte nihil desy derat. Nam fallaci Satanicæ lucis fulgore, non aliter, quàm ursus ære candenti, sic excæcamini, ut non cernatis ea, quæ desunt, uerũ à ueris Christianis multa apud uos desyderantur. Sed & Lutheranis, qui uobis nuper erant complices, uidentur plurima deesse, quemadmodum & uos uicissim in illis desyderatis multa, utcunque fuerit, exploratissimum est, nec apud uos, nec apud illos, aut Christum, aut eius spiritum esse, sed inseparabiliter utrunque apud Ecclesiam Catholicam permanere.

Oecolam.

OECO. Neq; ex hac expositõe uerborum domini periculū animabus suboriri, id quod causantur illi. F

ROF. Tantum ex hac expositõe periculū animabus haud dubie suborit, quantū ex alia nulla: hæc em̄ ansam præbent, cunctas alias euertendi scripturas. Nam si tropū hic admiserimus, in re tanti momenti, reclamantibus p̄ribus, inuitisq; scripturæ huius circūstantiis, quis aliter scripturarum locus tutus erit ab hæreticorum puersitate. Quoties em̄ urgebunt illi quauis scriptura, ptinus elabent dicentes, ibi subesse tropum. Quare ex nulla unq̄ expositõe, quā hactenus legerim, maius imminere (suspiçor) animabus discrimen, q̄ ex hac una. Huc accedit, quòd esu carnis Christi in hoc sacro nobis uita pmittit, dicente Chro: Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet uitā æternā. Et ediuerso cōminat his, qui nō esuri sunt. Nisi (inquit) ederitis carnem filii hominis, & biberitis ei⁹ sanguinem, nō habebitis uitā in uobis. Et hæc p esu carnis & sanguinis in eucharistia dicunt, attestantibus quum aliis tum Augustino, Hieronymo, Cyrillo, Chrysostomo, Hilario, Cypriano, Irenæo, sicut crebrius ostendimus: Et tn̄ ille tam impudēter, q̄ mendaciter asserit, nullum expositionem suam habere periculū, quasi carere uita, & eadem immortali, nullum periculum fuerit.

Iohan. 6 Caput sextum Iohānis de eucharistię sumptione exponitur

Supra libr. 4. cap. 7. C, cap. 12. C, cap. 30. B, capit. 31. P. plo. 5. li. p to tū, li. 5. c. 17, B

¶ Religionem seruandę ueritatis in scripturis pręterit, quū eas tamen peruertat maxime. Ca. XXXIX.



OECO. A

Verum si adulterina expositione multa aīarum lucrari millia possemus. Cauendū tn̄ ab ea, uti deo ingrata, q nō est ita ridiculus, ut figmētis & mēdaciis, ad prædicationē gloriæ suæ, uel uti nos uelit, uel opus habeat.

ROF. Negabant semp hæretici, suas in scripturā expositiones adulterinas esse, sed uere germanas, & genuinas esse contendebāt, atq; id qdem impudenter, ut & tu iam facis. Nouatiani uitæ sanctimoniā, & scripturarum eruditionē iactabāt, seipsos καθαρούς appellātes. Arriani quoq; & ipsi ingeniis acerrimis p̄diti, scripturarum notitiā, una cū uitæ pbitate sibi uendicabāt, fecerunt & hoc ipm Maccedoniani, Sabelliani, Nestoriani, Apollinaristæ, Euticiani, Donatistæ, Pelagiani, & qui nō: Semp à scripturis pperā intellectis, & pestilenter expositis, heresiū & errorum suorum, occasiōe capta, gl'iati sunt apud se, uerum cē scripturarum sensum. Illos tn̄ oēs artibus & fallaci ful

Hæretici expositiones suas asserunt bonas.

Heresis ex scripturis perperam intellectis

gore Satanici luminis cõstat fuisse delusos. Quemadmodum & tu iam haud dubie seductus es, tuam expositionem existimans genuinam, quum notha sit & prorsus adulterina.

B OECOL. Veritas enim deus est, & eos, qui se in ueritate amãt seruat, fouet, ac custodit.

ROF. Veritatẽ (ut iam diximus) hæretici semp erroribus suis ptexuerunt. Et certe nõ aliter apud te iam est, q̃ fuerat apud illos. Nusq̃ scripturarũ ueritas habet, præterq̃ in ecclia catholica, q̃ uere colũna est, & basis ueritatis. Nã & spũs ueritatis, in ea ppetuo resi- det, q semp hactenus aduersus hæreticos maiorib⁹ nr̃is eiusdẽ ueri- tatis assertoribus, uictoriã ubiq; pręstitit. Tot modis ea ueritas olim cõfirmata est, ut nũc in dubiũ à quoq̃, eã reuocari phas neutiq̃ est. Nã & Chr̃us affuit pr̃ibus, affuit & spũs sanctus, & eo qdem institu to, ut erudiret ecclesiam in om̃i ueritate. Sed & nũc adest uterq; no bis & in consummationẽ usq; seculi, quẽadmodũ habet pollicitatio nobis facta, nunq̃ defutur⁹. Nõ defuit pr̃ib⁹ eruditio, nõ peritia lin guarũ, nõ scripturarũ exercitatio, nõ uitę sanctimonia, nec deniq; ad comprobandã doctrinæ suæ ueritatẽ necessaria defuere miracula. Nobis igit, q dogmata pr̃m amplectimur, adesse ueritatẽ usq; adeo pspicuũ est, ut q id neget, oportet, doceat fallacẽ fuisse Chr̃m in p- missis, doceat & eundẽ hactenus ecclĩæ suæ iuxta pollicitationẽ su am, & spm̃ item eius nõ affuisse, doceat & in pr̃ibus nõ fuisse locu- tum, quantũ ad ea, p̃sertim q̃ fidẽ spectarũt, & q̃ cõcorditer oẽs asse ruerũt. Deniq; doceat, oportet, pr̃es illos, neq; uitæ sanctimonia, neq; miraculorũ claritate, neq; ulla deniq; spũs gr̃a, neotericis istis hæreticis p̃stitisse. Neq; em̃ suffecerit ista oia nudis affirmare uer- bis (nã id cuiq; facillimũ est) sed euidẽtissimis & irreuĩcibilib⁹ oĩo ne cessium est argumẽtis ista demõstret. Neq; em̃ nobis incũbit nouis miraculis, illorũ dogmata cõprobare, sicut & Lutherus Erasmo re- spondẽs, subdole molit, quũ ea satis olim cõfirmata sint. Verũtñ, si alia nr̃a, alia illorũ eẽnt dogmata, recte nos urgeret ad miracula, q- bus nr̃a noua dogmata corroborarent. At quũ nõ sint alia, sed ea- dem & locupletissime dudũ cõfirmata, nõ est q̃ à nobis expectet, nouã eorũ dogmatũ cõprobationẽ. Vobis igit, q cõtraria & repu- gnãtia pr̃ibus dogmata nitimini introducere, pbãdi on⁹ incũbit, id qđ ante Græcas Kalendas, sat scio, nunq̃ estis facturi.

1. Tim. 3.

Iohan. 16
Matth. 28.

Miraculis nõ est op⁹ ad doctrinæ catholicę confirmationem.

Oecolam-

OE C. Eos aũt qui ueritatẽ in iniustitia detinent, tradit in sen- C
sũ, quẽ merentur reprobũ, ut opus manuũ suarũ adorẽt, atq; a prīci
pe tenebrarũ excæcati in miserã tyrãnidis concupiscentiæ seruitu-
tem redigantur.

R O F. Et tu ex eisdem es Oecolãpadi. Nã plane in te cõpetit il
lud Pauli. Quẽadmodum nõ probauerunt, ut deũ agnoscerẽt, ita Roma.1.
tradidit eos deus in reprobã mentem. Pluribus etẽm atq; eisdẽ exi
mijs donis allexit te deus & maxime ad huius sacramẽti fidẽ, quẽ-
admodũ apertũ est, quũ ex alijs scriptis tuis, tũ ex cõcione tua, quã
de hoc sacramẽto curasti pridem imprimi, & Christianis inuulga-
ri, quinetiã usq; adeo tuo pectori pietatis affectũ instillauit, ut reli-
ctis oĩbus ad sanctæ religiõis solitudinẽ capessendã prouexerit te.
Nũc aũt nescio quo Satane suasu, diuinæ erga te benignitatis ob-
litus ad seculũ redijsti, sicut canis ad uomitũ, nihil memor uxoris 2. Petri. 2
Loth, de qua tñ p̃monuisse te Christũ nõ ignoras, mox & in pesti Gene. 19.
ferũ Lutheri dogma cecidisti quo tuã apostasiã tuereris, & multi-
tudini te tui similiũ adiungeres. Nec his malis contentus, delegisti Oeco. peior ẽ
tibi aliud dogma, cuius tu peculiaris author & princeps haberi uis Luthero.
nimirũ istud pestilentissimũ dogma, in quo plane supas Lutheri ĩ-
pietatem. Nã is apte scribit in ep̃la q̃dam ad Argentinẽses ad hũc
modũ. hoc diffiteri, nec possim, nec uolo, q̃ si Carolstadius aut ali
us quispiã añ quinquẽniũ mihi p̃suadere potuisset in sacramento,
p̃ter panem & uinũ eẽ nihil, ille magno bñficio me sibi deuĩctum
reddidisset. Grauibus em̃ curis anxius, in hac excutienda materia
multũ desudabã, omnibus neruis extensis me obtricare, & expedi
re conatus sum, quũ p̃be p̃spiciebã hac re Papatui cum primis me
ualde incõmodare posse. Aduerte lector, q̃le uenenũ ĩ eius pecto Malitia. Lutheri.
re latet, q̃ tãto affectu, tãtoq; molimine conatus sit, ut euĩceret nõ
esse uerũ Chri corpus ĩn eucharistia, nec alia ratione motus magis,
q̃ ut ita summo pontifici incõmodaret, Cæterũ, quia uidet tã apte
sibi obsistere euangelij ueritatem, ut nullis eam artibus obfuscare
possit destitit à conatu. Propter quod & subdit paulo post, ue-
rum ego me captum uideo, nulla elabendi uia relicta. Textus em̃
euangelij nimium apertus est, & potens, qui facile conuelli non
potest, multo minus uerbis aut glossis è capite uertiginoso con-
uictis, subuerti. Hæc ille. Quid igitur de te dicam Oecolampadi,

qui in-

qui in tātū impietatis barathrum Satanæ dolis præcipitatus es, ut clarissimam euangelij lucem obtenebrare moliris, & sacratissimū Christi corpus è sacramento nobis auferre, quid (inquam) aliud, q̄ q̄ in reprobam mentem apertissime traditus sis, & longe maiore impietate submersus iaceas quàm Lutherus.

¶ Epilogum haud longum, sed mēdacijs refertissimum, contexit. Cap. XL.

OECO. A



Emonstratū est nullū miraculū in pane mystico esse, supra hominis captū, & quū sermo ille, hoc est corpus absq; tropo constare nō possit, ut multa effugiamus, q̄ obstāt, nēpe, ne germanū scripturæ sensum minus seruemus, & ne cōtra ipsissimū spm̄ ac gloriā dei pugnem⁹, recte & sacramentū noīe rei, quā significat, traditū asserim⁹. Vnde nō tenuibus moti causis, nec patrū destituti sententijs, à uulgi sententia discedim⁹, sed ea ꝓfitemur ac āplexamur, q̄ debem⁹ ac iusta sūt, q̄ scriptura spūs sancti docet, quæq; aīabus salutaria, & ad gloriā ptinent Christi nostri, ueri animarum, angelorumq; panis, qui nos sua nunc fide & olim gloria pascat semper.

Mēdatia plurima Oecolā.

ROF. Mendacijs assuetus, mēdacissimū item epilogū in hoc exitu colligis.
1 Principio mendaciū est te monstrasse nullū esse miraculū in pane mystico supra hominis captū.
2 Mendaciū item est, sermonē hunc, hoc est corpus meū, absq; tropo cōstare nō posse.
3 Mendaciū & istud est, quod nisi tropus hic admittatur, german⁹ scripturæ sensus seruari nō potest.
4 Mendaciū etiā, q̄ alioqui, nisi tropū admiserim⁹, cōtra ipsissimū spiritū, & cōtra gloriam dei pugnabimus: nā in hoc immensitas amoris Christi erga nos dilucide monstratur, quo nos magis ac magis excitemur ad gloriā dei.
5 Mendaciū insuper est, q̄ ullā solidā causam aut rationē urgētem attuleris, qua uel ipse uel alius quispiam non emotæ mentis, ad ita cōminiscendū moueri debeat.
6 Mendaciū & hoc est, q̄ sententijs patrū, quæ doceāt hic nō esse uerū Christi corpus, nō destitueris.
7 Manifestū deniq; mendaciū est, q̄ ea profitearis & amplexaris, quæ iusta sunt, & quæ scriptura spūs sancti docet, quæq; animabus salutaria sunt, & ad Christi gloriā pertinent. Hæc (inquā) omnia sunt falsissima, quemadmodū luculentissimè superius ostendimus, de qua re & iudicium permittimus lectori.

¶ Correctorium totius operis.


¶ Primus numerus deſignat folium, a primam faciem, b uero ſecundam. Subſequens autem numerus lineam notat, deinde ſequitur uera lectio.

Folio. 2. b, linea. 11. errorũ. 3. a, 33. ad errorũ. 11. a, 10. illud tm̃. 18. a, 30. Qđ manducat. eodẽ, b, 3 pauit nos ſapientia. 28. b, 15. quã tũ habuit. 31. a, 33. agnoſceret. 39. b, 15. agriſq; luſtrandis. 40. b, 27. euertere. 42. b, 2. Oecolãpadius dicat. 44. b, 28. ni ſublimiora. 54. a, 20. non ſolum quælibet. 79 a, 24. Tertulliani ſenſum deteguntur. 89. b, 17. quenq̃. 103. a, 20. ſparſerãt.

¶ Excuſum eſt iam primum hoc egregium opus, Coloniæ per honeſtum ciuem Petrum Quentell. Anno. M. D. XXVII. Menſe Martio.


QVOTIES VOLVI CONGREGARE FILIOS TVOS, QVEMADMODVM GALLINA CONGREGAT PVLLOS SVOS


FORTVNA CVM BLANDITVR, TVNC VEL MAXIME METVENDA EST
FR BIR




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm